



Acta sanctorum

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies decimus et undecimus continentur

Bolland, Johannes

Parisiis et Romae, 1868

Vita Auctior, Auctore Bartholomæo Avignono, Ordinis Prædicatorum,
procuratore cause canonizationis. Ex versione Italica, ipso auctore
curante, Romæ edita.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71246)

A. V. J. Antistio. doctor Hieronymus Garaia arcessitus fuit. Interim ipsa curaverat capiti suo imponi quaedam frusta vestium Patris, quæ penes se habebat; dumque adveniens prædictus medicus læsam partem detegeret, velut nullum læsionis vestigium invenit; cum nihilominus certum sit, non potuisse tumorem istum tam brevi tempore dissolvi.

malum brachii et periculosum apostema depulsa, 307 Ultimo die Paschatis quædam vetula uno brachio contracta, sepulcrum Patris invisit, ipsumque precata, brachium istud ferreis clathris ibidem applicuit, et illico illud extendere cepit, et digitos movere. Raphaëla Almenara, puella annorum undecim, acri febre grandique colli tumore laborans, vitæ suæ verebatur, sed multo magis ejusdem pater, doctor Ludovicus Almenara, cui periculum erat prospectius; maxime quod chirurgi decrevisset tumorem istum postridie incidere. At cum hic Servum Dei, quem in omnibus infirmitatibus suis inviserat, pio affectu prosequeretur, eundem enixe invocavit; quod pariter fecit mater infirmæ, quæ frustum cilicii patris Bertrandi super eundem tumorem posuit. Postero mane, cum jam incidendum apostema esse, et abactum tumorem: quod illi vehementer admirati fuere, quia ejusmodi apostemata ordinarie aperiantur cum periculo eorum, qui ea patiuntur.

Multa alia hic præterit auctior, quod non sibi de hæc constaret, 308 Multa etiam alia miracula fecit hic Servus Dei, sanando cæcos, surdos et membris captos; et recurrentes ad se liberando febribus, apostematibus, melancholia, aliisque adversis et periculis mortis; quam ob rem ad sepulcrum ejus multa centena votiva donaria visuntur, sed, cum de hoc argumento nullum abhinc quinque mensibus fuerit institutum examen, nec instituendum sit, nisi post festum S. Lucae, atque ego jam hac conscribenda Historia, aliisque negotiis a Superioribus meis mihi commissis occupatus, non potuerim in eadem indagare; quemadmodum (quantum humana fragilitas, quæ errori semper obnoxia est, mihi permisit) de ceteris, quæ scripsi, me certiore facere conatus fui, quapropter licet potiora jam relatis supersint, ea tamen præteribo

C g h 309 Omnia hæc dicta probant, quam recte de illo pronuntiaverit pater Micon, eum Valentis alterum S. Vincentium futurum: nam in vita quidem studuit illum, quantum tamen per infirmitates suas ipsi licuit, imitari; et post obitum summam sui reliquit existimationem, quæ assidue etiam crescet. Nec mysterio caret, quod per resectionem decem dierum ex mandato Sanctissimi Patris Gregorii XIII factam i, nondum integro a die obitus illius usque ad xix Octobris diem elapso anno tam late per totum orbem terrarum divulgatum sit nomen ejus, atque ipse in patria sua tanta in veneratione habeatur; quamquam certum sit Christi dictum, nulli prophetam minus, quam in patria sua honorari. Hæc eadem ratione satisficit quæstioni, quam Servus Dei solnerat nonnumquam proponere, dum novitios juvenesque

Religiosos, suæ curæ commissos, adhortabatur; nam postquam quædam S. Vincentii mirabilia narraverat, honoremque ac gloriam, quam ille huic conventui totique civitati contulit, verbis exornaverat, adjunxit hæc: Videamus modo, filii mei, quis nostrum illius futurus sit socius: ex prædictis enim præsto est responsio, hunc illum ipsum esse. k.

ANNOTATA.

a Matth. xi, §. 21; et Lucæ 10, §. 13.

b Id est, die 5 Aprilis.

c Sive Palmarum, quæ anno 1582 incidit in diem 8 Aprilis.

d Recte: nam anno 1582, de quo hic agitur, Pascha die 15 Aprilis celebratum fuit.

e Vel avunculum: Italice enim est zio, quæ vox et patrum et avunculum significat.

f Ex voto similiter S. Ludovico nuncupato; ut sanatio huic accepta referri queat.

g Si omnes Sanctorum biographi eadem in scribendo cautela usi fuissent, non tot fabulis oneratas Sanctorum Vitæ haberemus.

h Re ipsa idem Antistius Additiones ad hanc Vitam deinde scripsit, ediditque anno 1593, uti num. 3 Commentarii prævii dictum est, quæ ad manus nostras non pervenerunt; verum jacturam hanc resarciat Vita subdenda. Vide Commentarium prævium num. 15.

i Indicat vulgo notam Calendarii correctionem, qua Gregorius XIII Papa, ut æquinoxium vernalis lunamque xiv Paschalem suis locis restitueret, anno 1582, quo scripsit Antistius, decem dies e mense eximi jussit, sic ut dies v Octobris dies xv computaretur.

k Sequitur hic apud Antistium Caput ultimum, in quo respondetur ad quædam dubia circa honorem huic Servo Dei post mortem exhibitum; quod caput cur prætermittam, lectorem monui in Commentario prævio num. 13.

VITA AUCTION,

Auctore Bartholomæo Avignono, F
Ordinis Prædicatorum, procuratore causæ canonizationis.

Ex versione Italica, ipso auctore curante, Romæ edita.

PROLOGUS.

Primus, qui vitam ac miracula B. Ludovici Bertrandi, Ordinis Prædicatorum, conscripsit, fuit pater magister frater Vincentius Justinianus Antist a, olim Prior conventus Prædicatorum in civitate Valentia, vir admodum religiosus sanctorumque morum, et ob virtutem suam doctrinamque magni æstimatus: utque

cap. 1.
Biographus,
cur post Antistium et Romanam

A utque B. Ludovicus Bertrandus eum in Religione erudierat, ita ille sese semper bonum ac devotum filium ipsi exhibuit; multaque ex visu gesta Dei Servi cognovit. Composuit eam Vitam anno MDLXXXII, qui fuit proximus post mortem ejusdem Beati; cumque mirabilia et miracula, quæ Deus per ipsum patrabat, continuarent, aliquot ad eam Additiones fecit anno MDLXXXIII *b*. Multiplicatis deinde per totum mundum miraculis, allatisque ex Indiis *c* aliquot relationibus, multa notabilia continentibus, Pater presentatus, frater Balthazar Rocca novam illius historiam multis testimoniiis rebusque scitu dignis auctam anno MDCVIII excudit *d*, quando servus Dei a Paulo V sanctæ memoriæ Beatorum numero adscriptus fuit. Sed quia processus hic Romæ erant, non potuit, is auctor omnia, quæ in iis tunc legebantur, scire, ut suo Operi insereret.

hanc Vitam scribat, e
 2 Ego opportunitatem nactus omnes istos Processus multis annis pervolvendi *e*, et advertens multa non contemnenda in iis legi, quæ non habentur in Vitis, quas prædicti auctores scripserunt, necesse esse duxi, ut inde colligerem, quæ illi non tradidere, ceterisque jam excusis adjungerem, ut palam fiat, quanto opere Deus Dominus noster Servum suum honoraverit. Ut autem hujus Historiæ veritas magis elucescat, adscripti in margine locos, in quibus singula leguntur, vel in Processu, vel in libris auctorum, quos nominavi. Ut vero laborem hujus Historiæ componendæ aggredieret, impulit me librorum de vita Beati nostri Romæ et per totam Italiam penuria; et quamquam liber, a magistro Justiniano Antist scriptus, in sermonem Italicum versus fuerit, variisque in locis excusus, non tamen ibi reperitur, multæque personæ Beato pie addictæ conquestæ sunt de negligentia in curando, ut ejusdem Vita denuo edatur. Proinde ego pro meo, quo velut procurator canonizationis ipsius obstringor, debito studii illis satisfacere per hanc Historiam, ex Hispanico in nobilium Romanorum sermonem a domino Julio Cæsare Cavalier Bottifango conversam, tam pro magna sua erga Beatum devotione (conjuncta cum longissimi temporis obsequiis, ab eo in officio secretarii domino Cardinali de Asculo, ex Ordine nostro episcopo Portuensi, honoratissimæ memoriæ exhibitis) quam ad postulationem personarum magnæ conditionis; sed tanta cum diligentia propter speratam proximam canonizationem, ut eam ipse (aliis etiam rebus occupatus) nondum elapsis duobus mensibus absolverit.

ejusdemque partitionem exponit.
 3 Partitum hoc Opus est in quatuor libros. In primo agitur de illius vita usque ad postremam infirmitatem, in eo non comprehensam: in secundo de virtutibus, dono prophetiæ, et miraculis in vita et morte usque ad sepulturam: in tertio de aliis miraculis, quæ mox, ut sepultus fuit, ac sequentibus annis contigerunt; neque omnia referuntur, quod fere impossibile esset; imo prætermissa sunt multa, ex iis, quæ sunt in Processibus, ne liber supra modum cresceret. In quarto denique narrantur breviter, quæ pro illius beatificatione et canonizatione, a Sancta Sede Apostolica obtinenda, gesta fuerunt; recensitis Brevis Decretisque in hac causa expeditis; una cum postulatis eodem spectantibus serenissimorum Catholicorum regum, Philippi II, tertii et quar-

ti, hodieque gloriose regnantis. Summopere *A AVIGNONO.* cavì digressiones a proposito argumento, ut historia continue procedat, nec prolixitate sua fastidium pariat. Sunt in hoc Opere multi et magni defectus; quod a me compositum sit: sed quia illud solum scripsi ad gloriam Dei (qui mirabilis est in Sanctis suis) utque B. Bertrandus cognoscatur, fidelesque in necessitatibus ad ipsum pro solatio et remedio recurrant; mihi facile poterit condonari.

ANNOTATA.

a Cujus Opusculum præmisimus.

b Additiones anno 1593 typis editas signant litteræ excellentissimi magistratus Valentini, sæpe laudatæ in Commentario prævio num. 3; verum illas ad manus nostras non pervenisse, jam monui.

c Per Indias designari Occidentales seu Americam, Hispaniarum regi subditam, in Commentario prævio, et in Annotatis ad Vitam primam jam dicti; quod hic semel monuisse suffecerit.

d Alibi Roca dictus, qui scripsit Vitam Hispanicæ, quam habeo.

e Procuratorem causæ canonizationis ejusdem S. Ludovici Avignonus Romæ egit ab anno 1617; hanc Vitam vero a se Hispanicæ conscripsit, et a Cæsare Cavalier Bottifango Italicæ versam, typis vulgavit anno 1623; non potuit tamen canonizationis solemnitatem in eadem exponere, quia illa primum anno 1671 a Clemente X perfecta fuit.

LIBER I.

VETUS CAPITUM PARTITIO.

- CAPUT I. De parentibus et nativitate illius.
 II. De pueritia et piis moribus.
 III. Quomodo habitum S. Dominici induerit in conventu Valentino.
 IV. Quomodo professionem nuncupaverit, et de ejusdem admirandis virtutibus post professionem.
 V. Quomodo creatus sit presbyter, et quæ postea fecerit.
 VI. Quomodo constitutus sit magister novitiorum.
 VII. De iis, quæ illi acciderunt, dum præfuit conventui S. Annæ de Albayda.
 VIII. De aliis, quæ eidem acciderunt, dum habitabat in conventu de Albayda.
 IX. Quomodo reversus sit ad conventum Valentinum.
 X. Quomodo profectus sit in Indias.
 XI. De mirabilibus, quæ fecit in Indiis.
 XII. De gestis ab eo Carthagine Nova.
 XIII. De gestis ab eo in Tubara.
 XIV. De gestis ab eo in Cipacoa.
 XV. De gestis ab eo in Sepencoa, in Petoa et aliis locis.
 XVI. De gestis in Tenerife.
 XVII. De gestis in Monpoix.
 XVIII. De miraculis, quæ Deus per illius intercessionem fecit in Indiis.
 XIX. Quomodo B. Bertrandus in Hispaniam reversus sit.
 XX. Quomodo

A. AVIGNONO. xx. Quomodo constitutus fuerit Prior conventus S. Onuphrii.

xxi. Quomodo reversus sit Valentiam, ibique magister novitiorum constitutus.

xxii. Quomodo constitutus sit Prior conventus Valentini.

xxiii. De aliis rebus, quæ ei acciderunt, dum in eadem civitate Valentina Prior esset.

xxiv. De illius gestis post absolutum prioratum.

CAPUT I.

*Sancti parentes, natiuitas, fratres
ac sorores, pia pueritia et adoles-
centia, vitæque ante susceptum
Dominicanum habitum acta.*

B

Sancti pater
Joannes Ludovicus
Bertrandus,

In nobili civitate Valentis in Hispania vivebat anno m^oxxv Joannes Ludovicus Bertrandus notarius, vir bonis sanctisque moribus præditus, suæque professionis admodum peritus; quam ob rem multa magnaque variorum baronum ac nobilium hujus regni virorum negotia agebat, ab iis sibi commissa; qui, cum eum justum Deique timentem cognoscerent, secure illa ejusdem virtuti ac peritæ committent, tantique eumdem æstimabant, ut pio Patris nomine ordinarie appellarent. Eadem ratione etiam sanctæ Inquisitionis officia obiit. Fuit præterea multis annis procurator conventus Portæ-cæli, Ordinis Carthusiani, quatuor leucis Valentia distiti. Habebat in ædibus suis in foro de Almodia prope aedes magistri Rationalis *a*, ubi ejus filius, Jacobus dictus postea habitavit. In conversatione sua tam erat mansuetus et benignus, ut numquam ex ore ejus auditum sit verbum cholericum aut indignabundum.

C

cujus insigne
elogium benefi-
ciaque

2 Tam sincerus erat et verax, ut judices, dum cum his ageret, eum peculiariter venerentur, etiam propter bonam famam, quæ de eo circumferebatur. Amabat plurimum conversari cum Religiosis, multumque devotus erat S. Vincentio Ferrerio *b* ob duas gratias ab eodem Sancto ipsi collatas. Harum una est, quod, cum adhuc adolescens in vigilia S. Dionysii (multum solemnè Valentis) missiles e pulvere pyrio ignes pueriliter tractaret, accensusque a delapsa favilla pulvis totum vultum ejus adussisset, ac velut mortuum reliquisset; cumque ejusdem avia, Ursula Ferreri *c*, propterea velociter currens ad ecclesiam Prædicatorum, genibus ibidem coram altari S. Vincentii (cui erat ipsa sanguine juncta) humi positus, hunc Sanctum pro salute vitæque nepotis sui ferventissime orasset, eundem domum redux omni periculo defunctum reperit; quamvis ignis suffecisset ad eum exanimandum, aut saltem ad assandum caput, et ad instar cadaveris deformandum.

3 Altera gratia multis annis contigit, postquam ille primam duxerat uxorem; quando paulo ante feriam iv Majoris hebdomadæ tam graviter decumbens, ut jam funebria illius pa-

rarentur, improvise oculos aperuit, et vestes suas petiit; dicentibusque circumstantibus, ut quiesceret; neque enim sui esse compotem; Bene mei compos sum, respondit, addiditque, apparuisse sibi S. Vincentium Ferrerium, sanctumque Brunonem, fundatorem Carthusianorum, dicentes, se non moriturum ex eo morbo, et feria iv illius Hebdomadæ sanctæ ad divina Officia ad ecclesiam iturum, uti apprimè evenit. Quo miraculo Joannes Ludovicus divino servitio tam addictus, et erga S. Brunonem tam pie affectus permansit, ut singulis annis festum ejus in cartusia Portæ-cæli celebraret, eoque die conventui exhiberet convivium. Anno autem m^oxlvi quædam pretiosa donavit in præmium eorum, qui in S. Brunonis laudibus tam Hispanice, quam Latine cantandis excellissent; fecitque pro majori altari velum fieri e panno holoserico operis Damasceni, eoque in medio turrim pro insignibus gentilitiis ac pingi.

4 Post defunctam deinde primam conjugem ibat ad Portam-cæli, ut Carthusianorum habitum indueret: sed per viam duo supra dicti Sancti ei denuo apparuerunt, qui cum dicerent, non esse voluntatis divinæ, ut Religiosus fieret, remansit in sæculo. Hosce favores suo patri præstitos B. Ludovicus Bertrandus Religiosis interdum narrabat ad honorem S. Vincentii, eosque ad ejusdem venerationem excitandi gratia. Secundas nuptias Joannes Ludovicus Bertrandus contraxit cum Joanna Angela Exarch *d*, admodum devota muliere, bonique exempli in conversando, ac solitaria vitæ tam amante, ut nisi ad Missam ceteraque divina Officia, ac nonnumquam ad visitandas quasdam Dei famulas, apud ecclesiam S. Andree simul habitantes, raro alio egrederetur; sed assidue erat domi suæ, ejusdem regimini prudenter invigilans. Tam pacifica tamque benigna erat, ut numquam inter illam et maritum suum illa nata displicentia sit; proindeque illi sancta pace tranquilloque statu gaudent. Erat huic dominæ frater Carthusianus, appellatus Donnus Exarch, Religiosus virtute et spectatæ sanctitatis, qui multis annis Portæ-cæli Prior præfuit.

5 Ex hac Joannes Ludovicus Bertrandus quatuor proles masculas, ac totidem femineas suscepit. Primus fuit Ludovicus, quem velut primogenitum Deus sibi vendicavit, natusque est primo die anni m^oxxvi, baptizatus in ecclesia parochiali S. Stephani, atque in eodem sacro fonte, in quo gloriosus pater S. Vincentius etiam fuerat ablutus; eique nomen Joannis Ludovici impositum fuit; quamquam postea solum Ludovici nomen ipsi adhæserit. Fuerunt in hac familia viri spectabiles probatæque fidei, ac nominatim Petrus doctor, qui fuit unus e novem deputatis ad declarandum ad quem pertinerent regna Aragoniæ, per mortem regis Martini vacantia *e*. Secundus filius fuit Michaël Hieronymus; et ipse quoque bonis et integræ vitæ dotibus præditus, qui propterea cum beneficiatus esset in ecclesia majori Valentis, a capitulo accepit officium subsacristæ, ibi valde honorificum, nec concedi solitum, nisi personis respectatæ virtutis ac fidei. Decesit hic e vita anno m^oxcv, die iv Julii, ætatis annorum lxxii, et humatus est ante sepulchrum B. Bertrandi, quo etiam translata fuere corpora parentum illorum

a SS. Vincentio et Brunone eadem collata hic referuntur

secundis nuptiis duxit primum mulierem, Joannam Exarch,

E

F
ex qua anno 1826 S. Ludovicum, ac post hunc

6 Tertius,

tres alios filios et quatuor filios genuit.

A 6 Tertius, Joannes Baptista dictus, pariter Religiosus fuit Ordinis Prædicatorum, quorum sacrum habitum induit in eodem conventu Valentia anno MDL, professus anno sequenti, die v Octobris coram venerabili patre magistro Joanne Micone, tunc illius conventus Priore, dum ibidem magister noviciorum erat frater Ludovicus, ejusdem Joannis Baptista germanus. Is studiorum causa profectus Bononiam f. dum hinc per mare rediret Valentiam, vi tempestatis in Sardiniam insulam pulsus est, adeo fractus viribus, ut, accedente febrī, ibidem diem suum obierit Calari g in conventu S. Dominici. Natu minimus filius appellatus fuit Jacobus, ab integritate vitæ ac virtutibus laudabilis, qui post obita varia civitatis officia (fuit enim quater Juratus, bis Rationalis, aliisque magistratus muneribus functus, in quibus se semper admodum prudenter strenueque gessit) a rege Catholico designatus fuit quæstor generalis vectigalium regionum civitatis et regni Valentia. Uxorem duxit dominam Mariam Costa, mulierem magnæ pietatis et devotionis erga beatum fratrem Ludovicum, cognatum suum, ex qua suscepit unam filiam, nuptui traditam domino Petro Escriva. Obiit Jacobus iste die iv Octobris anno MDCXIV, et in paterno sepulchro humatus. E quatuor filiabus natu maxima vocata Joanna fuit, nuptaque N. Pastori; secunda Hieronyma Vincentia, nupta N. Ximeno; tertia Ursula Magdalena, matrimonio juncta N. Cutanda; quarta, Raphaëla inuupta obiit.

ix Puer, visis sacris iconibus, plangere cessabat.

7 Videatur Deus in ipsa Ludovici Bertrandi pueritia portendere voluisse, quam hic magnus Servus suus esset futurus; quia a prima illius infantia, dum plorabat, nihil ad eum sedandum noverant efficacius, quam si sacras imagines spectandas ei exhiberent, eratque tam pronus in lacrimas, ut pene existimari possit, placuisse Deo melancholicam ipse indolem dare, ut velut alter Jeremias toto vitæ suæ tempore peccata mundi ploraret. Proinde, ut a lacrymando cessaret, oportebat ipsum ad archiepiscopalem aliamve ecclesiam ferre, ubi non modo desinebat flere, verum etiam magnam præferebat lætitiā: et si forte ecclesiæ fores obseratæ essent ostensis, quæ ibi sunt, Apostolorum statuis, mox reprimantur lacrymæ: quod non ambiguum præaugurium fuit, futurum ipsum peculiarem cultorem Sanctorum, hosque illius perpetuos consolatores.

pietatis ac litterarum studiis mire erat deditus.

8 Quantum ille crescebat, tantum crescebat ejus cura parentibus, qui pro ratione illius teneræ ætatis magno illum cum amore et timore Dei educarunt, coperuntque ad scholam mittere, et ibat ille tam libenter, ut ex profectu facile se proderet ejusdem ardens desiderium virtutis, et odium desidie. Inter septimum octavumque suæ ætatis annum tantopere addictus erat orationi, ut ab eo tempore recitare cœperit. Officium beatæ Mariæ Virginis, quod posthinc numquam prætermisit; tamque solitudinem amare, ut omnia, præter sancta, colloquia fugeret. Numquam auditus fuit jurare; et si quis coram illo juraverat, reprehendebat eum magno cum zelo, uti etiam eos, qui otiose vivebant. Vesperi, quam primum poterat, recipiebat se in cubiculum; foresque intus clauderat: observantesque per rimam seræ domestici, viderunt eum majorem noctis partem traducem in precibus, quietem vero capientem

in solo, vel arca, numquam autem cubantem in lecto, quem, ne famulæ adverterent, eve-tebat, quasi in eo dormivisset; sed candor lin-teaminum, quæ, dum mutabantur, non aliter, quam dum primo posita fuerant, inveniebantur, detegebat illius puerilem sanctamque cautelam.

9 Raro volebat matutinis temporibus, ut ceteri pueri, admittere jentaculum, exigui cibi naturaliter appetens, sed ex virtute abstinens; atque exin cœpit jejunare. Erga res divinas tam pie afficiebatur, ut omnis ejus voluptas esset interesse Missis et Vesperis, et Religiosas domos invisere, e quibus præcipue frequentabat conventum Prædicatorum. Parentibus suis semper obsequabatur, adeo ut nullam eis umquam tristitiæ causam dederit: imo si aliquando, ut pueris sæpe accidit, ipse ploraret, nutu jussus silere, illico silebat. Grandiusculus factus, si videret matrem adversum ancillam aliquam ira concitatam, incipiebat pium aliquem librum prælegere, ut illius cholera sedaret. Supra modum fuit verecundus et amans honestatis, oculis passim ad terram versis cum diligenti custodia sensuum, in præaugurium multarum virtutum, quæ in ipso postea magnopere splenderunt. Cum ad annum ætatis quintum decimum pertigisset, cœpit sanctissima Sacramenta frequentare, nactus sibi a sacris confessionibus insignem Dei servum, fratrem Ambrosium a Jesu appellatum, concionatorem celebrem Ordinis Patrum Minorum: tantæ vero erat humilitatis et prudentiæ hic sanctus Juvenis, ut, ne quis continuum suum in frequentandis Sacramentis studium adverteret, varias adiret ecclesias, sacram Eucharistiam modo in ecclesia S. Francisci, modo in S. Sebastiani Patrum Minorum, modo in S. Mariæ de Jesu, ac sæpe in Patrum Prædicatorum suscipiens.

A. AVIGNONO.

Ejus acerbis abstinentia, obedientia, modestio, ad Sacramenta accessus.

10 Mortuo deinde patre fratre Ambrosio, confessorium habuit patrem magistrum, fratrem Laurentium Lopez d'Ocagna, boni exempli Religiosum, qui postea fuit Prior conventus S. Dominici Valentia, cujus sacris colloquiis Ludovicus magis magisque roboratus in rebus divinis, et in sanctissimis Sacramentis sæpius frequentandis. Qua de causa benedictus Juvenis cum aliis litterarum studiosis, qui Deo servire vere desiderabant, post exceptas lectiones accedebat ad dictum magistrum Lopez, qui de rebus spiritualibus cum ipsis conferebat, docebatque eos modum, quo in virtutibus proficerent, et in sancto Dei servitio perseverarent. Ita pius Juvenis in dies singulos progrediebatur feliciter in exercitiis spiritualibus, in eorumdem Patrum Prædicatorum ecclesia longo temporis spatio precibus insistens. Visitabat frequenter infirmos in nosocomiis, multas integras noctes exigebat, eis inserviens, et, quibus poterat, rebus succurrens. In hisce officiis (quibus ordinarie occupabatur) erat ille speculum virtutum et penitentiæ omnibus, qui eum noverant.

studium orationis et obsequium in nosocomiis.

11 At cum sibi persuaderet, posse se ferventius Deo servire procul ab ædibus paternis, in quibus reputabat se nimium delicate vivere; statuit (volens SS. Alexium et Rochum imitari) omnia relinquere; eoque animo, confessus prius peccata sua, sacraque Eucharistia reffectus, peregrini habitu clam discessit, profecturus, ubi a nemine agnoscendus esset, postsetque

Peregrinatus clam discedit, sed a patre.

A. Avignone. setque suum sanctum propositum exsequi, terrenis omnibus rebus expeditus. Cum vesperi ejus diei, quo discesserat, non compareret domi suæ, nec moneri jussisset, (ut consueverat) se adisse nosocomium, intellexerunt, ipsum discessisse. Sed brevi post accepit pater epistolam sine die locoque signatam, per quam discessum suum indicabat: in qua cum spiritus ipse in ea tenera ætate eluceat, ejusdem apographum hic appono; quale sequitur.

ex epistola, ejus
quæ hic datur.

12 Jesus Maria. Certo novi dolorem, quem tua dominatio, dominaque mater senserunt ex consilio, quod cepi; sed vere non debuissetis sentire, cogitantes, hanc esse voluntatem Dei. At petent, quomodo sciam ego, hanc voluntatem Dei esse: cogitare possunt, me non sic discessurum fuisse, jam inchoata hyeme, cœptisque litterarum studiis derelictis, nisi id omnino divinæ voluntatis fuisset: qua de re vestra dominatio non debet constriari animo revolvens, Redemptorem nostrum descendisse e caelo inmundum frigidissima anni tempestate; ac venisse moriturum, ut vitam nobis ingratam donaret. Quanto magis debeo ego peccator relinquere mundum, et ire, quo divina ejus Majestas me vocat, ut agam pœnitentiam de tot peccatis a me contra Deum meum commissis. Discessus meus tanto majorem creaverit luctum, quanto majori in discrimine domina mater versatur; sed nec hinc vel leviter dolendum mihi est. Legat sanctos doctores, qui asserunt, beatam eam animam esse, quæ in hoc mundo patitur dolores; quia indicium est, Deum habere oculos suos super ipsam, ac velle remunerare in gloria bona opera, quæ hic deorsum fecit. Sunt etiam, quorum bonum, quod agunt, remunerat in hac vita, ut deinde malum, quod fecerunt, castiget in altera. Propterea patienter acceptanda hæc perturbatio est, divinæ Majestas oranda, ut me sua sancta manu sustineat, ducatque, uti duxit Magdalenam, ac denique a malignis inimicis servet.

in edocto.

13 A N. et N. accepi aliquos denarios mutuos in hoc iter, non ut prodigam, sed ut iis utar, si forte Deus voluerit me inflata pro peccatis meis infirmitate aliqua visitare; quamquam divina illis Majestas sit verum auxilium et medicina omnium malorum. Dignetur dominatio vestra dictam summam restituere *h*, ut secreta sit conscientia mea. Ne labores scire, ubi sim; quod frustra faceres; et quamquam etiam me reperturi essent, confido, fore ut Deus meus ac magister Jesus me in meo conservaturus esset firmo proposito. Commendet me dominatio vestra divinæ Matri ejus, oretque, ut me eo conducat, ubi ipsi melius serviam. Consoletur dominatio vestra matrem meam, dicatque ei, ut, cum alios filios habeat, iis se soletur, memineritque, me sibi a morte sublatum esse, dum me peperit. Nec aliud addam, nisi ut Pater et Filius et Spiritus sanctus sint cum dominationibus vestris, serventque, et sint semper mecum. Amen. Eamque nobis concedant gratiam, ut ei serviamus in hoc mundo, et æterna quiete gaudeamus in altero *i*.

i
reduci curatur, et vestem clericalem indant.

14 Pater, hac accepta epistola, diligentissime inquisivit, quam viam teneret sanctus Juvenis, qui, ut singulari sua modestia rarisque moribus, quocumque incederet, tam bono erat exemplo, ut omnium in se oculos raperet,

ita ex talibus indicibus lumen aliquod de eodem itinere affulsit. Missi ergo a patre, qui eum investigarent, repperunt ipsum apud quemdam fontem prope Bugnuolo, locum septem *k* leucis Valentia dissitum; utque ei reditum persuaderent, finxerunt, matrem ex dolore, quem ex illius discessu conceperat, jam morti proximam esse; quo astu eum domum suam reduxerunt tanto patris gaudio, quantum exigebat recuperatio amissi Filii tam boni et cari. Advertens autem pater, eum in solas res ecclesiasticas animum propensum habere, talari clericorum veste illum induit. Ita ipse in suis devotis exercitiis, jejuniis, charitatis officiis et litterarum studiis perseverans tempus exegit, donec Religiosum Ordinem ingressus est; cum personis piis interim semper conversans magnaque cum diligentia fugiens consortia earum, quæ non erant ejusmodi.

ANNOTATA.

a *Id est, regis rationibus præfecti.*

b *De S. Vincentio Ferrerio, Ordinis Prædicatorum, jam crebra facta est mentio in Vita prima et Annotatis ad eam: ut meminerit lector, me ad hanc secundam Vitam nihil de personis, locis, aliisque occurrentibus, de quibus in Annotatis ad priorem jam egi, (nisi quid peculiare occurrerit) annotaturum, ne Vitam satis prolixam frustra augeam. Poterit lector ope Indicium ad calcem hujus tomi de more adjiciendorum, si quam eorum notitiam desideret, eam in Vita prima exquirere.*

c *Per hanc fuit S. Ludovicus ex supra dicti S. Vincenti Ferrerii familia.*

d *De nomine hujus secundæ conjugis vide dicta in Commentario prævio num. 20.*

e *Vide Annotata ad Vitæ primæ cap. 1, lit. c.*

f *Indicatur celebris ditionis Ecclesiæ civitas, Italis Bologna, ut multis aliis titulis, ita etiam litterarum ac liberalium artium academia illustris.*

g *Calaris, Italis Cagliari, Sardinie, maris Mediterranei insulæ, civitas est, regni que caput.*

h *Haud dubie loco litterarum N. et N. sanctus Juvenis indicavit personas, a quibus nummos acceperat mutuos, et quibus eos a patre reddendos desiderabat.*

i *In margine notat Avignonus, se hanc epistolam accepisse ex Vita per Rocam scripta, de qua consule Commentarium prævium num. 14 et seq.*

k *Antistius lib. 1 Vitæ, cap. 1, num. 5 hujus loci a Valentina civitate distantiam multo majorem notat. Adi Annotata ibidem ad lit. c.*



A

CAPUT II.

A parentibus primo impeditus, ne Dominicanum habitum suscipere, deinde clam illis induit, iisdemque tandem consentientibus, professionem emittit; virtutibus ac doctrinæ acquirendis studet.

CAP. III.
Ab ingressu
Ordinis Præ-
dicatorum a
patre prohibi-
tus,

EX familiaritate, quam Ludovicus Bertrandus cum patre magistro fratre Laurentio Lopez, confessario suo, aliisque bonis Valentini conventus Prædicatorum Religiosis coluit, accensum ei tam vehemens desiderium est Ordinem S. Dominici in eodem conventu profecti, ut decreverit ejusdem habitum petere. Fecit id instantissime apud priorem, qui tunc temporis erat pater magister, frater Jacobus Ferran, vir litteratus solideque virtutis, qui e Turco genitus a, præcipuis Prioratibus provincie Aragoniæ functus fuit, bisque eandem provinciam rex, qui prompte pollicitus est, eum sui desiderii compotem facere. Sed, cum hoc eodem die, quo vestiendus erat, ad aures patris Ludovici pertigisset, accessit hic Priorem, et debiles sui Filii vires infirmitatesque exponens, effecit, ut ille, quamdiu ibidem Prior fuit, eundem nullo modo admiserit: quod bono Juveni tanto fuit dolori, quanto tenebatur desiderio videndi se sacro illo habitu indutum.

in proposito
persistit,

16 Non propterea tamen prætermisit frequentare conventum, ad quem, elapsis studio præstitutis horis, accedebat, nihilominus confidens, Deum sibi aliquando concessurum, ut, quod tantopere desideraverat, sanctum propositum suum executioni mandaret. Eo duce, ibat sæpe ambulatum extra civitatem a porta marina ad regiam, inter quas situm est S. Dominici monasterium; ibidemque fixit in illos sacros muros oculis, fiebat cum tenero affectu, quod non liceret sibi tot bonorum Religiosorum sancto consortio ibidem frui. Id pariter factitabat, dum audiret æra campana conventus ad divina Officia pulsari. Ita ipsemet postea narravit in quodam colloquio, in dicta tirocinii domo cum novitiis habito, aliquot mensibus, antequam moreretur. Visus tunc aliquoties est magnam aquæ copiam ex puteo horti cellæ S. Vincentii Ferrerei hausisse, qua malorum aureorum arbores rigabat; et aliquando a fratre Joanne Perez rogatus, cur adeo se fatigaret tanta aquæ copia haurienda; Ad irrigandas, reposuit, hasce benedictas malorum aureorum arbores, ne arescant. Hinc collige humilitatem et piam simplicitatem, qua jam ab illa ætate benedictus Juvenis ornatus fuit.

17 Post evolutum Prioratum patris magistri, fratris Jacobi Ferran, in ejusdem locum electus est venerabilis pater magister, frater Joannes
Tomus V. Octobris

Mico, vir tantæ sanctitatis, ut et in vita et in morte multis miraculis honoratus fuerit. Apud hunc Ludovicus frequenter importune institit, ut sibi habitum concederet; et quamquam alii litterarum studiosi eundem quoque ab ipso peterent, hisce tamen sanctus Prior suadebat, ut alteri Religioso Ordini nomen suum darent; sed Ludovicus ab ipso, non sine singulari celesti providentia, magno eum gaudio admissus fuit. Verum antequam eam vestem indueret, desiderans Juvenis audire pias exhortationes, quas Prior diebus Veneris ad novitios in capitulo habebat; dum fratres cantarent Completorium, abscondit se in quodam sacello claustris, jamque illis ingressis in capitulum, ex insidiis clanculum prodiens, inter fenestras in genua procubuit, ibique attente pieque sermonem auscultavit, quem dum ad finem vergere advertit, raptim inde se recepit, ne deprehenderetur, et domum reversus, semper magis magisque ad serviendum Domino Deo impellebatur, mature expendens salutaria monita, quæ audierat.

18 Ludovicus postquam deinde cum dicto Priore de concedendo habitu secretissime, ne id patri innotesceret, ac denuo impediretur, egerat, a vespere usque in matutinum tempus pernoctavit in ecclesia S. Dominici, Deum ac beatissimam illius Matrem, Sanctumque loci patronum precatus, ut sine impedimento in eum Ordinem admitteretur, in eodemque perseveraret; cujus preces exauditas fuisse, docuit eventus; nam die xxvi Augusti anni m̄dxlii, ætatis suæ anno xviii, mense vii, ac die vigesimo sexto b, tam diuturni voti sui factus est compos, per manus ejusdem venerabilis Prioris Miconis indutus habitu gloriosi patris nostri S. Dominici cum communi omnium istius conventus patrum assensu et gaudio. At parentes, intellecto, ipsum religiosa veste jam indutum esse, supra modum dolere, tum quod illum singulariter diligenter, tum etiam quod vererentur, ne ab istis Religiosis ad id inductus esset; tum denique quod Filius suus ob ordinaria sua incommoda et debilitatem virium non videretur ipsis satis aptus ad litterarum studia; quas Ordo Prædicatorum profiteretur.

19 Quam ob rem aptiorem accommodatioremque ipsi censebant Ordinem Cartusianum, vel S. Hieronymi; eaque ratione inducti extrema tentarunt, ut a proposito suo dimoverent. At quanto magis isti moliebantur propositum illius enervare, tanto magis ipse firmabat. Simul atque Ludovicus vidit se eo benedicto S. Dominici habitu vestium, magis animis cepit sese in omnibus virtutibus exercere, specialiter in obedientia, humilitate et oratione; sanctique nostri fundatoris, et sancti Vincentii et aliorum Sanctorum Ordinis nostri gestis expendendis. His ducibus tantum in divino proficiebat servitio, ut omne bonum, omneque gaudium suum in conversando cum divina Majestate constitutum haberet. Et licet pater ejus ante expletum secundum illius tirocinii mensem de ejusdem consilio questus ei scripserit, nequit eum a proposito revocare; imo ipse cum magna constantia eidem respondit hoc modo.

20 « Jesus Maria. Litteras dominationis vestrae accepi, in quibus recte expensis video, « summatim duo contineri. Unum est, cum
49 velim

A. AVIGNONO.
tandemque eju-
dem habitum
induit

E
anno 1544, in-
scis parenti-
bus; patrique

b

F
ipsum ad se-
culum revo-
cantis, argu-
menta

per epistolam,

A. AVIGNONO.

„ velim Religiosam vitam profiteri, placere ti-
 „ bi, ut in Ordine Cartusiano vel S. Hiero-
 „ nymi Deo serviam. Alterum est, opinari te,
 „ persuassisse mihi hujus ædis Religiosos, ut
 „ suus essem. Quod ad primum attinet, patien-
 „ ter ferat dominatio vestra; quia ego alias
 „ numquam contentus vivam. Quod autem ait,
 „ cibos, jejunia et labores in hac Regula præ-
 „ scripta mei corporis constitutioni non conve-
 „ nire; et quia ego ad contemplationem incli-
 „ nor, id me commodius facturum in prædictis
 „ Ordinibus, quam in hoc, in quo Religiosi
 „ tantopere occupantur studiis litterarum, nec,
 „ nisi litterati, æstimantur; meminere, obse-
 „ cro, dominatio vestra dictum S. Pauli, re-
 „ gnum Dei non consistere in cibo vel potu c;
 „ et reprehendi ab illo eos, qui ventrem suum
 „ sibi Deum fecere d. Itaque, cum ego non
 „ credam, regnum Dei esse escam et potum,
 „ nec ventrem meum pro Deo habeam, parum
 „ me terrere possunt jejunia et labores. „

quæ hic datur,

21 „ Cumque hujus Ordinis Religiosi con-
 „ cionentur et confessiones excipiant (quæ offi-
 „ cia non recte sine contemplatione exercen-
 „ tur) certum est, in hoc ordine amplum ad
 „ contemplandum campum patere; quod domi-
 „ nationi vestræ manifestum est, eritque aliis,
 „ qui voluerint inquirere. Parum ab hominibus
 „ æstimari, non displicet mihi; imo id cupio,
 „ et ita suadet mihi S. Paulus his verbis: Mihi
 „ pro minimo est, ut a vobis judicer, quia,
 „ qui me judicat, Dominus est e. Proinde per
 „ amorem Dei supplico dominationi vestræ, ut
 „ in bonam partem accipiat, quod Spiritus San-
 „ tus fecit; illius hoc opus est, non meum;
 „ et contrarium facere, esset ipsi resistere. Cer-
 „ tus sum, me hac ratione salvandum, futu-
 „ rumque solatio dominationi vestræ, dominæ-
 „ que matri et fratribus meis. Atque hic cum
 „ Psalmista dico: Hic requies mea in seculum
 „ seculorum; hic habitabo, quoniam ipsemet
 „ elegi f. „

egregie refutat.

22 „ Quod ad alterum spectat, nempe exi-
 „ stimare dominationem vestram, id factum esse
 „ ex persuasione horum patrum; crede mihi
 „ (verum dico) eosdem mihi etiam fuisse con-
 „ trarios, maxime magistrum novitiorum, non,
 „ quod displiceret ipsi me admittere sed quod
 „ ei quoque, uti dominationi vestræ, viderer
 „ destitutus idoneis viribus ad sustinenda onera,
 „ quæ ibidem subeunda sunt: sed tandem
 „ mea importunitate constantiaque perpensis,
 „ judicavit, restitutum se Spiritui Sancto, si
 „ meis precibus non annueret. Ut autem domi-
 „ natio vestra hac de re certior fiat, sciat,
 „ quædam mihi concessa esse, quæ non solent
 „ aliis novitiis concedi; puta, ut possim ego ad
 „ dominationem vestram scribere, ab eaque re-
 „ cipere litteras, imo loqui cum eo, cui ipsa
 „ mandavit, ut me viseret. Nunc igitur, cum
 „ jam manifesto constet dominationi vestræ,
 „ me, quod in hac re feci, mea sponte fecisse,
 „ non ex suasionem aliorum, non decet, me ista
 „ facultate ulterius uti, sed ad aliorum novi-
 „ tiorum legem conformare. Idque ego etiam
 „ ipsemet rogavi patrem magistrum, qui nihilo-
 „ minus dixit, concessurum se, ut vestra domi-
 „ natio mecum sola loquatur, si ipsa huc vo-
 „ luerit accedere. „

omnino securus
esse jubet;

23 „ Ceterum tam crudeliter ille me tractat,
 „ ut me propter infirmitates meas in optima ti-
 „ rocini cella collocaverit, terque in hebdo-

„ mada cenare jubeat invitum; propter præsens D
 „ vero frigus sibimet abstulit pallium, quo ege-
 „ bat, ut ego eo utar; ut adeo in me sit mi-
 „ sericors, et in se ipsum crudelis; atque ipse
 „ incedat nudus, ut ego vestiar. Hisce de cau-
 „ sis soletur se dominatio vestra, certa que sit,
 „ me in animo meo magno solatio frui: quod-
 „ que ad exteriores vires pertinet, validiorem
 „ esse, quam unquam alias. Videat, ne de
 „ sua dominatione dicatur, quod dixit rex Da-
 „ vid: Trepidaverunt timore, ubi non erat ti-
 „ mendum g. Gratia Spiritus Sancti custodiat
 „ dominationem vestram cum domina matre et
 „ omnibus; quod ego diu noctuque oro. E con-
 „ ventu Prædicatorum, vi Octobris h. „

h
hæc tandem
consentunt.

24 Hæc omnia videns sanctus Prior Micon,
 ut liqueret, perseverantiam fratris Ludovici
 Bertrandi ex nullo humano respectu oriri, eum
 quodam die advocavit, et coram patre suo dixit:
 Præcipio tibi, quantum possum secundum
 Deum, ut mihi libere edicas, an in Ordine
 contentus vivas; et an vires in te sentias, ut
 in eo possis persistere. Affirmavit sanctus No-
 vitius, dixitque, se potius moriturum, quam E
 inde unquam egressurum: utque paternas su-
 asiones fortius oppugnaret, sciens sibi a Priore
 factam esse licentiam cum eo loquendi, vovit
 Deo, se in eodem Ordine victurum ac mori-
 turum. Hac ratione, ac matre etiam semel a
 Priore visitata, manserunt parentes illius tanto
 repleti solatio, ut ambo ad ecclesiam S. Domi-
 nici accesserint ad agendas Deo gratias, quod
 filius suus frater Ludovicus tam bonum statum
 elegerisset.

25 Tantum creverunt virtus et sanctitas be-
 nedicti fratris Ludovici anno novitiatus sui, ut
 non amplius tiro, sed veteranus videretur.
 Erat ipse abstinentissimus ciborum, sibi que de-
 stinatus portionis majorem partem semper dabat
 pauperibus, quod etiam per totum vitæ suæ
 decursum observavit; consilium S. Vincentii
 Ferrerii secutus. Erat admodum taciturnus, ac
 silentii et solitudinis amantissimus, humillimus
 omnium singularis in eo fuit continentia sensuum
 exteriorum, ac major etiam interiorum: nec enim
 satis ipsi erat consueta in hac sancta
 æde horas devotioni impendisse, sed curabat F
 mentem suam semper ad Deum elevatam habere.
 In communibus Ordinis Officiis fuit exactis-
 simus, nullo temporis puncto otiosus: exhibebat
 se admodum penitentem et austera vitæ amatorem;
 et quamquam in paragentis omnibus, quæ
 novitiis solent, plene satageret, non solum
 nulla hinc ei oboriebatur mentis evagatio, sed
 magis magisque accendebatur in amore divino.

In tirocinio
omnibus virtutibus
emicans

26 Multum studii posuit in ceremoniis Or-
 dinis discendis, et cognocendis constitutioni-
 bus, quas deberet servare, et in earundem
 observantia exactissime procedebat, uti in
 omnibus semper patuit. Suscipiebant Religiosi
 conventus virtutes, quæ in bono Novitio splen-
 debant, et quanto plura in eo videbant sancti-
 tatis indicia, tanto magis lætabantur, quod
 eum admississent ad habitum. Aliquando ten-
 tantes, an sibi esset constaturus, observabant
 oculos ejus, quos, dum in Crucifixum inten-
 tos habebat, expedito videbatur visu destitutus;
 notabant ejus verba, mensurabant passus, et
 omnes actiones subtiliter rimabantur; ac in
 hisce omnibus compererunt, unde ipsum magis
 amarent, laudarentque; nihil, unde arguerent.

futuræ sancti-
tatis suæ ma-
nifesta præbet
indicia.

A rent. Tale summam dedit specimen virtutis suae, ut, elapso anno tirocinii, totus conventus exultaverit, quod ille ad professionem procederet; cum ex iudiciis in novitiatu ab illo datis pro certo haberetur, fore ut insignem splendorem, non solum huic sancto conventui, sed etiam universo Ordini Dominicano adderet.

iv.
Professus anno
1843 novis
animis

27 Anno MDXLV, vicario generali Ordinis patre magistro, fratre Francisco Romeo Castellioneo, post mortem Generalis, fratris Alberti de Casaus Hispani, anno MDXLIV, die XXVI Novembris Vallisoleti *i* defuncti; Provinciali autem Aragoniae patre magistro, fratre Melchiore Pou Catalano, Priore vero conventus S. Domini Valentiae venerando patre magistro Micone, frater Ludovicus Bertrandus professionem suam die XXVII Augusti cum magno suo ejusdemque conventus Valentini gaudio nuncupavit. Qua re agnoscens se novo debito, tribus scilicet sollennibus votis, obedientiae, castitatis et paupertatis, additaque praeterea sacerarum Constitutionum observantia, ad servendum Deo obstrictum, omnem vitam praeteritam pro negligentia et morandi materia reputabat. Proinde toto animi affectu caelestem opem implorabat, ut inciperet bonus esse: quia quo quis melior est, eo amplius sibi credit deesse, ut bonus sit. Volvebat semper in animo, se ad hunc statum a Deo vocatum esse, ut inciperet illum amare, arguebatque suam desidiam, velut in ea via hactenus nesciret ambulare, in qua tunc oportebat currere.

in omnium vir-
tutum studium
incumbit,

28 Maximi faciebat exactum esse in promissa obedientia, ac propterea voluntatem suam in omnibus et ad omnia superioris nutui subiciebat; quod Religiosae vitae fundamentum est; tantamque in hac virtute exercenda facultatem acquisivit, ut, quemadmodum ex Processu constat, magnam devotionem excitaret videntibus, quam prompte majoribus suis pareret; nec talis solum fuit in principio vitae suae Religiosae, sed semper mansit obedientissimus. Curavit omnimodis, ut puritatem mentis et corporis servaret intactam, utque omnes cogitationes suas continue in Deum defixas haberet, eum assidue obsecrans, ut tam bellum candorem sibi illaem servaret. Pergebat magis, quam unquam antea, mundana omnia contemnere, ea nihili faciens, vilissimaque ac se indigna reputans; sed contra inestimabiles divitias ac pretiosum thesaurum esse censens servire Jesu Christo, cui agebat gratias, quod hic per votum paupertatis teneret illum iis solutum vinculis, iisque cogitationibus liberum, quae felicissimam servitute suam potuissent turbare.

optimos quos-
que sibi sequen-
dos proponens.

29 Elegit sibi duces patrem suum S. Dominicum, aliosque Ordinis Sanctos, ac peculiariter S. Vincentium Ferrerium, ex cujus consiliis, in Tractatu de vita spirituali ab eo consignatis, se dirigebat; neque solum mirabatur exempla Sanctorum, qui obierant, sed etiam studebat, imitari virtutes maxime in his provectorum, qui vivebant; quorum in ea sancta aede magna erat copia. Unius itaque charitatem erga proximum; alterius solitudinem, aliorum corporis habitum; horum assiduitatem in orando; istius penitentiam et corporis castigationem imitans, formabat sibi indumentum pulcherrimum, quo se ornaret; tamque studiose curabat augmentum virtutum, ut intra breve temporis spatium perfectum sanctitatis ex-

emplar evaserit, quod omnes poterant utiliter contemplari, ex eoque uberes fructus referre.

A. Avignoso.

30 Speciatim vero tantopere assueverat cum Deo agere, ut aliquoties raperetur extra se, ita ut ipsemet nesciret discernere, utrum in terra, an in caelo versaretur. Proinde petiit semel a patre Micone, ut sibi diceret, quid causae esse posset, quod aliquando, dum orabat, non esset sui compos, cui ille respondit: Redde Deo gratias, quod eo pertigeris; haec enim felicitas est, quae non omnibus obtingit. Factum hoc ipse frater Ludovicus narravit patri, fratri Joanni Alarconi, dum in conventu S. Annae de Albayda de oratione conferrent; advertit tamen pater Alarcone, Ludovicum, postquam haec manifestaverat, dictorum suorum penituisse, quod in suam laudem ea possent, redundare. Tantopere desiderabat opera penitentiae facere, ut multa, quae faciebat, pauca ipsi viderentur. Nec contentus erat observandis jejunis, quae Constitutiones praescribunt, nisi his etiam adderet altera, dempta sibi majori parte alimenti sui; totque corporis flagellationes afflictationesque ceteris adjungeret, ut in gravem incidere morbum: qua de causa necesse fuit, eum transmittere ad conventum S. Matthaei *k*, locum salubrem, in quo cara sanctitatis suae vestigia reliquit.

Ex nimis austera vita ratione in mortuum lapsus alio mittitur;

E

k

dumque convalevit, solita resumit exercitia et litteris operam dat;

31 Postquam ab hac infirmitate convaluit, solita exercitia resumpsit: nec enim erat instar aliorum, qui, si faciendo penitentiam agrotaverint, ab ea imposterum abstinere. Ut autem ea, quae in tirocinio docentur, usui sunt non solum tempore novitiatus, sed toto vitae spatio; ita frater Ludovicus ad mortem usque observavit substantialia et necessaria, quae novitius didicerat; puta, vota paupertatis, castitatis et obedientiae, ceremoniasque Ordinis etiam minimas; ac speciatim modestiam et habitum corporis, ut nullus novitius ei fuerit comparandus. Eandem modestiam praeferebat in verbis, aliisque omnibus ad Religiosam professionem spectantibus, semper quamdiu vixit: verum haec paulatim manifestiora fient suis locis, dum se obtulerint occasiones. Quamquam vero Servus Dei ab adolescentia sua contemplatione mirifice delectaretur, ac viderentur ipsi scholastica studia mentem ab eadem avocare, gnarus tamen, eum solere esse demonis astum, ut in foedos errores inducat eos qui volunt se sine scientia contemplationi tradere, litterarum studiis impigram navavit operam, eademque semper adamavit, ac libenter conversabatur cum viris doctis, quibuscum passim conferebat, quae legerat; et ne a vero aberraret, plurimum deditus erat doctrinae S. Thomae Aquinatis; dumque postea Prioratum gessit, diligentissime curavit, ut subditi sui studiis intenderent; eademque diligenter promovit.

F

ANNOTATA.

a *Adi Annotata ad Vitae primae cap. 1, lit. n.*

b *Hosce aetatis annos mensesque completos computandos esse, liquet ex Annotatis ad Vitae 1 cap. 1, lit. q; annum igitur aetatis suae decimum nonum, jam octavo mense inchoatum, agebat, dum Ordinis Praedicatorum titronibus adscriptus fuit.*

c *Ad Rom. cap. 14, v. 17: Non est enim regnum*

A. AVIGNONO.

regnum Dei esca et potus; sed iustitia, et pax et gaudium in Spiritu Sancto.

d *Ad Philipp. cap. 3, §. 19*: Quorum Deus venter est.

e *Epist. 1 ad Cor. cap. 4, §. 3*: Mihi autem pro minimo est, ut a vobis iudicer etc.; et §. 4: Qui autem iudicat me, Dominus est.

f *Psalm. 131, §. 14*: Hæc requies mea in sæculum sæculi: hic habitabo, quoniam elegi eam.

g *Psalm. 13, §. 5*: Illic trepidaverunt timore ubi non erat timor.

h *Has litteras, ab Antistio non recensitas, ut alias priores, accepit Avignonus ex Vita Hispanica.*

i Vallisoleum, incolis Valladolid, Hispaniæ civitas est in Castella Veteri.

k *Situs is conventus erat in oppido S. Mathæi in regno Valentino, teste Diago in Historia provinciæ Aragoniæ lib. 2, cap. 96; quod ad Vitam 1 non annotavi.*

B

CAPUT III.

Ordinatur presbyter: mittitur in Lombay: Valentiam redux præficatur novitiis; ejusdem gesta ibidem.

cap. V.
Sacerdos creatus anno 1347
primitias offert
25 Octobris;

Cum B. Ludovicus tanta sanctitate ac virtutibus splenderet, decreverunt patres, ut sacris Ordinibus initiaretur. Proinde sacerdos creatus primam Missam suam cantavit die xxiiii Octobris anni mcdxlvii Valentiam in conventu Prædicatorum. Qua nova dignitate adeo se ad perfectionem assequendam obstrictum agnovit, ut nullum tempus sufficere crederet ad sui corporis afflictationem aliaque poenitentia opera exercenda, ut edomaret carnem, spiritumque ad Deum elevaret, angelicam puritatem desiderans ad tam excelsum ministerium obeundum. Missam tanta cum pietate celebrabat, ut eam vehementer accenderet in circumstantibus; et, priusquam ad altare accederet, parabat se diligenter, ut majori cum fame hunc sanctissimum Cibum sumeret, quo spiritum suum in servitio et amore divino roborabat: nam ut ipsi familiare erat dicere, Per sanctissimum Sacramentum servi divinæ Majestatis, velut naves prospero vento, navigant. Propterea suadebat etiam aliis, quibuscum agebat, ut sæpius communicarent, dumque id facere non possent, saltem se in ecclesia coram divina Eucharistia sisterent.

virtutum studio incumbit,

33 Post susceptum sacerdotium Ludovicus intimam contraxit familiaritatem cum aliquot religiosioribus patribus, nominatim cum venerando patre magistro Micone, patre fratre Michaële a S. Dominico, natione Navarro, magistro Laurentio Lopez, et patre fratre Raphaële Castello, quibuscum conferebat de negotiis animæ suæ, quod magnam in illis sanctitatis speciem videret; ac proin, ad modum apud ex illis, velut totidem floribus cælestem

rorem colligebat: fuitque semper amicus servorum Dei, quique Dei servi esse desiderabant.

34 Nocte quadam post dictum Matutinum orationi insistens, vidit in spiritu laudatum patrem Castellum (qui insigni sua bonitate magnam partem habuit in tam felici emendatione provinciæ Aragoniæ) ad collum usque immersum aquis cum presenti periculo submergendi. Cumque dictus pater profecturus esset ad insulam Majoricam, frater Ludovicus ei visionem suam narravit; quam eventus veram esse probavit. Etenim, dum pater Castellus e Majorica rediret navi, in qua etiam erat proregina, vidua domini Philippi de Cervellone, ejusdem insulæ proregis, tanta repente tempestas Majoricam inter et Ebusum orta est, ut pater Castellus minus periculi in scapha esse estimans, in eam descenderit, nihil secum ferens, nisi scapulare et tunicam; paulo post navis submersa est cum proregina; scapha autem transversum in Ebusum impulsa fuit: quam ob rem pater Castellus, antequam sæviante mari, potuit prosilire in terram, diu sub aquis fuit, ut ei prædixerat B. Ludovicus; sed, miserente Deo, vivus evasit. Referebat B. Ludovicus, hunc soluisse orare prostratum humi, brachiis in formam crucis extensis; multisque revelationibus cælestibus honoratum fuisse.

35 Cum dominus Franciscus Borgia b, dux Gandiæ, conventum Sanctæ Crucis de Lombay c fundasset, quem bonus iste servus Dei edificaverat ex zelo animarum subditorum suorum qui tunc novi erant Christiani d, ejusdem loci Prior mense Septembris anni mcdxlviii electus fuit pater Micon, qui insignes virtutes et sanctitatem B. Ludovici probe perspectas habens, curavit, hunc sibi comitem dari, ut bonis principis ea instituta domus postea in sancta observantia et religione semper proficeret, uti factum est. B. Ludovicus, licet huc libenter se contulerit, brevi tamen tempore ibidem potuit consistere. Etenim initio Novembris ejusdem anni oranti apparuit suus genitor, velut moribundus: quam visionem confessario suo mane narravit, ac paucis post horis adfuit nuntius ad eum missus, ut quam mox rediret Valentiam si vellet patrem suum videre vivum, qui eum in desperato suæ vitæ statu videre et apud se habere desiderabat summopere.

36 Discessit velociter B. Ludovicus, moribundum patrem invisit, lætissimeque exceptus ab eo inter lacrymas hæc audivit: Fili, a me summe dilecte, mihi in hac vita fuit molestissimum, quod te viderim Fratrem e; idque ipsum est, quod nunc me potissimum solatur: commendo tibi animam meam. Perstitit B. Ludovicus apud ipsum reliquo exiguo tempore infirmitatis illius usque ad mortem, quæ contigit die vii dicti mensis Novembris, ut dicitur in Processu canonizationis, in quo exstat capitulum, ex codice Cartusiæ Portæ-cæli acceptum, in quo notata sunt suffragia, quæ per totam Cartusiam pro illius, velut in eam munifici, anima collata fuere. Placuit autem Deo revelare Servo suo cruciatus, quos illa in purgatorio sustinebat; nimirum, quod modo ex alta turri præcipitaretur deorsum, ex quo lapsu ossa ejus minuebantur; alias vehementissime percutiebatur; audiebatque Ludovicus eam lamentantem, sequere ipsi commendantem, ut succurreret f.

A 37 Hasce visiones spatio octo annorum frequenter habuit, quo interim tempore semper dolebat, quod patrem suum in tantis videret cruciatibus, studebatque ei succurrere per Missas, Psalteria, Rosaria, jejunia et proprii corporis flagellationes, quas sibi sæpe infligere solebat, et habebat hunc in finem opportuna quædam in conventu loca. Noctu flagellabat se in sacellis ecclesiæ maxime obscuris, vel in parva sacristia sacelli misericordiæ intra claustrum, quem locum huic exercitio accomodatissimum ait: sed magno ipsi animo opus erat, quod locus iste terribilis esset. Nam aliquando ad illum tendens, invenit ibi prostratum humi ac semimortuum patrem Castellum, quem flagellantem se dæmones pessime percusserant. Hæc sacristia nunc in oratorium a patre magistro fratre Vincentio Gomez conversa est.

atque octennio post liberatum videt.

B 38 In fine octennii vidit B. Ludovicus patrem suum in pulcherrimo horto hilarem: quam visionem Servus Dei, jam infirmus, uno ante mortem suam anno fratri suo Jacobo, et cuidam alteri familiari suo lachrymabundus narravit: causamque rogatus, ob quam pater suus tanta passus fuisset, respondit, se credere id factum esse, quod ille in obsequiis ejusdem e magnis horum regnorum proceribus versatus fuisset. Neque vero incredibile appareat, patrem, quamvis vir pacificus bonique exempli fuisset, et moriens adstantem sibi habuisset filium suum, fratrem Ludovicum (qui multum laboraverat, ut divinam amicitiam ipsi conciliaret) tam dura tamen tamque diuturna passum esse; Deus enim librat metiturque opera nostra, atque ipse solus novit præmium et pœnas, quæ meremur.

vi. Et junior, novitius magister datus,

C 39 Licet in Ordine Prædicatorum consuetudo ferat, ut officium magistri novitiorum, utpote maximi momenti, nulli, nisi maturæ ætatis Religioso conferatur; quia a bona institutione novitiorum pendet omne bonum Ordinis; et quia iidem jam obedientia ceterisque virtutibus imbuti manent sub disciplina magistri, non modo annuo spatio tirocinii, verum etiam post professionem, donec primam Missam celebrarunt; convenit, ut magister novitiorum non solum sit vir religiöse vitæ, sed etiam magnæ prudentiæ et experienciæ. Tanti nihilominus fiebat apud omnes alumnos Valentini conventus B. Ludovici sanctitas et virtus, ut ipsum, quamquam juvenem, omnes elegerint magistrum novitiorum, firmiter freti, fore ut delectum ætatis ejusdem pietas et virtus cum magno Ordinis emolumento pensarent. Nec spe sua frustrati fuere: tam enim insigniter illud munus administravit, ut ad id natus videretur; et ab hac prima, aliisque sex vicibus, quibus id muneris gessit, prodire multi Religiosi, qui sua virtute et exemplo Ordinem plurimum illustrarunt.

eos non minus opere, quam verbis, h

40 Prima ipsius ad magisterium novitiorum electio contigit die XXI Septembris anni MDLII; primumque, quod ipse ad munus suum recte exercendum curavit, fuit, ut in servitio divino semper omnium primus esset: exempla enim superiorum vehementer movent inferiores. Erat proinde in oratione assiduus, temperans, humilis, et Constitutionum observans, nulla harum, etiam minima, admissa violatione. Utque ipse totus ardebat zelo amoris Dei, ita omnimode studebat, ut novellæ istæ

plantæ crescerent omnibus ornata virtutibus, et tempore suo suaves bonorum operum fructus ad gloriam Dei et Ordinis honorem proferrent. In hunc finem reprehendebat, obsecrabat, monebat omnes, plus opere quam verbis. Solebat esse in iis, quæ ad observantiam constitutionum spectant, exigendis severior, quia, qui hisce assueverint, iis postmodum minime novi apparebunt Ordinis labores.

41 Quemadmodum ille semetipsum, et mundana omnia summopere contemnebat, sic eundem contemptum in discipulis suis mirabiliter excitabat, eorumque corda omnium creaturarum rerum amore exuens, volebat eos erga cellam librosque ex amore Dei affectos, ut, si omnia a superiore tollerentur, nullam sentirent molestiam. Laudabat commendabatque illis obedientiam; et, si quis eam violasset, perquam severe castigabat. Persuadebat, ut Sacramenta frequentarent, ac sæpe per hebdomadam confiterentur peccata sua, etiam crebrius, quam præcipiat Regula. Docebat eos, quo modo se armare deberent passione Christi, in qua invenitur refugium adversus omnes molestias, robur in tribulationibus, et flamma amoris ad vilipendenda creata omnia. Inde (subjungebat) addiscent charitatem, obedientiam et humilitatem cum ceteris insuper virtutibus omnibus; ac propterea necesse esse, aiebat, ut Religiosus in cella sua habeat imaginem Crucifixi, quo se recreet, et ad quem in necessitatibus suis recurrat, maxime in tentationibus; nam in illo reperitur vera requies et omne bonum, quia isti post Crucem absconditus Christus est. At que hæc sunt illius admirabiles lectiones, per quas Sanctorum scientia comparatur.

42 Habebat itaque B. Ludovicus semper in cella super mensa librorum Crucifixum; et aliquando interrogans fratrem Joannem Baga, an ipse aliquam Crucifixi imaginem haberet; cum id hic negasset, reposuit: Nequit esse Frater S. Dominici, qui Crucifixum non servat in cella; et exurgens sublatus e pariete Crucifixum donavit ei, dicens: In hoc invenies, quidquid desideraveris. Bonus Magister omni studio curabat, ut novitii sui semper et ubique divino amore accensi essent, talesque se exhiberent; et in ea re tam erat ingeniosus, ut fratribus in horto se recreantibus ex industria occurreret, vultuque benigno diceret: Diligamus, fratres, diligamus Dominum Deum; tamque pio animi sensu hæc aiebat, ut illi, missa facta recreatione, quamvis constitutum tempus nondum effluxisset, sese in cellas suas reciperent toti accensi ardore verborum ejus. Efficacissime inculcabat, ut omnia opera sua ac labores dirigerent facerentque ex amore Christi nostrum amantissimi, ita ut eorum jejunia, preces et corporis flagellationes non alium scopum peterent.

43 Docebat eos puritatem conscientiæ, et sinceritatem cordis fuci nesciam, atque omnis simulationis expertem: confortabat debiles, animabat infirmos, exponens, quantum posset mereri, licet exiguæ vires pauca facere permitterent; modo rectum finem sibi proponerent in animo, et amorem Dei foverent in mente. Professos volebat diligentem litterarum studio operam impendere, negans, litteras adversari sanctitati; imo experientia constare, aiebat, in ordine S. Dominici doctiores magis religiosos

A. AVIGNONO.

omnibus virtutibus erudit.

E

maxime amore Dei.

F

puritate cordis ac sinceritate, reliquis præiens humilitate

A. AVIGNONO.

religiosos esse, magisque Dei timentes, et solitudinis amantiore. Tam clara luce viam cæli illustrante, novitii magnis procedebant passibus vim sibi inferentes, ut sequerentur Magistrum, qui opere magis, quam verbis, eam monstrabat, exorsus ab humilitate, quæ tam profunda erat in B. Ludovico Bertrando, ut se hominum omnium, qui viverent, pessimum reputaret. Propterea præterquam quod sibi pectus suum sæpe percuteret, precabatur juvenes istos, ut pro se, tamquam maximo mundi peccatore orarent. Hortabatur eos, ut liberrime dicerent omnes defectus, quos in illo observaverant, promittens ei, qui ipsum fidelium accusasset, in præmium se remissurum aliquam pœnam debitam, atque insuper aliquid muneris largiturum.

*in corpus suum
sæviebat flagel-
lis.*

44 Sed maxime mirabile erat videre vehementes continuasque flagellationes, quibus se lacerabat; quæque, licet conaretur eas sibi infligere in secretis locis ac temporibus, quibus minime percipiendas rebatur, multis tamen modis in notitiam venerunt. Contigit aliquan-

B do, ut dum se aspere flagellasset, oblitus fuerit cellæ ostium claudere. eamque ingressus Pædagogus *i*, tunc frater Franciscus Alemanni (qui postea magister et Prior et insignis concionator fuit) non solum pavementum, verum etiam parietes recenti sanguine imbutos invenerit *k*. Altera vice, quod novitium velut sine causa flagellari jussisset, semetipsum sic flagellavit, ut duo novitii, viso copioso sanguine, quem fuderat, vehementer obstupefacti, inventum, quod ille absconderat, sanguinolentum flagellum eidem reddere recusaverint. Passim vero cella ejus respersa sanguine spectabatur; eumque quidam novitius ei diceret, se id relaturum Priori, Tace, fili, per amorem Dei, inquebat B. Ludovicus; ego enim me emendabo; quæ quidem emendatio ea futura erat, quam ipsemet cuidam amico suo, divinis rebus plurimum dedito, clam indicavit, quod ipse se semel flagellaverit cinctus linteo, ne sanguis deflueret in solum, eaque ratione a nemine observaretur.

*vel minimis
novitiorum de-
fectus castiga-
bat severe.*

C 45 Ut vero semet libenter flagellabat ita etiam facile levibusque de causis flagellabat suos subditos, etiam defectus parvi momenti castigans *l*. Diebus Veneris media nocte, dum in novitiatu celebrabat capitulum, exhibebat speciem extremi iudicii; quamlibet violationem silentii, parvum in somno excessum, commissum in choro errorem, aut qualemcumque defectum in officiis puniens, aspereque redarguens. Cum duo novitii de quodam consilio, quod S. Vincentius Ferrerius in Tractatu vite spiritualis dedit, disputarent, et eorum alter hoc, alter alio modo id interpretaretur, tam graviter tulit B. Ludovicus, inter novitios utcumque minimam altercationem subortam, ut eos in capitulo severe corripuerit, jussertique aliorum novitiorum pedes osculari, adjectis minis de tollendo illis habitu, si tale quid impostero commisissent. Diligenter curabat, ut modeste incederent, nec oculis umquam sublati; utque inquireret, quomodo hæc ab iis observarentur, consueverat eos spectare ex cella S. Vincentii, quoties accedebant ad chorum, vel inde redibant: si autem casu quispiam hac in parte deliquisset, non solum is aspere reprehendebatur, sed etiam luebat pœnam.

46 Aliunde quoque erat admodum sollicitus, ut bene provideret novitiis, quacumque re illis opus esset: nam quamdiu vixit, pectus semper nobile ac liberale gessit. Ut vero æquum non est, arcum semper tensum esse; sed aliquoties remitti, ne rumpatur, solet in bene ordinatis religiosis Ordinibus concedi, ut certis temporibus quadam religiosa recreatione fruantur; ea data occasione, B. Ludovicus novitiis suis multa procurabat cupedia; nec tantum iis temporibus acceptabat, quæ a Religiosorum parentibus dono mittebantur, et in commune omnibus reponerat. verum etiam, ut mitteret, inducebat matrem suam, a qua ei copiose providebatur.

*isidem etiam
paternæ pro-
spicit.*

47 Habebat tamen B. Ludovicus in mediis recreationibus cogitationes suas de more fixas in Deum, ita ut quodam die, dum novitiis cœnulam partiretur, improvise cœperit lacrymari; quod licet dissimulare conaretur, coactus tamen fuit se in cellam recipere. Secutus ipsum pater frater Thomas Arenas, intima ei familiaritate conjunctus, repetitis vicibus flendi causam rogavit: cui ille post aliquantum silentii tandem hæc verba reposit: Comedimus et confabulamur; et ego nescio, quæ mea futura sors sit: nescio, an non æternum damnandus sim. Hisce dictis, rursum in lacrymas prorupit metuque indulsit. Hujusmodi cogitationibus non raro anguntur, qui Deum vere amant; atque ipse sæpe similes angores passus est. Cuidam familiari amico suo semel secreto indicavit, sibi aliquando noctu expergefatto per vivam memoriam Domini Dei, ejusque præsentia tandem ossa termissis; recitabatque illud Jobi capite iv: "Quando solet sopor occupare homines, pavor tenuit me, et tremor, et omnia ossa perterrita sunt *m*. " Crebro etiam versabat in ore suo ista Salomonis Proverbiorum capite xxvii: "Beatus homo, qui semper est pavidus."

*Timore Dei
mire percelli-
tur.*

48 Facili negotio reddebat vestimenta mundana novitiis rogantibus, ut redirent ad sæculum: dicebatque ceteris, quod olim Christus discipulis suis: "Numquid et vos vultis abire *n*? " Ut enim sanctum est, libenter vivere Religiose, ita res magni periculi est, ex metu vel pudore religiosum Ordinem ingredi. **F** Simili facilitate tollebat habitum iis, qui non recte incedebant, et exiguum proficiendi spem faciebant. Cum quidam novitius bono Magistro diceret, sibi factam esse insignem revelationem, quam cum eo vellet communicare, respondit ille: Itane, jam nunc tibi obtinentur revelationes? deferes habitum; nec multis diebus post in sæculum rediit, ut vitam anchoreticam duceret, quod tamen non fecit. Non placebant fratri Ludovico revelationes tironum in servitio divino, aiebatque, oportere prius multum temporis impendi vite activæ ad castigandum corpus, quam per contemplationem volare; eam enim esse ordinariam viam Sanctorum, præceptis sanctorum doctorum conformem.

*in dimittendis
novitiis factis
est, improbat-
que eorum con-
templationes.*

49 Semel quatuor novitiis seorsum convocatis dixit: Filii mei, parate vos; uni enim vestrum moriendum hoc anno est; ac vere contigit, ut infra tres menses unus eorumdem obierit ceteris tribus superstitibus. Inter alios habebat duos novitios in recitando Officio ecclesiastico, aliisque similibus scrupulosissimos; quam

*Vaticinatur:
studiorum cau-
sa Salman-
ticam pergent,*

A quam ob rem cuidam alteri novitio, fratri Christophoro Escriva, inquit: Vides, quam hi duo filii sint scrupulosi? Scito, et unum et alterum Ordinem deserturos: et ita evenit. Cum B. Ludovicus litterarum studia faceret maximi, jam secundo præfectus novitiis, rogavit patrem Generalem, ut facultatem sibi concederet navandi iis operam in celebri conventu Salmanticensi. At pater Mico conabatur illum ab hoc proposito avocare, asserens, ipsum a Deo vocatum ad Ordinem esse, non ut doceret litteras, sed ut Christianos mores exemplis suis et piis consiliis aliis persuaderet.

per viam monitus redit Valentiam.

50 Assecutus nihilominus est desiderium suum, et profectus in Castellam est, quo cum pervenisset usque ad villam Escusam de Haro, obvium habuit quemdam patrem valde spiritalem, qui ei ait, non esse hanc illam viam, ad quam terendam illum elegerat Deus, ac proinde rediret ad conventum suum, ibidemque perficeret, quæ superiores mandaverant. Expensio hoc monito, B. Ludovicus statuit, Deum per duos hos servos suos voluisse sanctam suam voluntatem indicare, rediitque Valentiam, ubi festive receptus fuit a bonis illis Religiosis, qui, ut ipsum ob suam insignem virtutem summo opere amabant, ita etiam ægre ferebant tam pii fratris absentiam. Illuc vix advenerat, quin superiores idem tirocinii regendi pondus illi imposuerint ex spe ingentis fructus Ordini accessuri: quo officio multos annos functus fuit; licet ex desiderio majoris solitudinis et quietis superiores rogaverit, ut tantum sibi oneris eximerent.

ANNOTATA.

a Majorica, alias Mallorca, et Majorca, major Balearum insula est in mari Mediterraneo.

b Fuit hic S. Franciscus Borgia, Gandiæ duæ, postea tertius Societatis Jesu Præpositus generalis, cujus gesta hodie illustrata sunt.

c Lombay, vel Llombay, vicus vel oppidum regni Valentini est, paucis miliaribus Valentia distans ac marchionatus titulo gaudens.

C Foundationem dicti conventus laudato S. Francisco, loci marchioni, pariter adscribit Diagus lib. 1 Hist. provinc. Aragoniæ, cap. 290. De eodem ipsemet S. Franciscus in Vita sua, Hispanice per Ribadineiram scripta et per Andream Schottum Latine versa, lib. 1, cap. 17 sic loquitur ad Carolum natu maximum filium suum: Tria tibi cœnobia, tamquam majorum monumenta, in manus trado; Lombayæ sodalium S. Dominici, Gandiæ sociorum, et D. Claræ virginum, in quibus soror est, et amite.

d Sic Mauros Judæosque ad Christianam fidem conversos Hispani vocitant.

e Id est, Religiosum Ordinis Prædicatorum.

f Adi Annotata ad Vitæ primæ cap. 1, lit. x.

g Ac nimirum huic nimium assentatus propter hujus gratiam Deum offendisset.

h Consule Vitæ primæ cap. 2, et Annotata ibidem ad lit. a.

Italice est: Il Pedagoge; quæ tamen vox an sensu obvio, aliore hic accipienda sit, nescio.

k Consonant supra Antistius in Vita prima, et Auditores Rotæ romanæ, quorum verba dedi ibidem in Annotatis ad cap. 2, lit. b.

l Ne scilicet, ut habet Antistius in Vita prima cap. 1, noxas illas alioquin luere deberent in purgatorio.

m Consule Vitæ primæ cap. 2, et Annotata ibidem lit. c.

n Joannis cap. 6, §. 68.

A. AVIGNONO.

CAPUT IV.

Mors patris Miconis, ac matris S. Ludovici: hujus habitatio, præfectura, gestaque in conventu S. Annæ Albaydæ.

ANNO MDLV, die ultima Augusti a placuit Deo ad se evocare insignem servum suum, magistrum fratrem Joannem Miconem, de cuius laudibus supra meminimus, virum tantæ sanctitatis, ut multis a divina Majestate miraculis fuerit honoratus; et anno subsecuto obiit mater B. Ludovici Bertrandi, cui morienti ipse adstitit: quo tempore Valentia regnum valida vexabat fames, quæ usque ad annum MDLVII tenuit; cujus anni æstate deinde in civitate Valentina exorta pestilentia est, quæ per totum regnum serpens incolas usque ad annum MDLX afflixit. Eo malo in conventu Valentino obiit frater Clemens Benetti, qui, postquam animam suam generali confessione apud beatum fratrem Ludovicum Bertrandum eluerat, eidem pollicitus est, fore ut suum in altero mundo statum indicaret. Apparuit ergo ipsi eadem nocte, dixitque, se pro quibusdam levibus defectibus in purgatorio detineri, petitique, ut patrem Priorem ea de re certiorer faceret, utque is pro eo preces fratribus suis indiceret. Obsecutus est B. Bertrandus, celata visione; ac dehinc post sex dies quidam de peccatis suis apud eundem confitens ait, ea nocte se vidisse terram aperiri, ex eaque scissura exeuntem fratris Clementis Benetti animam, instar stellæ splendidam, et per aëra ascendentem in cælum.

52 Invalescente posthæc Valentia peste, correptus fuit Prædicatorum Prior, frater Michaël a S. Dominico, Religiosus magni meriti, qui ex mandato patris magistri, fratris Petri Salmanticensis, filii ejusdem conventus Valentini, et tunc temporis istius provincie Vicarii generalis, multos e fratribus suis ad alios regni conventus transmisit, ne periclitarentur omnes. In hac partitione B. Bertrando obtigit conventus S. Annæ de Albayda, cui majori parte temporis præfuit cum titulo Vicarii, quod monasterium istud tunc nondum Prioratu gauderet. Quia vero is conventus in loco solitario erat, admodum erat aptus consuetis B. Ludovici exercitiis; quippe qui ibidem poterat pro arbitrio suo precibus et contemplationi vacare; solebatque cum magna animi voluptate nudis pedibus in vicinum conventui

E CAP. VII.
Mors Miconis, ac Sanctæ matris: alterius animæ e purgatorio liberata.

a

E

Urgente peste, ad conventum Albaydæ missus eidemque præfectus.

A. AVIGNONO.

ventui collem ascendere, in eoque ad exemplum Christi Domini nostri longas moras trahere.

divinum amorem transfundebat in alios.

53 Tanto aestuabat divino amore ut verba ejus focus ardens viderentur uti patuit quodam die, quo frater quidam conversus, Joannes Perez nomine, dum in eodem conventu parabat se ad confitendum B. Bertrando, audit magnos planctus et singultus patris Alphonsi Godoy, qui apud eundem B. Bertrandum confitebatur, quique paulo post inde recedens lacrymabundus absoli, nolens, quemquam sine solatio dimitti, jubebat reliquos, quantum permittebat ejus sancti loci paupertas, cibis refici, lauteque haberi: proinde omnes pie affecti hilaresque domum redibant. Propensissimus erat in dandas eleemosynas, dabatque ordinarie, quotquot peterent, et mendicos, quos in plateis invitabat ad conventum. Magna enim erat illius fiducia in Deum, quippe qui optime noverat, Deum non defuturum hominibus, cum nec desit animalibus ratione expertibus e.

B

mirus illius in orando fervor, et in castigando corpore severitas;

54 Tantus erat illius in orando et meditando spiritus fervor, ut is nonnumquam redundaret in corpus. Quam ob rem quodam hyemali die, tempestate frigida patri Alarconi de tam intenso frigore conquerenti B. Bertrandus respondit: Pater, si frigeas, confer te ad orandum, et non senties frigus. Idne tu nunquam expertus es? Tractabat se ipsum rigide, aspero cilicio indutus, seque, ut jam dictum est, saepe flagris cruentans. Hinc scapulas habebat laceras, quibus manus suas blandiendi gratia aliquando imponente patre Alarcone, ille corpus suum vehementer contorsit; ex quo satis intellexit Alarco, quid rei esset; et dissimulavit: verum alio die in cellam ejus ingressus, inventum in ea vetus sudarium, ex flagellatione totum sanguine tinctum, furtim abstulit, et pro sacris reliquiis servavit viginti ac pluribus annis, antequam B. Bertrandus moreretur.

sacrae Eucharistiae pia fames; fervor in concionando; eleemosynas colligendi studium;

55 Missam devotissime celebrabat, cumque ad Communionem pervenisset, morabatur diu cum sanctissimo Sacramento in manu lacrymans, tuncque saepe visus fuit magno splendore micare, ut suo loco dicitur. Ex singulari, quo Eucharistiam prosequeretur, affectu ordinarie celebrabat quotidie: si vero impediretur, precabatur praedictum patrem Alarconem, tunc sacristam, ut sibi eam porrigeret; eoque superiore id facere recusante, repulsam ex magna humilitate ac obedientia ferebat patienter. Exercitia, quae B. Bertrandus et socii ejus in hoc conventu obibant, erant incumbere praedicationi, et consolandis animabus insistere, quae praeter divinas laudes diu nocturne cantandas, huic sacrae Religioni sunt propria. Primum ex sermonibus, quos in hoc conventu commorans habuit, dixit in vico Palombara e, quem ille magni aestimabat, quod patria esset sui boni magistri Miconis. Priusquam ascenderet in cathedram, consueverat se recipere in sacristiam, ubi tam ferventer orabat, ut crebro visus fuerit inde regredi vultu splendente. Ibat pedes per istam viciniam praedicaturus, et finita concione, colligebat eleemosynas fratribus suis, amplam peram humeris impositam gestans.

d

56 Aliquando ab habita concione rediens a S. Maria d'Agres d invenit pastorem, qui gre-

gem suum servabat, vidensque ipsum, procubuit in genua oraturus; deinde ad pastorem accedens, indicavit ei suas secretas cogitationes, quodque tot jam anni elapsi essent, ex quo ipse non fuerat confessus, utque adeo quam primum confiteretur; cum jam proxima instaret mors. Obsecutus est pastor, ac paucis diebus post ad alteram vitam concessit. Mandabat fratribus, ut prompte audirent omnes, qui ex circumjacentibus locis confitendi gratia ad eos venirent; dumque praenimia multitudine non poterant omnes matutino tempore absolvi, nolens, quemquam sine solatio dimitti, jubebat reliquos, quantum permittebat ejus sancti loci paupertas, cibis refici, lauteque haberi: proinde omnes pie affecti hilaresque domum redibant. Propensissimus erat in dandas eleemosynas, dabatque ordinarie, quotquot peterent, et mendicos, quos in plateis invitabat ad conventum. Magna enim erat illius fiducia in Deum, quippe qui optime noverat, Deum non defuturum hominibus, cum nec desit animalibus ratione expertibus e.

mira in pauperes largitus

57 Quamquam is conventus, quo tempore B. Bertrandus ei praefectus vicarius fuit, admodum egeret, nec haberet pecuniam in promptu, nec spem ejus obtinendae, imo multis obstructis debitis esset, in novo loco rebus omnibus necessariis instruendo contractis, cepit Servus Dei tam generoso animo eleemosynas elargiri, velut ista ades fuisset ditissima. Sicut autem ipse per charitatem suam quasi prodigus erat in inopes, ita videbantur conventus subsidia prodigiose augeri, ut intra breve tempus omnia debita exstinerit, manifesto indicio, quod, quo munificentior ille esset in pauperes, eo magis auferentur res conventus sui, quem omnibus necessariis opportune instructum semper habuit. Et licet propter sepultum in ea ecclesia aliquem, qui ex peste mortuus repertus fuerat, illi multis diebus prohibiti fuerint per ea loca mendicare; nihil tamen iis defuit necessari: quia, quemadmodum bonus Vicarius suam suorumque Religiosorum vitam in sepeliendis peste extinctis exponebat periculo, sic Deus non solum illos omnis contagii expertes servavit, verum etiam ipsidem, quidquid opus habebant, ministravit, ne ex hac tribulatione inopiam paterentur.

copiose a Deo compensata; charitas peste infestis innocuae exhibita;

58 Cum, rupta conventus campana, procurator ad novam conficiendam nummos colligeret, contigit, ut B. Bertrandus pro suo praelati officio iis in rem alteram opus haberet. Quam ab rem procuratori prompte mandavit, ut omnem pecuniam, quam habebat, sibi traderet. Hinc ille vehementer contristatus est, veritus, ut deinde esset, unde pretium campanae solveretur, in eoque primo motu cholericum tacita mente dixit: O benedictae Deus, quam terribilis est iste! Beatus vero Bertrandus illico subdidit: Probe scio, pater, te dicere: O benedictae Deus, quam terribilis est homo iste! Da mihi tamen pecuniam: Deus enim providet. Mandavit aliquando procuratori culinæ, ut duos regales daret lotrici, quos procurator pannis sordidis involutos eidem misit. Bona mulier, eos casu inveniens, tanta amplius admirata fuit, quod eo ipso die maxime egeret. Venit ad conventum et Servo Dei dixit: Quid est hoc, Pater, quod inter pannos inveni? Cui ille. Abi, respondit, filia: eo enim indiges.

Fiducia in Deum: revelata ipsi mulieris indigentia.

A ges. Ad quod responsum ipsa etiam magis obstupuit, maxime quod indigentiam suam nemini revelasset.

viii.
Secreta novit
ac prædicit:

59 Peste grassante Valentiae, debebat in loco, Belgida dicto, et media leuca a conventu S. Annae dissito, quidam nobilis Valentinus, nomine Hieronymus Abeglia *f*, vir magnae prudentiae et timens Deum, qui multis annis Juratus Valentiae *g* fuerat aliisque functus officiis. Hic singulis diebus Dominicis, ac fere etiam omnibus festis, ad conventum S. Annae ibat, de peccatis suis confessurus, qua in re utens B. Bertrando, intimam cum eo contraxit amicitiam, eundemque supra modum dilexit, quod insignem illius perfectionem et eximias virtutes probasset. Cumque multa singularia de ejusdem abstinentia poenitentiaeque ac denique eximia vitae sanctitate audisset, ac propterea majorem cum eo familiaritatem conjunxisset, mira minimeque ordinaria ei contigerunt. Saepius decreverat de rebus animae suae cum Servo Dei conferre; sed priusquam id ei vel verbulo indicasset, imo priusquam cepisset loqui, B. Ludovicus ad singula plenissime respondit, non secus atque longum de iis sermonem cum eo habuisset. Quodam die eidem prædixit, tale vel tale quid ei eventurum, quod plane, uti vaticinatus fuerat, annis viginti post eidem evenit; quid tamen id fuerit, numquam voluit Hieronymus manifestare; quod sua propria causa esset.

parturientis felicem partum præmittit.

60 Domina Isabella de Beluis, prædicti Abegliae sorore, partus doloribus correpta, obstetrices multis horis præstolabatur; sed cum illa ex defectu virium nequiret eniti, rogavit fratrem suum, ut obsecraret B. Bertrandum, ne negligeret in eo mortis periculo sine mora ad se venire. Accepto nuntio, Servus Dei illic adveniens, nullo præterea verbo facto, ait Abegliae, Aperi mihi hanc portam (quæ oratorii erat) positisque ibidem ante Crucifixum genibus, Matutinum Officium Nativitatis Domini recitavit. At Abeglia, cum ille nimis diu ibi morari videretur, exploraturus illuc accurrit: is vero ex oratione consurgens ait: istæ obstetrices non norunt artem suam; nam nimis intempestive dominam ad pariendum disponere: nihilominus illa ante mediam noctem pariet filiam, quæ cum matre vivet: atque ita omnino contigit.

Flo viro nobili uxoris suae obitum præsentit.

61 Quadam vice dictus Abeglia ad conventum S. Annae accessit, ubi, postquam apud B. Bertrandum confessus, sacraque Eucharistia reffectus fuerat, cum eo paucisque aliis ad illius cellam se contulit; quam ingrediens Pater, apertis brachiis, ei dixit: Frater mi, para te; Deus enim tibi tollere vult, quod in hac vita tibi est carissimum. Triduo post die festo Abeglia ad S. Annam rediens in medio via occurrit B. Bertrando, Belgidam misso, ut prædicaret, et confessiones exciperet, uti solerant, qui Abegliam salutans, ait: Domum tuam vado, ut dominas istas spiritualiter consoler. Cum illic igitur advenissent, post breve colloquium Abeglia cum sua conjuge aliisque de peccatis suis confessus est, sacramque Eucharistiam suscepit. Post prandium, dictis Deo gratias, famulisque dimissis, conversus Pater ad Abegliam et uxorem ejus ait: Domini, quid si Deus vellet nodum, qui vos conjungit, dissolvere? moxque mutato sermonis argumento, cepit de Deo

Octobris Tomus V.

dissidere; ac deinde ad conventum suum reversus est.

A. AVIGNONO.

62 Triduo post, die Mercurii circa vesperam domina insolita vehementique febris correpta fuit, die Veneris sequenti abortum passa est, ac postridie, vix absoluto prandio, mortua: tumque demum intellexit Abeglia, quod Servus Dei, velut jocando ipsi sæpe insinuaverat. Dominica subsecuta primo mane egressus e conventu B. Bertrandus cum patre fratre Martino Suarez, ut iret in Belgidam, obviavit homini ad conventum eunti, qui priusquam verbum protulisset, ait B. Bertrandus: Jam scio causam itineris tui: redi: uxor domini tui obiit. Hinc pater Suarez intellexit, eam mortem per revelationem B. Bertrando cognitam fuisse. Cum Belgidam pervenisset, ingressus defunctæ domum, oculos bono temporis spatio in caelum elevavit, dixitque: Hæc defuncta bona domina erat una e purioribus ac simplicioribus animabus, quas ego umquam tractavi: et nihilominus quinque diebus detinenda in purgatorio est. Peractis exequiis, sepultaque mortua, B. Bertrandus adhortatus Abegliam est, ut filios suos probe educaret, nam majorem illorum partem Religiosos fore: quod et evenit: ex quinque enim tres Societatem Jesu ingressi sunt; alter habitum gloriosi patris Francisci induit; natu minimus duxit uxorem.

mortuaeque salutem declarat ac futurum filiorum statum vaticinatur.

E

63 Alio tempore B. Bertrandus existens Belgidæ in domo dominæ Isabellæ Beluis, intento in quandam servam oculo, ait dominæ ejus: Placeat tibi hoc mancipium quam primum vendere; sed cum perseverans pestis omne impediret commercium, subsequenter quindecim diebus id fieri nequit; in quorum fine infelix ista serva ex alta pergula in præceps desiliit et desperabunda obiit; tuncque intellectum est, cur bonus Servus Dei venditionem illius tantopere ursisset. Cum in supra dicto vico Albayda ratione ejusdem jubilei ad excipiendas confessiones cum patre Alarcone exisset, numeroso populo audiendo tamdiu occupati fuere, ut multo serius esset, quam ut possent ad conventum suum redire. Jussit ergo dominus Joannes Milani, loci comes, eis lectum parari; at B. Bertrandus nulla ratione induci potuit, ut exutus vestibus decumberet, idque solum ab eo obtentum est, ut post longas preces suas vestitus in eo cubaret. Simili modo in domo supra dicti Abegliae, dum aliquoties compulsus fuit in ea pernoctare, numquam voluit cubare in lecto, sed super quandam arcam. Tantummodo in Moncada *h* semel, dum erat infirmus, importunis precibus victus sic vestitus in lecto invitatus recubuit.

Imminentem servulae interitum præscit: ejus rigor in cubando.

F

h

64 Cuidam mulieri Albaydæ, quæ parvulum filium habebat sibi carissimum, apparuit ad fores suas quidam habitu peregrinantis, qui ait: Ego vado ad S. Jacobum; si velis mihi hunc dare filium, ego eum magnum virum efficiam. Mulier, quamquam non displiceret promissio, petiit sibi diem unum ad deliberandum dari; atque illico B. Bertrandum consultura accessit; qui eam monuit, ut, si rediret peregrinus, illum juberet in malam rem facessere; dæmonem enim esse. Postero mane adfuit peregrinus responsum quaesiturus, reposuitque mulieri: Major dæmon est frater Bertrandus, qui hoc tibi consilium dedit: ut autem scias, me posse multum; specta illum, qui

Dæmonis fraudes detegit: parturienti succurrit.

A. AVIGNONO. asino huc advehitur, is præ foribus tuis mortuus corruet; itaque reipsa contigit; et peregrinus non amplius apparuit. Aliud huic simile evenisse Valentia, suo loco narrabimus. Quadam nocte velociter vocatus fuit ad dominam Blancam, dicti comitis, domini Joannis Milani, conjugem, in partu vehementer periclitantem. Ivit ille promptissime, et appenso ad collum ejus Rosario, oravit; et comitissa illi co peperit.

Magna illius æstimatio: multi peste extincti Valentia. 65 Præter hæc referri possent multa alia ab B. Bertrando patrata, quo tempore ille in dicto Albaydæ conventu habitavit; qualia sunt miraculum ignis, ac splendoris, quo ille micasse sæpe visus fuit; verum hæc dicentur alibi. Tantum dicam, tam celebrem fuisse eo loci ipsius famam, ut licet juvenis esset ætatis annorum non plurium, quam triginta trium circiter, in tanta tamen fuerit veneratione apud populum locorum omnium circumjacentium, ut concionantis aliquando in Palombaria capucium pro sacris reliquiis proscissum fuerit. Morante B. Bertrando in conventu S. Annæ, e patribus B. Predicatoribus Valentia peste extincti fuere viginti duo, atque inter hos benedictus Prior frater Michaël a S. Dominico, dum peste infectis serviret, eisdemque sepeliendis, velut alter Tobias, insisteret. Oranti autem B. Bertrando apparuit dictus Prior gloriosus, et ejus frontem osculans ait, sese eo ipso temporis momento obisse, et ad fruendum Deo procedere k

ANNOTATA.

a *Adi Annotata ad Vitæ primæ cap. 2, litt. n et o.*

b *Vide hæc ex Relatione Auditorum Rotæ confirmata in Annotatis ad Vitæ primæ cap. 3, lit. f.*

c *Lege Annotata ad Vitæ primæ cap. 2, lit. q.*

d *Hunc locum quatuor miliaribus Albaïda dissitum scribit Antistius in Vita prima cap. 3, num. 50.*

e *Hæc quoque in Bulla Canonizationis memoratur.*

C f *Alibi Abella scribitur.*

g *Italice Giurato, quidam apud Hispanos magistratus est.*

h *Regni Valentini oppidulum, vel vicus est, ad Sucronem, Hispanis el Xucar, fluvium.*

i *Consule Vitæ primæ caput 3, num. 44 et seq.*

k *Subditur hic ejusdem reverendi patris Michaëlis elogium, quod, velut a Vita hac alienum, omitto.*

CAPUT V.

Novitiis rursus præest Valentia, ejus gesta ibidem: profectio in Americam, vitæque Apostolica ibi ducta.

Cessante tandem pestilentia, a superioribus suis jussus est B. Bertrando anno MDLX redire Valentiam, ubi secundo præfuit novitiis, in pristinis suis sanctis exercitiis persistens. Eo tempore quidam novitiis, frater Joannes Lescano nomine, noctu deliberabat de mundanis suis vestibus repetendis. Bonus Magister ad ipsum ante auroram accedens ait: Frater, dormi; vah, visne tu abire? Ipse vero tentationem suam dissimulans, repondit: Et quo ego eam, Pater? Tum ille: Quo tibi placet; addiditque: Atque ita etiam facient aliqui alii: post quæ verba eum ad sanctam perseverantiam amice exhortatus recessit. Sic novitiis iste tentatione sua omnino liberatus fuit ac solatio repletus: ac post paucos exinde dies duobus aliis sacrum habitum deserentibus, intellexit, quid dicta sibi a Magistro verba significassent. Cuidam Religioso ejusdem conventus Valentini dolenti, quod tot patres in eo mortui essent, Consolare, inquit B. Bertrando; quia Deus illos splendore et gloria plenos cuidam fratri ostendit: ex adjunctis autem colligebatur, fratrem, cui ista revelatio obtigerat, ipsummet esse B. Bertrandum.

67 Dum hac vice Valentia habitabat, priusquam in Indias proficisceretur, egit cum eo Hieronymus Abeglia de matrimonio, inter neptem suam, dominam Annam Beluis, et quemdam virum nobilem contrahendo. Respondit ei B. Ludovicus: De hoc matrimonio bis tractabitur sine conclusione; neque convenit, istud fieri; quia multa ex eo incommoda tuæ nepti orientur. Ita plane contigit: bis enim tractari ceptum est, sed non perfectum ob gravem infirmitatem equitis, propter quam ille vovit religiosum Ordinem ingredi, uti fecit; sed miser factus insanus est. Subsecuta Quadragesima prædicavit in vico Alcoy, ubi de more omnibus optimo exemplo fuit, vestitus dormiens super storea e juncis marinis contexta, soloque pane et aqua multis diebus pro lucrandis Deo animabus victitans; probe gnarus, quantum intersit, si prius opere, quam verbo doceantur. Conferebat se nonnumquam in vicum Cocentayna in gratiam dominæ Beatrix de Mendoza, femine magnæ virtutis Christianæ, quæ ob multa, quæ de ipso ex multis, ac nominatim ex magistro Jordano, sanctæ vitæ clerico, intellexerat, eum plurimi faciebat, eoque a sacris confessionibus utebatur. Mandaverat ipsa, commodum cubiculum parari; sed, ut pater frater Petrus Mico (tunc sæcularis, cui curam Servi Dei comitissa commiserat) testatus est, numquam ibi in lecto dormivit; et utut sollicitus esset dictus Mico, ut summo mane

cap. ix.
Valentia novitiis demum profectus vacillatam erigit.

quoddam matrimonium dissuadet: per Quadragesimam alibi concionatur.

A mane surgeret, semper ipsum flexis genibus orantem invenit.

*Mauri pirata
ejus precibus
puniti :*

68 Verno tempore duæ biremes Maurorum Valentiam appulerunt cum ingenti præda, multisque mancipiis ea in ora captis; de quibus redimendis, nummisque hunc in finem colligendis dum ageretur, earundem præfectus, aliquot Mauris stipatus, quodam die festo Valentiam perambulavit: qua de re B. Bertrandus vehementer contristatus fuit. Quapropter vespere, dum novitii erant in horto, postquam horum singuli aliquid de festo ejus diei dixerant, ille sancta accensus ira cœpit dicere: Qui ferri potest, filii mei, inimicos Christi, post tantum illatum damnum, ivisse hodie tanta cum pompa per civitatem, atque etiamnum ire jactabundos? Ad nos, ad nos, filii, hæc res pertinet. Agite dum, omnes genua humi ponamus, et ad mare conversi unum psalmum contra hos Mauros devote recitemus. Fece- runt illico novitii ea devotione, quam Deus eorum animis instillaverat: ac paulo post intellectum est, Mauris, factis velis, a littore ali-

B quanto remotis, vehementissimam ortam esse tempestatem, quæ eos omnes submersit. Quod B. Bertrando pro solita sua simplicitate deinde scrupulum movit, ne forte peccasset faciendo, ut novitii (quorum meritis hunc prodigiosum effectum adscribebat) adversus Mauros istos divinam vindictam tam ferventer expetissent. Psalmum, quem tunc recitaverant, fuit centesimus octavus, cujus initium est: DEUS, LAUDEM MEAM NE TACUERIS a; ac vulgo Psalmus maledictionis vocatur.

*conjug ad fru-
gem conversus
aliud Sancti
vaticinium.*

69 Dolens quædam mulier, quod maritus suus mortali peccato inhæreret, recurrit ad dominam Annam Beluis, ut ipsa B. Bertrandum induceret ad orandum pro illo, ut Deus eundem eo malo expedit. Paucis exinde elapsis diebus, dixit Pater Hieronymo Abegliæ, ut suæ nepti dominæ Annæ indicaret, Deum marito dictæ mulieris inflicturum pœnam grandem, per quam ille emendandus esset: evenitque, ut brevi post filii hujus perversi hominis in morbum inciderint, et ex iis obierit, quem maxime diligebat. Quo casu ad sanam mentem reversus est, et a suo peccato abstinuit. B. Bertrandus, antequam ad Indias pergeret, Angelæ Vives, Francisci Joannis Abegliæ uxori, prægnanti dixit: Filii, hæcenus ex te geniti, tibi erunt consortio; sed quos paries, debentur cælo. Ita factum est: peperit enim filium, qui brevi post obiit.

*Ad prædican-
dum America-
nus incenditur:*

70 Eo tempore advenit quidam Indus, habitu Fratris b indutus, cum fictis litteris ad conventum S. Dominici Valentia, nec sine divina providentia, cum ex colloquiis, quæ cum ipso habuit B. Bertrandus, hujus cor tanta charitate in proximum exarserit, ut omnino decreverit ad Indias c proficisci; ad quam expeditionem aggrediendam ipsum etiam magis animabant ea ipsa, quæ minus robustos ab eadem possent detertere; nimirum quod magni labores a prædicatoribus Evangelii iis in partibus subeundi essent, ut referebat Indus, feræ istæ gentes barbara in eos crudelitate sævirent; cujusmodi atrocitas facta quo plura ille audiebat, eo plus in ejus pectore invalescebat ardens sitis martyrii, quippe qui optime noverat, non posse charitatem esse majorem, quam ut amicus pro amico vitam suam det, ut docet Christus Dominus noster d. Hanc sanctam cogitationem

d

in corde aluit, donec ex Indiis Occidentalibus duo Religiosi advenere cum facultate Prædicatores ad novum regnum Granatense e conduendi: quibus magnam Evangelicorum ministrorum in istis oris penuriam apud Servum Dei exaggerantibus, renovavit propositum suum de procuranda salute animarum, quæ veri Dei notitia destitutæ in mille peccatis volutantur.

A. AVIGNONO.

71 Eodem tempore pater frater Castiglioni ex Ordine gloriosi patris S. Francisci, tunc temporis vir etiamnum in sæculo vivens, et amicitia B. Bertrando conjunctus, mentem suam de amplectendo S. Dominici Ordine sæpe illi indicavit: is vero laudavit eum, et ad virtutem et ad perseverantiam in bono proposito adhortatus est. Deinde intellecto, B. Bertrandum velle Indias petere, optimam opportunitatem ratus, rogavit eum, ut se comitem adscisceret. Verum ille reposuit: Existimas quidem, te Ordinis S. Dominici futurum; sed non eris; nec videbis Indias; manebis enim in hisce regionibus, atque in alio admodum sancto Ordine habitum indues. Cumque Castiglioni tam contrarium suæ menti responsum miraretur, Ne dubita, adjecit, quin futurum sit, quod tibi dixi: et ita quoque contigit: mansit enim ille Valentia, et Ordinem S. Francisci professus est.

*comitari volen-
ti alia prædicit*

72 Tam firmum fuit B. Bertrandi Evangelium Indis prædicandi propositum, ut nec suorum fratrum et sororum, aliorumque cognatorum lacrymis ab eo revocari potuerit: nec plus effecerint Religiosi hujus conventus, qui præcipientes, quantum sibi nocitura esset tam boni Patris absentia, omnibus modis conati sunt id ei dissuadere, causantes infirmitates ejus, debilem corporis constitutionem, et itineris longinquitatem ac discrimina. Suas etiam preces addidit Prior, frater Jacobus Serrano, qui ipsum a juventute educaverat; cumque hic quoque nihil proficeret, negavit, se illi daturum viaticum ad id iter faciendum. Cum sciret B. Bertrandus, non posse se tantum itineris pedibus conficere, præmisit comitem suum Hispalim, exspectans occasionem proposito suo opportunior. Sed triduo post, prima feria vi Quadragesimæ anni MDLXII, post habitam apud moniales tituli Conceptionis concionem, tanto urgebatur scrupulo, quod, socio deserto, ibidem permansisset, ut eo ipso vespere fratres tirocinii sermone spiritu pleno ad probam Ordinis observantiam exhortatus fuerit; veniamque ab iis humillime precatus, si forte eorum quemquam offendisset, iisdem valedixerit, et suam sanctam benedictionem impertitus sit. Verbis exprimi nequeunt lacrymæ hac occasione fusæ, ac doloris vis, quæ omnium istorum filiorum illius corda occupavit ex talis sancti Patris et boni Magistri amissione.

x.
*dissuadentibus
omnibus in
proposito per-
sistens,*

73 Facto mane, discessurus benedictionem petiit a Priore, qui humanitus multum reluctatus, eandem impertiit, in ea persistens animi afflictione, quam res exigebat; ut loqui nequiret præ lacrymis. Discessit ille solus, bina pera collum oneratus, in quibus paucos libellos et panniculos ferebat, ivitque celebraturus Missam in conventu S. Mariæ de Jesu, Ordinis S. Francisci, extra muros civitatis posito, quam ibidem dixit eo spiritu, quem quisque sibi potest imaginari, iter suum Deo commendans, offerensque, quæ in tam longa ac laboriosa via erat passurus. Finita Missa, nimias divitias

*discedens His-
palim in via
socium invenit*

A. Avicenna.

divitias ac nimis commoda reputans, quæ secum tulerat, ad conventum remisit, pauca illa, quæ apportaverat. Deinde per viam regiam gradiens, cum ad Crucem Xativæ, media leuca Valentia dissitam, pervenisset, vidit socium suum præcedentem, quem triduo ante præmiserat, sed qui ob gravem infirmitatem unius cognatorum suorum non nisi tunc e civitate egressus fuerat, ita disponente Deo, ne B. Bertrandus tam longinquum iter sine socio conficeret.

Hispani navigans graviter læsum,

74 Ut audierunt fratres ejus, illum discessisse, magna cum diligentia insecuti eum Sætabi uno die itineris Valentia distantis offenderunt, multisque argumentis, ut ab incepto itinere desisteret, permovere conati sunt; at, cum nihil efficerent, jumentum ei compararunt, quod cernerent, ipsum ob debilem sui corporis constitutionem viâ pedibus faciendâ imparem esse. Valedixerunt demum illi non sine fuis lacrymis; ipse vero perrexit Hispaniam, ubi se navi commisit in prima classe, quæ versus istas oras solvit. Brevi cognorunt navarchi et naucleri, quem thesaurum veherent: mox enim observarunt ejusdem probos mores, vitæ austeritatem, sermones, modestiam et humilitatem; quibus de causis in magna omnes eum veneratione habebant, ortaque procella, recurrerant ad ipsum, velut ad tutum refugium, salvos se rati, dum prope ipsum essent. Accidit, ut cuidam fratri Dominicano, in armamentario biremis, ubi B. Bertrandus morabatur, in alta meditatione defixio, pars tabulæ e carthesio in caput decidens ita læserit, ut is instar mortui jaceret.

adhibita aqua, sanat.

75 Accurrentes illico medicus et chirurgus cœperunt capillos coronæ ei præscindere; at B. Bertrandus rogavit, ne facerent, daturum enim se aquam, quæ per gratiam Dei ipsum sanatura esset. Persuasit ea, quam de bono Bertrando habebant, existimatio, ut aqua ab eo data istius caput laverint; eoque falciis diligenter obligato, eundem in cubile transtulerunt, in quo mansit usque in posterum mane, destitutus sensibus, ut antea; quos tunc recipiens videt Dei Servum caput suum suo admoventem: nec mora erexit se in pedes et in aulam biremis progressus est: ubi navarchus eum conspiciens alta voce mandavit, ut rediret ad cubiculum suum, nam in periculo vitæ eum versari. Sed frater admirans respondit, se sanum esse; et audito sui capitis vulnere, manus suas eidem admovit, fasciasque avulsit; atque ita omnes agnoverunt magnum istud miraculum, quod nullum in eo esset vulnus, imo nec minimum cicatricis vestigium g.

g
Carthagine Indiarum habitans, ad varia loca mittitur:

76 Appulit classis in portum Carthaginis, civitatis Indiarum h, et B. Bertrandus ibidem moratus est in conventu S. Josephi, qui patrum Prædicatorum est provinciæ S. Antonini, quamquam situs sit in Peruvia et pars sit novi regni Granatensis, ac sub gubernio Carthaginis, Fani S. Marthæ i et Venetiolæ k. In ea sede vixit ipse conventualis; indeque missus fuit ad varios populos, ut Indos doceret; constat enim, illum fuisse in Tubara, Cipacoa, Paluato, Mompoix l, Serra S. Martæ, Turvaio, Tenerifa, aliisque in locis. Quamvis autem Deus per B. Bertrandi patrocinium multa mirabilia in Indiis operatus est, pauca eorum ad notitiam nostram pervenerunt, quorum ali-

qua, quæ hic relaturi sumus, ipsemet narravit, alia inde huc perscripta fuere.

77 Beato postrema sua infirmitate laborante, Religiosus quidam ex Indiis Valentiam adveniens, notatu digna de eo narravit; ac primo quidem, illum esse istum Prædicatorem, qui uberiorem ceteris fructum in iis regnis protulit; quia, licet sermone Hispanico in suis concionibus uteretur, intelligebatur tamen ab Indiis, quod non contingebat aliis prædicatoribus, qui interpretibus opus habebant. Ratio autem, ob quam ei Deus hoc donum concesserit, prout ipsemet aliquando familiaribus suis narravit, hæc erat, quod, cum ipse aliquando usus esset interprete, qui, sive ex ignorantia, sive ex malitia, dicta sua male exposuerat; precatus Deum sit, ut vernacula sua lingua, sicut olim S. Vincentius Ferrerius, intelligeretur. Auditus et exauditus fuit m: eaque gratia tam copiosum fructum retulit.

xi.
Hispanice prædicans ab India intelligitur:

78 Exposuit insuper prædictus Religiosus gravia incommoda, quæ bonus pater Bertrandus per istam regionem iter faciens passus fuit, fame, siti, calore, frigore et vestium aliarumque ejus generis rerum penuria, quæ ipse quoque Servus Dei nonnullis ex eo scire adventibus, quæ in tam remotis oris ipsi contigissent, narravit; sed semper cum voluptate et lætitia. At magis dolebat, quod, cum in vastissima provincia pauci essent conventus, et hi procul ab invicem dissiti, Priores, ut Indorum necessitati providerent, consuevissent Religiosos suos per diversa loca partiri, sic ut eorum unus habitaret a conventu leucis decem, alius viginti, alter triginta, qui, ut possent de peccatis Sacramentaliter confiteri, conveniebant utrimque usque in medium viæ spatium: quod B. Bertrandus, cum tantopere delectaretur Sacramento Pœnitentiæ, ut olim quotidie bis confiteri solvisset, ferebat ægerime: solabatur tamen se fructu, quem ex ista gente copiose referebat.

inter incommoda se animarum fructu solatur:

79 Quidam Hieronymus Cardiglia Valentinus, cum in illas oras pervenisset, ac B. Bertrandus agnovisset, aliunde omni adjutore destitutus, ipsum velut popularem suum comitatus est, dum in longinquas terras ibat prædicaturus, quo semper pergebat nudis pedibus; Hieronymus autem officio servi fungens, ferebat peram, in qua nihil præter Sacram Scripturam et Breviarium continebatur. Quocumque advenirent, erant acceptissimi, et cum ingentis amoris indicis recipiebantur: abituris autem offerebantur alimenta in viam; sed Pater nihil volebat acceptare, nec permittere, ut Hieronymus quidquam acciperet; quod ille ægre ferebat, quia in longis istis desertisque viis sæpe fames et sitis tolerandæ erant. Quodam die dum a via aberrasset, Hieronymus, rodente stomacho, multum de Beato conquestus est, quod peram alimento vacuam portare se juberet; ille vero pro solita sua mansuetudine eum ad patientiam exhortatus est, utque paululum ex amore Dei cum firma in eundem fiducia pateretur, admonuit. At quo magis Beatus ei hanc commendabat virtutem, eo minus is eandem volebat discere, pergebatque semper murmurare.

Deo fretus itineris socium multa conquestum

80 Videns ergo Beatus, ipsum nimia cholera correptum, ait: Agedum, divertamus paululum huc, signataque, unde recedebant, via, in spissam ingressi silvam sunt, in quam parum

mirabiliter passus, et ab eo deseritur:

A parum procedentibus occurrit arbuscula pulchris maturisque malis onusta (neque altera in tota silva videbatur) ad ejusque radicem aqua limpida et chrySTALLINA, velut ebulliens scaturiebat in medio fonte rustico, a natura formato, atque æque frigido et gustui grato, quam visui accepto et elegante. Hinc Hieronymus totus hilaris, postquam comedit bibitique, quantum libuit, saturatus fuit et contentus: et quia poma ista sapuerant, et penuriam fuerant, expertus, in futurum prospiciens, volebat sibi providere, aliaque ex iis poma carpere; sed accurrens Beatus prohibuit: at ipse nihilominus aliquot furtim collegit et in peris abscondit; quæ paucis passibus inde Beatus suis manibus apprehendit, ipsoque acriter reprehenso, abiecit. Ea res tantam rudi isti homini iram movit, ut, cum ad primum vicum pervenissent, turpiter recedens Beatum solum reliquerit; qui ipsi dixit: Frater, doleo, quod non habeam, quod tibi dem: abi, Deo propitio; sed magis doleo, quod semper misere victurus et moriturus sis: quod vaticinium impletum fuit.

B Huic Beatus contulit miraculum, lethale vulnus capitis ejus sanando, uti lib. III, cap. I dicitur.

durat ejusdem itinerandi ratio: ferocia animantia signo Crucis cohibet.

81 Quod supra dictum est in ipsius more iter pedibus faciendi, sic observavit, ut, cum ex Tubara alio evocatus esset ad Sacramenta administranda, et propter infirmitatem ejus velent ipsum cogere, ut equo uteretur, nulla ratione id ei persuadere potuerint, licet via saxosa esset, et molestis clivis plena. Quidam operarius, nomine Hieronymus Fernandez, et ipse quoque Valentius, qui ipsum pariter paulo plus septem mensibus in Indiis comitatus fuerat, narravit, dum per regionem pergerent, B. Bertrandum cum socio suo aliquoties (sese interim exspectare jussu) in silvas secessisse; et, quia id passim sæpius feriis sextis, quam aliis diebus faciebant, suspicatum se esse, eos sese flagellis cedere; idque ita esse, suis oculis conspexisse. Idem Fernandez retulit, sibi, dum cum ipso per istos montes silvasque incederet, terribiles tigres aliaque ferocia animalia frequenter occurrere, hisque territum dixisse: Quo me ducis Pater? Visne, ut hæc monstra me devorent? Ipsum vero respondisse: Ne timeas, fili; Deus enim nobiscum est: factoque per ipsum versus feras signo Crucis, hæc, deposita omni nativa ferocia, permississe, ut viatores, non modo illæsi, verum etiam securi ceptum iter perficerent.

ANNOTATA.

a Antistius in Vita prima cap. 3 eadem referens, dubitavit, idemne Psalmus, an 82, cujus initium est, Deus, quis similis erit tibi, ab eis tum lectus fuerit.

b Id est, Religiosi Dominicani, qualis non erat; sed impostor. Vide Vitæ primæ cap. 4 ab initio.

c Per Indias (ut jam alias monui) in Vitis S. Ludovici Occidentales, seu Americam semper designari memineris.

d Joannis cap. 15, v. 13.

e Novum regnum Granatense ampla Americæ Meridionalis regio est, cujus præcipua civitas est Fanum sanctæ Fidei de Bogota.

f Scilicet Valentia Hispalim, unde navim ascensurus erat.

g Hæc, pro quibus Avignonus in margine laudat Rocam, in Bulla Canonizationis sic legere est: Hispali navem ingressus omnibus ædificationi, solatio et auxilio in opportunitatibus fuit, in qua sui Ordinis Religiosum, a cadente ponderosa trochlea gravissime læsum, vulnere aqua loto, sic sanitati pristinae restituit, ut postridie, mirantibus cunctis, nec vestigium quidem cicatricis apparuerit.

h Vulgo etiam Carthagena Nova appellatur, quæ Americæ Meridionalis civitas est in Terra Firma ad oram Maris Septentrionalis, ad quam Hispanæ naves solent appellare, estque episcopatu insignita, ac nomen suum adjectæ regioni tribuit.

i Fanum S. Marthæ Americæ Meridionalis civitas episcopalis est, suæque cognominis regionis caput.

k Vulgo Venezuela Americæ item Meridionalis episcopalis civitas et provincia est.

l Alii scribitur Mopoix et Mopox, quod ejusdem Americæ Meridionalis oppidum est, cujus pariter sunt loca mox præmissa ac subdenda.

m Consonat Bulla Canonizationis his verbis: Orationibus a Deo obtinuit, ut lingua sua Hispana, in qua natus erat, evangelizando absque interprete intelligeretur ab Indis.

A. AVIGNONE.

CAPUT VI.

Alia ab eodem Sancto variis locis in America gesta.

Beatus Bertrandus, dum a Superioribus suis non mittebatur alio, ordinarie habitabat Carthagine in conventu S. Josephi, in quo, uti et omnibus aliis in locis, insignia suæ sanctitatis indicia edidit; eaque movendi vi illius pollebant verba, maxime dum prædicabat, ut etiam durissima corda emollirentur, et omnes etiam urgentissima negotia seponerent, ut dicentem audirent: adeo placebat. Sermo tamen die Veneris sancto in dicto conventu ab illo habitus præ reliquis memorabilis fuit propter piæ affectum, quo ista dolorosa mysteria exposuit, ac penitentiam lacrymasque, ad quas auditores suos omnes excitavit. Ratiocinia ejus non erant hominis mortalis, sed spiritus angelici, tamque suavia erant verba, ut quoslibet raperent, ac semper magis magisque allicerent ad auscultandum. Ut paucis dicam, ipsum velut hominem e cælo missum suspiciebant. Quæ causa fuit, ut quidam, quorum intererat propterea lætari, eum tanti æstimari videntes, lethifera invidia moti persecutiones ei excitaverint, ac sæpius sugillaverint, injuriosis verbis Hypocritam appellantes. At Servus Dei mansuetissimus ferebat omnia patienter, et sibi mala facientibus retribuebat bona.

83 Cum vellet ejusdem conventus Prior, magister frater Petrus martyr ceptam fabricam prosequi, consilia contulit cum Servo Dei, et Præsento fratre Hieronymo de Barros, qui omnes tres erant sequenti Quadragesima conacionaturi; videlicet in Veragua a Prior, in Rio della Acha b Præsentatus, et B. Bertrandus in Nome de Dio c, Finito consilio, B. Bertrandus

CAP. XII.
Carthagine ob communem ap-
plausum ali-
quorum invidia incurrunt.

triplex edita-
tium:

a
b
c

A. AVIGNONO. Bertrandus appertissime dixit Priori : Is pater, qui tam libenter vadit ad Rio della Acha, inde non redibit ; Paternitas autem tua et ego ad extrema vitæ perducemur : non tamen ex ea infirmitate moriemur. Ita evenit : nam pater Hieronymus in Rigo della Acha obiit ; Prior vero et B. Bertrandus morti proximi decubuerunt, et ex contracta debilitate ad dictum conventum difficulter reversi sunt, ubi vires suas brevi post restaurarunt.

item alia
d

84 Beatus Bertrandus Carthagine Beraonam *d* profectus, ut Missam ibi celebraret, ut cognovit, quam indigne miseri isti Indi a suis gubernatoribus tractarentur, dixit Andrea Martini : Deus infelices istos magna calamitate liberabit, quia unus istorum gubernatorum intra paucos annos morietur. Post B. Bertrandum abitum, Martini ea, quæ Servus Dei dixerat, aliis narravit ; quæ cum ad aures Ferdinandi dell'Alle (qui unus duorum gubernatorum erat) et dominæ Ines de Mendoza, illius uxoris, pervenissent, ii vehementer contristati sunt ; ac propterea Ferdinandus ea de re beatum Bertrandum convenit. Respondit hic, non eum esse, qui moriturus erat, sed ejusdem majorem domus, crudelem Indorum tyrannum : et vaticinium ejusdem mors biennio post probavit. Uxorem Petri Barros monuit, ut Deum sibi conciliaret ; propinquam morti esse ; quantumvis tunc prospera valetudine uteretur. Post paucos dies correpta morbo excessit e vivis.

In diversis locis prædicat.

85 Cum equitem Parafan de Ribera, phrenesi graviter laborantem, ad mortem propeare adverterent, qui ipsi aderant, rogarunt B. Bertrandum, qui eum invisit, tamque miserandum in modum phreneticum conspicatus, atramentarium poposcit, et quasdam sacras voces scripsit in charta, quam illius fronti filo illigavit. Eodem tempore tota domus tanto strepitu et horribili stridore personuit, ut omnibus terrorem incuteret ; et eques sanum sensum sic recepit, ut B. Bertrandus varias aliorum præsentiscens autem Bertrandus varias aliorum de eo strepitu cogitationes, ac nonnullos suspicari fuisse damnationis equitis indicium, jussit illos securos esse ; indicium enim salutis ejusdem esse, idque tam certis rationibus probavit, ut satisfecerit omnibus, omnesque exhilaraverit. Priore ac Subpriore conventus S. Josephi graviter decumbentibus, ab aliquibus rogatus B. Bertrandus, quid futurum esset, repondit, ambos eodem die morituros ; uti evenit ; fueruntque simul sepulti.

CAP. XIII.
Tubaræ com-
morans austere
vivit
e

86 A superioribus suis B. Bertrandus Tubaram *e* missus, ut eum populum ad veri Dei cultum adduceret, solita sua hunc in finem opportuna ratione usus est, apostolicam vitam ducens. Numquam apud se servare voluit qualiacumque alimenta, aut acceptare magistris sacræ doctrinæ et parochis debita ; sed omnia committebat majori-domus Indiarum, qui curabat ipsi de victu prospicere ; et illo (Francisco Ribera dicto) absente a loco, miser sæpe usque ad vesperam perstabat jejunos. In victu solitam suam servabat percimoniam, solitaque pœnitentiæ opera exercebat ; sed pro flagris ferreas catenas adhibebat. Inhabitabat parvulam casam potius, quam cubiculum, dormiebatque super lignis, fere in modum craticulæ dispositis, sine culcita, sine linteo, sine pulvinari. Laboravit plurimum in doctrina Christiana rudī isti populo tradenda, adeo ut nul-

lus prædicator ibi tantum fructum retulerit, D quantum ille.

87 Convertit in Tubara omnes, quotquot erant infideles, ut in libro Baptismali annotatum est. Prædicabat tanto cum spiritu, ut nullam concionem haberet sine lacrymis et cordis contritione ; multique publico peccato lethali impliciti, illius sermonibus et bonis exemplis moti, abdicata prave videndi licentia, divino servitio se dedebant. In dies singulos magis magisque stupebant, quod non caperent, qua ratione fieri posset, ut ipse, licet homo, eo vivendi modo humana a se removeret. Quam ob rem a dæmone instigati, per callidam malignamque mulierem Indam eum tentando, virtutem ejus experiri voluerunt, prout dicitur in capitulo de castitate ejusdem. Devotissimus erat S. Mariæ de Rosario, ideoque in concionibus suis semper commendabat hanc devotionem ad quam ut animos magis accenderet, consueverat insigne aliquod miraculum narrare. Videns dæmon sibi damnum ex tot Indorum ad sanctam fidem conversione a B. Bertrando inferri, apparuit ei habitu eremite, suasitque, ne se tantopere cruciaret in ea gente convertenda ; omnem enim operam cassam fore ; se vero illius misereri ; ac multis rationibus persuadere conatus est, quod volebat : sed a Servo Dei agnitus magno cum clamore et horrendis ululatibus ex oculis evanuit.

omnes loci infideles convertit, dæmonem repellit

88 Primis diebus a B. Bertrando in istum locum adventu, dum in Vigilia S. Michaëlis solus esset in ecclesia, ecce, ingressus in eandem est Indus, infantem in ulnis bajulans ac vehementer clamitans ; quem cum non intelligeret Beatus, ex interprete audivit, ipsum isti infanti moribundo Baptismum petere. Respondit Beatus, cur ille, qui indololatra esset, id peteret. Quia (subjungebat Indus) supra in isto monte quidam spiritus bonus dixit mihi, te propterea in has terras advenisse, et, si tu aquam in infantem effuderis, eum salvandum. Baptizavit itaque illum B. Bertrando et Michaëlem appellavit, magnas Deo gratias agens, quod primus, quem in India baptizaverat, ad celos evolasset *f*. Narravit hæc aliquoties B. Bertrando, quando de mirabilibus divinæ prædestinationis effectibus habebat sermonem.

infantem ab idololatra patre allatum feliciter baptizavit.

89 Eximia vivendi ratio B. Bertrando magnæ sanctitatis opinionem sanamque apud istos populos conciliavit, Deusque tantam verbis ejus addidit efficaciam, ut triennii spatio converterit baptizavitque suam manu ultra mille et quingentos, qui ex ejusdem consilio quasdam casas stramineas, in quibus eorum idola servabantur, publice incenderunt ; utque etiam alia loca, in quibus idola abscondita latebant, Servus Dei detegeret, utebatur opera puerorum, qui blanditiis allecti ea ipsi indicabant. Quadam nocte ipse cum socio suo duas ejusmodi idolorum casas exussit, quæ numquam reedificatæ fuerunt : quæ res Indos ad tantam iracundiam excitavit, ut omni studio laborarent incendiarium detegere. Similia faciebat B. Bertrandus, quoties poterat, ne conversis occasionem essent ad idololatriam redeundi. Ea vero erat horum in ipsum observantia, ut, cum aliquando e cauponula, in qua congregati erant, magno cum impetu egressi essent, ut majorem domus trucidarent, isque eorum manus effugisset in ecclesiam, in qua erat B. Bertrando, hic periculum advertens, iisdem, qui plures ducentis

F plurimos baptizavit, idola eorum, magna pollet auctoritate.

A ducentis erant, iverit obviam, et solus sua praesentia atque auctoritate eos retinuerit, tumultum sedaverit, et major-domus mortem evaserit.

Tentatam ab impuro Indo eadem

90 In quadam concione B. Bertrandus acriter increpuit quemdam Indum, magnae conditionis virum in Tubara, sed idololatram; gentisque, ut ibi fert mos patriae, tempore pacis duce. Conveniebat ad conciones et ad Doctrinam *g*, et, licet esset uxoratus, impudicum habebat commercium cum Inda alteri viro nupta: quod, praeterquam quod legi naturae adversetur, etiam Indorum placitis erat prohibitum. Delictum erat publicum, omnesque dolebant, offendebantur et detestabantur, quod apud illos quoque matrimonium inviolabile censeatur: utque iste erat inter eos princeps, ita peccatum ejusdem notabilis. Hunc igitur Beatus acriter reprehendit, et ob perniciosum exemplum etiam in publicis concionibus dixit, ipsum, quamvis Christianus non esset, minime exemptum esse legibus naturae, quae adulteria vetant, et expresse prohibent, ne quis alterius uxorem usurpet.

Imperterritus evadit: multa a demonibus patitur:

B 91 Ille vero hisce vehementissime commotus, et iracundia exandescens, non expectato sermonis fine, se erexit in pedes, arreptumque militare instrumentum, quod ex palma confectum eorum lingua Macana dicitur, ambabus manibus in Servum Dei, qui supra * ecclesiae portam pedibus insistens erectus concionabatur, intorsit; verum illud (existimante impio, in ejus caput impactum fuisse) prope Beati pedes in terram decidit tanto impulsu (quia Indus iste multum viribus valebat) ut ejusdem cuspis sat profunde infixata solo fuerit, Beato penitus illaeso et omni mali experte; quod pro insigni miraculo habitum fuit. Servus autem Dei tam inusitato facinore nihil perterrefactus, pacato, ut soluerat, animo, post aliquas fusas preces Missam celebravit, quasi tam praesenti necis discrimini minime fuisse expositus. Multa B. Bertrandus in ea gente convertenda passus est non solum ab hominibus, verum a daemonibus, a quibus immaniter vapulavit, ac nominatim, dum convertit et baptizavit quemdam duce senem moribundum. Propterea enim daemones

C ipsum pessime cruciarunt, atque ipsum etiam Indum; quo de magnis molestiis, quas maligni isti spiritus creabant, apud Beatum, dum ab eo visitabatur, conquerente, is crucem e cannis formatam ibidem statuit; nec amplius illi ausi sunt eidem molesti esse; imo nec intrare locum, in quo Indus ille morabatur.

divinitus praescius amico naufragi succurrit:

92 Dum B. Bertrandus etiam in Tubara versaretur, ex divina revelatione didicit, quemdam amicum suum in regno Valentiae, Jacobum Rapaëlem Frances nomine, qui veloce vetus mari versus Carthaginem Indiarum navigabat, naufragium passurum. Quare Servus Dei, comparatis vestibus cibusque, accessit ad littus, ubi ipsum mortuum, quam vivo similliorum invenit. Impulsa enim versus littus navi, ille sese B. Mariae Rosarii commendans, uno die ac duabus noctibus natando evaserat, duplici miraculo, tum quod non fuisset submersus, tum quod praefame et angustiis non interisset, nec devoratus a monstris marinis in eo mari frequentibus; et nisi etiam opportuna ista refectio a Beato ibidem praestita fuisset, certo fuerat moriturus, omnibus viribus ex iis,

quae passus fuerat, et ex labore ac metu destitutus. Certiorem fecit Jacobus fratrem suum Joannem Robles, rectorem Engueræ in regno Valentiae, de eo, quod sibi acciderat, deque ope sibi collata a Bertrando, cui vitam suam servatam referebat: isque rector Beato Valentiam, reduci pro praestitis suo fratri beneficiis gratias rependere studuit; sed ille precatus, ut sileret; ne tamen celaretur beatissimae Virginis de Rosario miraculum, permisit vulgari.

93 Indi aliquando casu ingressi in exiguam casam, quam B. Bertrandus inhabitabat, conspexere illum in ecstasi elevatum a terra, ex qua re (quae eos in admirationem rapuit) aliisque, quae ab eo continuo fieri videbant, tantam erga ipsum concepere devotionem, ut, quoties ex superiorum suorum mandato alio pergere debebat, omnibus modis contenderent, ne ex Tubara excederet. Dum vero nihilominus inde discesserat, planxerunt amare; ejusque tam chara sanctaque apud eos perstitit memoria, ut eundem precibus invocarent *h*: apparetque, populum istum, eodem patrocinante, in Christianae legis officis sincere perseverasse. Tam pie quoque erga ipsum affecti permanserunt, ut pauperulum illius tugurium in eremitorium converterint, in quo non soli Indi, verum etiam Hispani, presbyteri ac Religiosi, caelestes ab eo favores expetebant.

quanti Sanctus in Tubara factus fuerit.

94 Misso B. Bertrando ad sanctam fidem in Cipacoa et Paluato *i* praedicandam, voluit praefectus Franciscus Sanciz, velut regionis administrator, quemadmodum aliis sacris praecibus facere solebat, Indas Indosque juvenes, qui ipsi servirent, addicere; at noluit Pater, cau-sans, se pauperulum fratrem esse, cui non esset ad instar saecularium alenda familia; ac solum permisit, ut duo juvenes Indi venirent visum, si qua re indigeret; qui cum observassent, ipsum se flagellis frequenter cadere, maxime diebus, quibus a carnibus abstinebat, ac propterea solito debiliorem pallidumque esse id renuntiarunt. Recusabat semper eleemosynas pro Missis oblatas, quas quidem celebrabat ad intentionem rogantium; sed eas eleemosynas jubebat pauperibus distribui. Pari modo nihil volebat acceptare pro collato Baptismo, jungendis matrimonio, celebrandis exsequiis, Missisque pro defunctis, nec gallinas, nec ova, nec quaecumque alia dona a parochianis suis admittebat. Proinde is populus videns, ipsum nulla prorsus in re sui commodi rationem habere, FRATREM DEI communiter appellabat.

xiv. In Cipacoa et Paluato praedicans

95 Praefectus Sanciz perpendens extremam paupertatem vitae, quam ducebat bonus Pater, eundemque, quod in aede sua nollet feminas, quae servirent, quamdam ipsummet servitutem pati, fecit, ut ille in sua praefecti domo imposterum semper manducaret; dumque ipse domi aderat, ad suam propriam mensam convivam adhibebat; dum vero aberat, mandaverat, ut ipsi opportune provideretur. Sed bonus Pater, si non sponte daretur cibus, ne petebat quidem: cibus autem ejus erat parcissimus; potus parum aquae vino leviter dilutae, adeo ut omnibus, qui id adverterent, prodigiose vivere videretur. Non solis diebus Dominicis ac festivis, sed etiam aliis per septimanam Cipacoae et Paluati incolae diligenter accurrebant, ut interessent Missae, Catechismo et Concionibus, ipsum auscultare gestientes; gaudentesque

vite sanctitate omnes sibi devincti:

A. AVIGNONO. dentesque ecclesiam præter solitum frequen-
tare.

*pluvia divini-
tus obtenta,
uberem mes-
sem procurat:*

96 Cum quodam anno tam arida esset tem-
pestas, ut magna annonæ penuria timeretur,
Cipacœ dominus idololatra cum aliis multis
infidelibus et Christianis in Vigilia S. Cathari-
næ virginis martyris ad B. Bertrandum recur-
rit, supplicans, ut pro opportunis pluviis a Deo
impetrandis oraret, ne fame perirent. Confidi-
te, respondit Beatus, Deo et Sanctæ, ejus
festum cras colimus, quæ multum valet apud
Deum, quamque orabimus, ut nobis in hac
necessitate patrocinetur. Proinde facite munda-
ri viam hinc usque ad montem in conspectu
maris, ibique ædiculam e ramis struite, et in ea
altare erigite; quo die crastina, Deo propitio,
procedemus in agmine supplicii, et ego ibi ce-
lebrabo Missam: ita factum est, convenienti-
bus illuc circiter mille personis. Post celebra-
tam Missam habuit sermonem, in quo fraudes
quibus a dæmonibus decipiebantur, exposuit,
ac deinde mirabilia istius magnæ Sanctæ gesta
narravit, hortatusque ad certam fiduciam est,

B fore ut Deus abundanter pluviam concederet.
Sic evenit: nam paucis horis post cœpit cælum
turbari, nubesque continue magis magisque
densatæ obscurari. Ad suas itaque domos omnes
redierunt; neque usque ad medium viæ spati-
um pertigerant, cum jam pluviam immi-
nere viderint; vix in vicium suum advenerant,
quin copiose cœperit pluere; pluitque triduo
tam ibi, quam in vicinis circum locis. Hac ra-
tione arentibus campis opportune madefactis,
adeo fecundatæ sunt segetes, ut uberrima
messis secuta sit.

*fluvium feli-
citer transit:
pluviam areat:
k l*

97 Cum vellet B. Bertrandum aliquando equo
trajicere Cienagam k de Mansaniglio l, reti-
nit eum præfectus Sanciz, quod fluvius ni-
mium intumuisse videretur; utque experi-
mentum caperet, ipsemet inter duos nigros
nudos equo insidens ingressus est. Non mul-
tum processerat, cum equus mergi cœpit, et
ipse natatu in adversam ripam pertigit, ex
qua alto clamore suasit Beato, ne se tanto peri-
culo exponeret, promittens fore, ut ei cymbam
procuraret; verum ille alio in loco transitu-
rus, signato Cruce fluvio, in alteram ripam

C feliciter pervenit. Cum aliquando iter faciens in
angulum Icaiorum m pervenisset, et præfectus
Sanciz et frater Jacobus Sciaveria, ejusdem
Beati socius cibum sumere vellent, imminente
gravi pluvia, cœpit Beatus orare; eumque non-
nihil moraretur, ab iisdem vocatus, ut se simul
reficerent, respondit: Ego precor B. Mariam
Rosarii, ut eam pluviam a nobis arceat; qui
non habeo, quo me tegam. Fuitque exauditus:
nam ubi illi erant, nulla decidit gutta: circum-
circa vero copiosa ruerat pluvia, cujus mani-
festa vestigia iter prosequentes conspexere.

xv
*Propter ablata
impii ossa fu-
rentium mani-
bus erepto
n
o p*

98 Indis ad radices Montis S. Marthæ n
prædicans B. Bertrandum, ex iis plus quindecim
mille ad Christianam fidem adduxit ac sa-
cro fonte abluit. Post hos pervenit ad duos
populos Cariborum o, Sapenco et Petua p dic-
tos, adorabant ossa cujusdam sacerdotis, cujus
in iis partibus antiquissima erat memoria, et
ex persuasione dæmonis credebant, cælum in
sua capita ruiturum, si iis ossibus privarentur:
quæ causa erat, quod ea servarent et honora-
rent mirifice, festa sua cum ridiculis cæremoni-
is coram iisdem celebrantes. Postquam B.
Bertrandum sæpius, sed frustra, tentaverat cæ-

cis istis errorem suum eximere, doluit, eos tam D
miserabiliter a dæmone delusos teneri. Ast,
dum Deo placuit, clam abstulit arculam, in
qua ossa servabantur: quod ubi Indi rescive-
runt, decreverunt illum occidere: sed, qui
jam ad fidem conversi erant, ipsum tutati sunt,
et salvum conduxerunt in locum alterum qua-
tuor leucis inde dissitum, quo ille eadem ossa
secum asportavit.

99 Delusi Indi videntes, se prohiberi a con-
versis, qui magno erant numero, eumque ama-
bant plurimum, ne Patrem publice trucidarent,
convenērunt cum quodam impio sene sacerdote
idololatra, ut Patri toxicum propinaret. Fecit
id scelestus, moxque Dei servus correptus fuit
lethifera febri, quæ stomachum totumque ven-
trem urebat. Aderant ipsi duo nigri, quos ad
Christianam adduxerant fidem, qui eum adju-
vabant in isto tormento, quod ferebat hilariter,
mortem lætus expectans. Unicum erat ei (aie-
bat Pater) dolori, quod non adesset presbyter,
qui sibi Sacramenta conferret: solabatur tamen
se imagine Crucifixi, quam Rosario suo affixam E
gestabat, et animam suam inter lacrymas Deo
commendabat. Dum in hisce augustiis versaba-
tur, ecce, advenerunt quinque duces Mauro-
rum cum vexillis suis, arcamque cum ossibus
abstulerunt. Quinto, postquam venenum hau-
serat, die serpentem per miraculum evomuit,
itaque plane salvus evasit.

*toxicum pro-
pinatur; nec
ille moritur,
sed ossa inva-
lido*

100 Hoc miraculum B. Bertrandum amicissi-
mis suis, ac nominatim magistro Natali, rectori
in Torrente, postea referens, magnum præfere-
bat dolorem, quod non fuisset sanus, dum
ossa auferebantur (nam e gravitate mali desti-
tutus erat sensibus) aiebatque, se, si valetudo
permisisset, potius mille expensurum vitas
fuisse, quam ista sibi tolli permisurum. In-
cusabat quoque toxicum, quod ex eo non esset
extinctus, et addebat: O beatam mortem, per
quam sperare poteram palmam martyrii! et fe-
licem patrem Carmelitam, qui ab eodem sacer-
dote infectus veneno, intra paucas horas subli-
mi ista sorte potius fuit! Indi, intellecto, Bea-
tum a malo suo convalescere, supra trecentos
convenerunt, armati telis, ut eum occiderent:
quare unus e supra dictis nigris, ejusdem aman-
tior animosiorque, quam cautior, tubum belli F
cum ferreum pulvere nitrato oneravit, ratus,
sic illum defendi posse; at Beatus jussit a
cœpto abstinere.

*auferuntur, it-
que furentium
telis denovo ere-
ptus*

101 Post hæc quidam dominus præcipuè
inter eos conditionis, quem Servus Dei conver-
terat, intercedens, eum huic periculo subtraxit:
ac proinde Beatus prodians, advocatis istorum
præcipuis, solito sui spiritus fervore cepit
dissere, dolorem suum de eorum damnatione
exponens, monensque, ut imposterum agnoscerent
fœda dæmonis mendacia; cum nec
cælum in eos ruerit, quamquam iis ossibus
orbati fuissent; nec quidquam passi ex omni-
bus aliis malis, quæ ille fuerat minatus. Hisce
monitis, compertoque, toxicum, cujus vim per
experientiam optime noverant, in ipsum non
valuisse, adeo molliti animis fuere, ut impii
facti pœnitentes, simul coram Beato prostrati,
emendationem sponponderint. Beatus igitur op-
portuna adjiciens monita, magnam eorumdem
partem ad Christi fidem adduxit, et sacro fonte
lustravit.

*multos eorum-
dem convertit
ac baptizat:*

102 Rogavit alias Beatus quemdam domi-
num, cur conciones suas frequentare præter-
mitteret,

varios alios

A mitteret; respondit is, quia dæmon suus minatus fuerat ipsum et uxorem et filios suos occidere, si eis imposterum interfuisset. Tum Beatus, Agedum, eamus, inquit, et experiamur, quam parum iste possit, accedensque ad idolum, pedem illi impegit, nec ullum in eo signum, nullus motus apparuit. Idem experimentum sæpius repetiit Beatus, atque ita convertit Dominum illum, quem vitam ipsi salvasse, supra diximus.

instruit ac sacro fonte abluat

103 Accesserunt ad Beatum aliquando simul ultra mille et quingentos Indi e quodam loco, ubi non nisi duos convertere potuerat, et instanter petierunt, ut se in Christiana fide instrueret. Causum vero hujus rei rogati responderunt; cum festum quoddam, cui dicti duo Indi baptizati intererant, celebrarent, ac pro more suo dæmonem invocarent, apparuisse illum, horribilem visu, et dixisse: Quid me invocatis, dum duo inter vos hic adsunt Christiani? Tollite eos hinc. Interea autem prope dæmonem comparuisse hominem, Christianorum more vestitum, B qui ait, se a Bertrando missum, ut eis exponeret, quantum a dæmone deciperentur: cumque aliquo tempore disputassent, convictum hæsisse dæmonem, et ambos ex oculis evanuisse: hac de causa se venire, ut Christiani fierent. Lætus igitur B. Bertrandus eosdem prævie instructos baptizavit.

atque inter hos decrepitum sacrificulum,

104 Baptizaverat Beatus Indum decrepitæ ætatis et infirmum, assistebatque ei, ut bene moreretur; sed vix ab eo recesserat, quamdiu opus erat, ut domum suam adiret, cum redux reperit ei assistentem Indum alterum, qui eundem pervertere nitebatur. Expulit hunc Beatus; et infirmus confirmatus, in sacra fide Christiane defunctus est. Multum laboravit B. Bertrandus ad sacerdotem Indum, magni iudicii virum, convertendum, ratus, hujus ad Christum accessionem, ad multos alios convertendos valituram. Ad hanc rem Dei opem sacrificiis et sui corporis afflictationibus per biennium imploravit; quo elapso tempore, quo hic minime rebatur, Indus iste, ex gravi morbo decumbens, misit, qui ipsum accesseret. Rogatus autem ab eo Indus, quid sibi vellet, respondit, se credere, omnipotentem Deum misisse C in mundum Filium suum, ut homines viam ad cælum doceret; huncque in cruce mortuum esse, ut eosdem liberaret peccato et potestate dæmonis, ac propterea velle se esse Christianum. Beatus illum in fide bene instructum agnoscens, eum baptizavit: quo facto, cæpit tremere, et causam rogatus ait, dæmones ferocium bestiarum specie minari se discerpere, quod, cum illi ipsum, dum vixit, maxime honoraverint, ceterisque ejusmodi sacerdotibus omnibus majorem effecerint, ipse eos in fine vitæ suæ desereret. His auditis, Pater formavit e juncis crucem, lectoque apposita, recessit. Postmodum reverso narravit Indus, dæmonem præforibus ululasse, sed nunquam amplius asum ingredi.

aliumque e præcipuis virum

105 Converterat etiam alium e præcipuis, qui, cum incidisset in morbum baptismum a Beato petiit; sed dum hic crucem extra ejus ædem figeret, dixit Indus, nil opus esse. Quo dicto obstupefactus Beatus verebatur, ne Indum propositi sui pœniteret; perrexit tamen crucem manu gestans ipsum adhortari, ut in sancta fide constanter perseveraret: Indus vero manu

Octobris Tomus V.

certum demonstrans locum, ait, in eo sibi apparuisse crucem, proptereaque se dixisse, nil opus esse, ut poneretur altera. Baptismum ergo denuo petenti Beatus contulit.

A AVIGNONO.

ANNOTATA.

a Veragua provincia Americæ Septentrionalis est in nova Hispania.

b Rio de la Hacha Hispanis, Latine Facis fluvius, Americæ Meridionalis fluvius est cum cognomine Urbecula et Præfectura in Terra Firma.

c Seu Hispanice Nombre de Dios, Latine Nomen Dei, urbs (nunc destructa) Americæ fuit in provincia Terræ Firmæ ac in ora maris Septentrionalis.

d Hunc locum frustra in Lexicis quæsi. e Nec hunc locum potui reperire.

f Nam, ut habet Antistius, quem hic laudat Avignonus, iste infans paulo post susceptum baptismum obiit.

g Doctrinas vocant ædiculas missionariorum cum sacellis, in quibus Indi Christianis præceptis imbuuntur.

h Consonat Bulla Canonizationis his verbis: Ad cujus hospitium, in oratorium commutatum, etiam tunc et Indi et Hispani ad divina beneficia ejus patrocinio impetranda accurrunt.

i Nec hæc loca vel regiones in Lexicis reperi.

k Cienagam in nullo quoque Lexico reperi; sed apud Blaevium in Descriptione Præfecturæ Carthaginæ occurrit palus prope hanc urbem vulgo la Cienaga dicta, quæ an hic indicetur, non ausim asserere.

l Ignotus item hic mihi est locus, forte quod tam hic, quam alia loca fluviique jam præmissa subdendaque aliter Hispanis, aliter Americanis appellantur.

m Italice est: Nella punta delle Scaci; quibus quid indicetur, fateor, me non dispicere.

n Id est, montium provincie ac præfecturæ S. Marthæ, quæ ab Occidente finibus præfecturæ Carthaginensis adjacens, ad Orientem habet præfecturam fluminis de la Hacha, a Septentrione Oceanum, et a Meridie Novum Regnum Granatense.

o Seu Caribarum vel Caraibarum, qui ex insulis Antillarum, quas olim occupaverant, ab Europæis pulsati in continentem Americæ Meridionalis se receperant.

Sive hæc populorum, sive (quod potius videtur) locorum nomina sint, in Lexicis frustra quæsi.



A. AVIGNONO.

CAPUT VII.

*Alia ejusdem gesta, ac miracula ab eo ante et post obitum in America patrata.*CAP. XVI.
Tenerifæ varia
cuidam nobili
matronæ
a

Vicarii ac parochi munere B. Bertrandus factus etiam est in terra Tenerifæ a, ubi cum solita sua diligentia et sanctitate vitæ studuit eam gentem convertere ad Christum, et apud quam exhibendo, prout concionis opportunitas ferebat, Crucifixo singulariter profecit. Habebat tunc temporis ibidem Isabella Mexia, Joannis Bernal, loci præfecti, uxor, quæ suæ animæ noxas apud Beatum solebat eluere, et in angustiis ad eundem recurrere; dumque id facere vellet, accedebat in tempore, ut ejusdem Missæ prius posset interesse. Semper autem, quando ea mente illuc iverat, Beatus, post finitam Missam, non vocatus, rogabat, quid vellet. Unde ipsa advertit, eum spiritu prophetico pollere; ac proinde cupiens scire finem viri sui, ludo perditæ addicti, consuluit ipsum, asserens, se hinc afflictissimam miserimamque totius mundi mulierem esse. Respondit ille humaniter, ne id inter afflictiones suas reputaret, sed alia ei eventura, incomparabiliter majora. Uti illa re ipsa gravissima passa est; atque inter hæc toxico infecta, quam ob rem sacro oleo uncta fuit, non tamen mortua.

prædicat.

107 Eadem domina, cum multos menses imprægnata Carthagine versaretur, precata Beatum est, ut sibi diceret, an feliciter, et utrum masculum, an feminam enixura esset. Subridens ille respondit, primum, qui in terra natus est, virum fuisse; significans, masculum fore; qui ab ipso quoque baptizatus fuit. Aliquot inde mensibus denuo ea domina petiit, quid de isto puero futurum esset; reposuit, brevi tempore victurum; ut factum est, Deo illum intra breve tempus ad se evocante. Habebat eadem domina in Tenerifæ famulam, Hieronymam nomine, cui, quoties cum domina sua ad ecclesiam accedebat, Beatus signum Crucis formabat in fronte; domina id diligenter observante, contigit, ut Beato ad confitendum itinere bidui alio profecto, famula ista in morbum lapsa moreretur; intraque paucos dies inde reverso domina suæ famulæ mortem narraret. Cui ille: Cur igitur, inquit, existimasti, me frontem ejus signasse, nisi quod eam et morti et æternæ salutis vicinam viderem.

Reditus in
Hispaniam
tempus disces-
suræ classis
prænotat.

108 Quo tempore B. Bertrandus eam terram excoluit, habitavit in tugurio prope ecclesiam, soluitque prandere in domo cujusdam nobilis viri, amici sui singularis. Is eundem in suo in Hispaniam reditu illuc transeuntem in domum suam recepit, donec pararentur victus aliaque ad iter marinum necessaria. Secundo ab adventu ejus die, Carthagine illuc nova allata fuere, discessum classis fixum esse intra proximos octo dies, quorum tribus elapsis, dixit vir iste nobilis Hospiti suo: Pater frater Ludovice, parata sunt omnia, feliciter perge Car-

thaginem, priusquam classis vela det, Cui ille respondit: Dominus Deus, qui mihi facultatem concessit redeundi in Hispaniam, non permittet, classem discedere sine me. Ego dicam tibi diem discessus mei: hisque dictis, permansit ibidem.

109 Intra quindecim dies peperit uxor ejusdem equitis, cujus confessionem Beatus exceperat, prolemque baptizavit; domoque egresurus mandavit, ne puerperam solam relinquerent; quod mulieres, quæ aderant, parum curantes, ut ipsam dormientem conspexerunt, ab ea recessere, immemores moniti de ea non deserenda. Illa vero pavide expergiscens ex magno strepitu, quem in eodem cubiculo unus e crassioribus, quos in istis agris reperire est, serpens humanæ coxæ par excibat; tam horrido conspectu tremefacta, e lecto nuda prosiluit, et ingenti cum clamore fugiens, modo hæc, modo illac per domum usque in atrium inferius ecurrit; quo tempore cum frigidus ventulus spiraret e mari, ipsa eo lethalliter confecta fuit. Tunc demum mulieres accepti a Beato moniti de non relinquenda sola meminerunt: illa vero, mortuæ, quam vivæ similior, in alio lecto deposita, post quatuor horas exspiravit.

atque instan-
tem euidam no-
bili mulieri
mortem,

110 Postridie tumulatum ejus cadaver est, et Beatus pro ejusdem anima Missam celebravit, et sermonem ad populum habuit, absolutisque funebribus justis, cum viduo hospite suo reversus est domum, ubi inter prandendum eidem ait: Dominus Deus hic me detinuit, ut dominationi tuæ pretium preparati mihi victus persolverem, uti feci: excepti enim confessionem dominæ, adstiti ei morienti, ad ejusdem cadaver hæc nocte vigilavi, Missam pro ea celebravi, in ejusdem laudem ad concionem dixi, et infantem baptizavi; aliam monetam, qua beneficia mihi præstita persolvam, non habeo. Quod præterea mihi occurrit, est, ut dominationem vestram moneam, ne ullo modo permittas domum tuam intrare quamdam feminam, quæ intra paucos dies ad te accessura est; alioquin tu cum illa offendes Deum, ipsaque brevi post sua morte luet. Hæc omnia ita prorsus evenerunt. Comparuit enim ista mulier, ipse permisit ingressum, cum eaque lapsus est (quodque pejus est, commater illius erat) petiitque dispensationem, ut eam sibi matrimonio copularet: sed antequam dispensatio allata fuit, Deus morte mulieris suam ultis offensam est ante finem anni, quo comminatio facta fuerat.

ejusdemque vi-
duo, ni cavent,
divinam vindic-
tam vaticina-
tur.

111 Tanta vero fuit estque Tenerifæ populi erga B. Bertrandum devotio, ut nominatim Ludovicus Vasquez de Guevara, ordinarius gubernator, cum nihil aliud e rebus illius obtinere potuisset, procuravit sibi deferri librum Baptismalem, in quo erant multæ subscriptiones propria illius manu exarata. Hac occasione ipse etiam aliquot phyliras ex eo decerpit, et pro sacris reliquiis servavit; at numquam voluit restituere, nisi coactus excommunicationis sententia: eæque hactenus cum capituli consensu in sacristia multa in veneratione servantur. Prædicavit etiam Beatus in Mompoix b, ubi solita suæ vitæ sanctitate verba sua commendavit, eaque ratione mirabilia patravit. Tantam sibi ibidem comparavit famam, ut non alio, quam Sancti vocabulo veniret.

Tenerifæ pro
Sancto habetur
uti et in Mom-
poix,xvii.
b

*miro lumine
in duorum
Sanctorum
consortio co-
ruscare*

A 112 Capitaneus Bernardus de Bentacourt, cum audisset ipsum concionantem feria sexta de Lazaro, accessit ipsum versus horam noctis secundam, rogans, ut de peccatis suis confitentem postridie mane audieret; et cellae janua paulatim parum aperiens, vidit in ea lucem magnam, velut multorum cereorum, et ante oratorium suum B. Bertrandum, flexis genibus incumbentem: vidit insuper duos venerabiles ac majestate spectabiles dominos, vestibus solis instar radiantibus; eumque vellet hanc visionem accuratius intueri, nec progredi, nec retrogradi potuit, totusque tremefactus stupebat. Sed, pulsata nonnihil ex vi, qua movere se nitebatur, janua, B. Bertrandum, conversus ad strepitum, erexit se processitque visurus quis adesset, sciretque, quid posceretur. At capitaneus, totus tremens ac sui impos, in ea perturbatione nesciebat, quid esset responsurus; ac, nisi Beatus adjuvisset illum, ut e domo excederet, non invenisset egressum. Sancti ab eo visi videbantur ei fuisse SS. Ambrosius et Thomas

B Aquinas, interrogatusque, cur duos hosce Sanctos fuisse opinaretur, respondit, quod similes essent illorum pictis imaginibus, quas saepe viderat, quodque viginti annorum spacio ea opinio suae menti inhæsisset.

113 Idem capitaneus vidit B. Bertrandum, dum Missam celebraret, post consecrationem ecclasi inhaerentem, existimansque, se recte facturum, voluit, arrepta ejusdem planeta, eum monere. Cuidam juveni ex Espeleta, haud procul a Mompox, annorum quadraginta, vaticinatus est, eum ad annos quinquaginta per venturum, at non superaturum; ac revere contigit, ut anno vitæ suae quinquagesimo correptus morbo obierit. In loco, Turvaco dicto, convertit quemdam juvenem, et in Baptismo Ludovicum nominavit, qui ab eo sancte educatus eidem in Missa ministrare solebat. Quod daemon plurimum dolens, dum ab Indis rogabatur, ut sibi Maix (quod illorum frumentum est) concederet; per idolum respondit, se id nunquam concessurum, nisi Ludoviculum immolassent. Qua de causa opperientes, donec Beatus abesset, ipsum rapuerunt et immolarunt. Reverso autem et de

C Ludovico suo inquiringenti persuadere tentarunt, eum devoratum esse a Caymanes, quæ animalia sunt crocodilis similia, quæ e flumine saepe prodeuntia viatores devorant; at Beatus, probe gnarus malitiæ dæmonis, hinc vehementer doluit; inde vero letatus est de merito ejusdem animæ innocuæ.

114 Prædicante ipso in insula S. Thomæ c sub umbra platanis, aderat ibi in ea magna concione multitudo impiorum Indorum, qui saxis armati volebant illum lapidare; qua de re admonitus a quodam ecclesiastico, qui cum ipso erat, suadebatque, ut a concionando desisteret, respondit: Ne metue; non enim tantum roboris habent, non solum ut in me vibrent lapidem, sed etiam ut mihi vel minime noceant. Perrexit ergo concionari, eamque vim verba ejus habuerunt, ut non modo eum non læserint, verum etiam plures ducentis eorum, finito sermone, pie secuti, ab eodemque conversi ac baptizati fuerint.

115 In alteram insulam, Promontorium S. Vincentii dictam, cum multis baptizatis allisque progressus est, ubi dum ad frequentissimam concionem in spatiosa planitie sermonem haberet, advenit quidam e primoribus, rubra

talari veste indutus, nudis cruribus pedibusque, et in aures gestans. Is ad Beatum, finito sermone, accedens, quesivit ab eo, quæ ea essent, quæ de Cruce prædicabat, et quæ res Crux esset, quam videre cupiebat. Beatus ut eum recte instrueret, se ad densum truncum unius arborum, quæ locum coronabant, extensis in modum crucifixi brachiis, applicuit: dumque ab eo recessit, truncus iste imaginem sanctissimæ Crucis impressam servavit: quo miraculo omnis iste populus in magnam admirationem raptus, altis clamoribus applausit. Prædictus vero vir præcipuus, confestim domum suam repetiit, ex qua paulo post regressus ad locum, ubi erat Beatus, et in gena provolutus, manum ejus prior apprehendit, eumque domum suam perduxit, in qua ille cum socio suo Hieronymo Fernandez novem dies commoratus est; quo tempore eundem virum cum multis e familia ejus, aliisque probe instructum baptizavit; recedensque, quod etiam alibi consueverat facere, ei Articulos sanctæ fidei, Præcepta Decalogi, aliasque preces magis necessarias, litteris consignata reliquit.

116 Quamquam multa e mirabilibus, quæ B. Bertrandum operatus in Indiis est, jam retulerimus, hoc tamen caput peculiariter destinavimus ad memoranda miracula, quæ ab eodem tam ante, quam post obitum facta, in iisdem partibus scripto annotata fuere. Dixit Christus Marci capite ultimo, prædicatores suos in nomine suo ejecturos dæmonia, locuturos variis linguis, expulsuros serpentes, et si venenum sumpserint, mansuros illesos, ac denique, infirmos, quos manibus suis attigerint, sanatum iri. Has gratias Bertrando, velut prædicatori Apostolico, a Deo concessas fuisse, certum est ex multis, quæ jam diximus, atque etiam manifestum fiet ex dicendis in hoc et sequentibus capitibus. Dominus Raphaël Figueroa, in Indiis commoratus asseruit, publicam iis in oris famam esse, B. Bertrandum, ut quempiam ex ejus gentis optimatibus converteret ad fidem, in testimonium veritatis fidei Christianæ, falsitatisque superstitionum Indicarum, obtulisse se ad exhauriendum calicem toxico infectum et hausisse innoxium e. Indicavit hoc etiam ipsemet Servus Dei patri fratri Andrea Cabrerizo; addens, F Deum saepe hujusmodi miracula patrare per magnos peccatores, ut sanctum ejus nomen agnoscat ac laudetur.

117 Inda, Marinitta dicta, quam B. Bertrandum baptizaverat, ad eundem recurrit dolens, quod soror sua infidelis jam a triduo ex infelici partu moribunda esset, quia fœtus transversim cubabat; nec omnino eam posse eniti ac vivere, pro certo habebatur. Beatus, eam consolans, jussit spem suam in Deo reponere, fore ut soror sua feliciter pareret; deditque ei cingulum suum, quo sororem cingeret; ipse vero pro infirma interim orationi incubuit. Eo ipsa cincta pulchrum sanumque filium peperit; cujus rei Marinitta intra mediam horam B. Bertrandum certiore fecit; eoque miraculo infantis pater et mater cum avis paterno maternoque, aliisque multis eorundem sociis moti, ab eodem B. Bertrando sacro fonte abluti fuere.

118 Altera Inda, nondum baptizata, strumis pessime afflicta, ita ut per plagas, quibus tota fere cervix circumdabatur, conspicerentur nervi ejus, coram Beato procumbens dixit: Ego te vehementer obsecro, ut sanes me. Ille,

post

A. VIGNONO.

E

XVIII.
In testimonium veræ Fidei venenum innoxio bibit:

aliquæ alias etiam in ecclasi conspicitur: vaticinatur: pueri eadem dolet:

in insulis S. Thomæ

usu cinguli sui desperata puerpera partum procurat:

sudario suo et signo Crucis strumas sanat,

A. AVIENOSO.

post factum super collo illius signo Crucis, cervicem ejus suo sudario circumdedit, dixitque: Vade Deo propitio; confide, te ab illo sanandum, et cras revertere. Reversa illa est postridie, et amoto sudario, experta est se sanam, quasi numquam ullo malo laborasset, nullo etiam morbi indicio superstita. Quod insigne miraculum conspicatus socius, Pater frater Ludovice, inquit: Hoc magnum est miraculum! Cui ille: Tace, ait, frater charissime, hoc opus Dei est: a me enim nihil boni fit; idque ideo divina operatur Majestas, ut isti Indi convertantur. In quodam ejusdem regionis portu quædam puella, per solum signum Crucis formatum, eodem, quo infecta erat, malo liberata fuit.

et febri: naufragium evadit, periculose agrotantes redit incolumes.

119 Domina Agnete de Mendoza, dum octennis erat, jam per duos menses in confinibus Tubaræ in domo aviæ suæ laborante, ivit vetula B. Bertrandum precatura, ut illuc accederet (uti fecit) Missam celebraturus; qua finita, legit super eam Evangelium, et cruce signavit infirmam, quæ eodem die immunis febri fuit.

B.

Dum cum aliis quantor vel quinque personis per magnum flumen Magdalena *f* navigabat, tam seva exorta tempestas est, ut, inversa cymba, omnes immergerentur aquis: sed, Beato Deum precante, restituta cymba est, omnesque ad ripam appulsi, in quam, apprehensa arbore evaserunt. Simili modo Indiam peragrans in variis populis multos invenit ex quodam morbo, catarrho simili, morientes; adeoque is contagiosus morbus erat, ut pestis videretur. Proinde lustrabat ille singulas casas, bene precans infirmis; nec quisquam eorum, quibus suam impertitus fuerat benedictionem, ex eo malo mortuus est. Eodem deinde morbo laboranti uni e sociis suis quidam Indus ait: Cur non vadis ad sanctum Patrem, ut te sanet?

Creditur etiam puellam mortuam

g

120 Religiosus, cujus supra meminimus *g*, ex Indiis reversus, in conventu Valentino retulit, se, dum per Indiam iter ageret, ex multis intellexisse, Beatum in quodam vico suscitasse a morte quamdam tenellæ ætatis puellam, filiam Indæ, quam ipse baptizaverat. Rogatus postmodum sæpius ipsemet Bertrandus, verene Deus per ejus patrocinium puellam mortuam revocasset ad vitam; nec affirmare visus est, nec negare; unde creditus est id reipsa fecisse; qui bene noverat, mendacium in ejusmodi rebus Deo graviter displicere. Sed quod rem certiorrem facit, illud est, quod graviter infirmus quærenti cuidam civi, ipsi addicto, an in Indiis puellæ mortuæ vitam reddidisset, responderit: Quantum id esse putas? Deus agit instar fabri ferrarii, qui ferram facere meditans, ex multis laminis ad id operis idoneis, quas coram se habet, pro suo arbitrio hanc eligit præ alia: hisque dictis, tacuit. Quibus verbis quoad substantiam dixit: Noli me pluris, quam alios facere, quod Deus me ad prodigium istud patrandum usus sit.

vite restituisse in America.

121 Confirmatur hæc opinio ex ejusdem B. Bertrandi dictis ad quamdam spectabilis conditionis personam, cui ille Rosarium Marianum donans, jussit illud in magna veneratione haberi, quia versus Indias navigaturus illud acceperat a patre fratre Thoma Arenas, prædicatore celebri, ac magni spiritus viro, cui ipse suum pariter dederat; addiditque: Hoc Rosarium in Indiis sanavit infirmos, convertit pec-

catores; atque insuper puto, resuscitasse mortuos: illud magna in veneratione habeto. Quin et ipse quoque Pater tanti illud æstimabat, ut aliquoties ad se mitti petierit, ægrorum capiti imponendi gratia. Alteri etiam devotæ personæ dixit: Deus mihi hanc fecit gratiam, ut hoc Rosario resuscitaverim mortuos. Ejusdem usu etiam post illius obitum multa miracula obtenta fuere, ut dicitur lib. III, cap. IX.

122 Post mortem quoque B. Bertrandi Deum multa per ejusdem patrocinium miracula in Indiis patrasse, compertum est. In Tubaræ Martinus Campanero Indus gravi lethargo correptus erat, et ad extrema deductus, ac loquela visuque destitutus; quodque pejus erat, non fuerat sua peccata confessus, quia loquendi facultatem repente amiserat. Illius miseratus Franciscus Lopez Cabrera, clericus et parochus Tubaræ, dolensque, quod sine prævia confessione moretetur, eumdem B. Bertrandum, velut Indorum istius loci Patri, commendavit, excerptumque folium ex libro Baptismali, Beati manu conscripto, devote magna que cum fide collo infirmi applicuit; qui intra diem et medium, E nullo prorsus adhibito remedio, loquelam recepit, apud parochum confessus fuit, ac multis annis superstes incolumis vixit. Idem Franciscus Cabrera testatus est, se ad quamdam Indam, Franciscam nomine, postquam hæc plures integros dies partus doloribus cruciata fuisset, nec posset parere, advocatum fuisse, ut ejusdem confessionem exciperet, quod non dubitaretur, quin in partu moritura esset; et postquam eam confitentem audierat, jussit eandem istam chartam a Beato inscriptam eidem applicari; atque ita ipsa infra quinque horas peperit, ac incolumis mansit.

Quadam ex miraculis post mortem ejus

123 Pater magister frater Augustinus d'Avila Padiglia, Ordinis Dominici Mexici *h* insignis concionator, ac deinde insulæ S. Dominici *i* archiepiscopus, dum habitabat in collegio S. Ludovici patrum Prædicatorum in loco dicto Puebla *k* in Indiis versus Mexicum gravi infirmitate fluxionis laborans in lingua, auditus B. Bertrandi miraculis, datam sibi ex ejusdem vestis filii particulam ori suo imposuit, diglutiitque, et sanatus fuit.

per ejusdem patrocinium in America impetratis.

ANNOTATA.

F

a Tenerifa, vulgo Teneriffe, de qua hic, Americæ Meridionalis oppidum est in præfectura S. Marthæ ad ripam fluminis Magdalena.

b Aliis, ut jam monui, Mopoix et Mopox, quod aliud est Americæ Meridionalis oppidum, in ejusdem, ad quod Tenerifa, nec procul ab hoc, fluminis Magdalena ripa situm.

c Una est ex Antillis, Hispanis las Antillas, Gallis les Antilles, Americæ in mari Septentrionali insulis, inter Portum Divitem seu Porto Rico et Americæ Meridionalis continentem positilis.

d Est et hæc una ex Antillis, continenti propior.

e Hoc plus vice simplici fecisse in Bulla canonizationis suæ legitur hoc modo: Pluries in testimonium Fidei mortiferum quid bibens innoxie discrimen vitæ superavit.

f Hispanis el Rio de la Madalena, Americæ Meridionalis fluvius est, qui supra Popajanam

A *Janam ortus indeque per Novum Regnum Granatense labens flumini S. Marthæ in S. Marthæ præfectura se jungit.*

g *Andræ Cabrerizo meminit supra num. 116, h Nominè notissima est totius Americæ amplissima civitas in America Septentrionali, ac regionis cognominis, Novæque Hispaniæ caput.*

i *Insula S. Dominici, alias Hispaniola appellata, ampla Americæ Septentrionalis insula est in mari Boreali, cujus insulæ præcipua civitas, Dominicopolis dicta, archiepiscopatu illustrata est.*

k *Fortasse designatur Angelopolis, Hispanice la Puebla de los Angeles, quæ Americæ Septentrionalis ac Noxæ Hispaniæ civitas episcopalis est sub metropoli Mexicana.*

CAPUT VIII.

B *Causa revertendi, reditusque in Hispaniam : tempestas maris sedata : habitatio Valentis : Prioratus in conventu S. Onuphri ab eo gestus.*

CAP. XIX.
Cruelitatem
quorundam in
Indos non fe-
rens

Septennio commoratus in Indiis B. Bertrandus deliberavit de suo in Hispaniam reditu, quod ægre ferret quorundam præfectorum crudelitatem, qui non solum levibus de causis inique perimebant Indos, verum etiam impediabant sacras conciones. Nonnumquam etiam aliqui præfectorum, prædicante Servo Dei, in concionem irrumpebant, et verbis impiis, fustibusque impactis, auditores ex ecclesia pellebant a: cumque ea misera gens inermis sit, imo etiam plane nuda (sunt enim in ista provincia loca, in quibus nullum prorsus vestimentum in usu est) prorumpentibus illico ex ecclesia, et Beatum in suo pulpito relinquebant.

C Præ ceteris tamen persuaserunt ipsi reditum litteræ, quas acceperat à domino fratre Bartholomæo de las Casas b, qui non modo, dum adhuc esset clericus sæcularis, varia itinera ex Hispania in Indias, et Indiis in Hispaniam confecerat, sed etiam post assumptum S. Dominici habitum, paulo minus quinquaginta annis, quibus eum gestavit, perpetuus fuit Indorum patronus, utque huic operi impensius incumbere posset, renuntiaverat episcopatu Chiapensi, redieratque in Hispaniam, ubi tantam eorum curam apud multos gessit, ut plurimos iisdem favores a rege Philippo II obtinuerit, uti etiam a Carolo V imperatore gloriosæ memoriæ impetraverat.

licentiam re-
deundi in Hi-
spaniam a Ge-
nerali sui Or-
dinis petit;

125 Quamquam autem propter adversa aliqua, quæ bona illius desideria, dum erat clericus, frustrabant, et ob ingentem, dum Religionem jam professus fuerat, zelum in procurando, ne Indi inique tractarentur, reprehensus fuerit ab aliquot historicis c, qui adlabantur malevolis; nihilominus honorem Dei semper habens præ oculis, opportune et importune impugnabat arguebatque aliquorum violentiam, et inter-

cedebat pro Indis ex omnibus, quæ in lege naturæ regiisque sanctionibus iisdem favebant. Litterarum vero, quas hic episcopus ad B. Bertrandum dedit, hæc summa erat, ut ipse in convertendis Indis strenue laboraret, prudenterque procederet in audiendis absolvendisque confitentibus belli ducibus et præfectis, qui privilegiis regiis non contenti tyrannice tractabant indigenas contra expressam regis voluntatem. Quapropter Bertrandus, cum hæc litteras magni faceret, vehementer desideravit in Hispaniam reverti, ut se levaret scrupulis, quos eadem de causa patiebatur. Scripsit ergo Servus Dei ad fratres suos in Hispaniam, cum iisque mentem suam communicavit. Ipsi vero ex desiderio, quo tenebantur, tam boni Fratris revisendi, miserunt illico ad reverendissimum patrem Ordinis Generalem, qui tum temporis residebat in Hispania, erantque pater magister frater Vincentius Justiniano (quem Pius V Papa Cardinalem creavit) et post multas importunas preces tres patentes pro facultate redeundi litteras diversis viis ad ipsum transmisit.

126 Interea accidit, ut, sparsa miraculorum B. Bertrandi fama, Provincialis S. Antonini in novo regno Granatensi juberet, B. Bertrandum eligi Priorem conventus S. Fidei d, quæ istius provinciæ metropolis est, asserens non decere, ut Vir tantæ virtutis ac sanctitatis in vulgaribus locis commoraretur, sed oportere, ipsum in civitate Sanctæ Fidei habitare, in qua sedes archiepiscopalis et tribunal regium fixa erant. Electores igitur communi consensu Servum Dei elegerunt, eamque electionem cum ejusdem confirmatione et censuris, nisi ille acceptaret, Provincialis per quemdam fratrem destinavit ad conventum Carthaginensem, quo a Priore evocatus B. Bertrandus, ut confirmatam sui ad Prioratum electionem, censurasque a Superiore suo intentatas audivit, vehementer indoluit; semper enim honores fuerat aversatus; et quantum potuit, recusavit, ut vitaret vanam gloriam, cui occasionem dare poterat prælatura, plaususque sibi faciendos, quod per totam regionem Sanctus diceretur, et velut talis in civitate Sanctæ Fidei expectaretur. Hæc itaque eum magnopere affligebant.

127 Compulsus tamen ex obedientia istud officium humillime accepit, et ad iter eo versus se accinxit. Sed antequam abiret, asseruit, se quidem proficisci ad civitatem Sanctæ Fidei, non tamen illuc perventurum, nec functurum eo officio; qui Deus aliter decreverat. Discessit Beatus Carthagine versus Tenerifam, appulitque ad Barrancam e, magni fluminis Magdalensæ portum, ubi se commisit cymbæ f, quam quidam mercatores oneraverant, mittebantque cum aliis sex cymbis. Navigatio per illud flumen g ordinarie perficitur intra dies viginti quatuor et viginti sex, nisi civitatis Mariquitæ h portum intrent; ea vero, quæ Beatum vehebat, cymba ne triginta quidem diebus perficere potuit medium itineris spatium, quod aliæ expedite percurrebant. Murmurantibus propterea nautis Indis adversus navarchum suum, quod non fuisset conatus simul cum aliis properare, causatus ille est magnam aquæ copiam, in cymbam illapsam, quæ obstabat celeri navigationi, non sine duccimine submersionis.

128 Quindecim diebus post assecuta est illum

A. AVIGNONO.

E
interim jusus
Prioratum
conventus S.
Fidei admitt-
re

d

F
illuc navigat,
sed, acceptis
per viam

A. AVIGNONO. Generalis litteris, Carthaginem redit, indeque revertitur in Hispaniam,

lam altera cymba, in qua vehebatur peculiaris B. Bertrandi amicus, mandatum reverendissimi Generalis ei ferens, ut regrederetur in Hispaniam (quæ cymba unico die pertigit usque ad eam, in qua Servus Dei erat) rogansque à longe, an in ea veheretur pater Bertrandus, Prior Sanctæ Fidei, acceptoque responso, ita esse, adductis cymbis, Beatus destinatas sibi ex Hispania litteras accepit, gratiisque ab eo actis Deo, ista ejus cymba eadem velocitate, qua altera, processit. Inde pertigerunt usque ad portum de Angostura, quod fretum fluminis est; ubi Beatus constitit scriptisque ad Provinciam et fratres Sanctæ Fidei, ut certiores faceret de mandato a Generali accepto, addito apographo ejusdem mandati, et abdicatione Prioratus. Inde triduo post adventu in Teneriffam, ubi accidit, quod supra narravi de nobili equite ejus amico, a quo hospitio exceptus fuit; atque hinc, cum dato sibi ab eodem in viam victu, trium dierum spatio Carthaginem, ubi classem, quæ non nisi ipsum expectare videbatur, paratam invenit; vix enim ipse in eam descenderat, quin illa vela fecerit versus nostram Hesperiam.

Crucis signo tempestatem sedat.

129 Per viam horribili exorta tempestate dilaceratum variis in locis velum est, ruptæ antennæ, ac parum abfuit, quin etiam avellere gubernaculum; totaque navis modo hæc, modo illac jactabatur, prout impellebant fluctus, qui cum horribili fragore modo velut altissimi montes eam eyehebant ad cælum, modo apertis profundissimis vallibus, præcipitabant in abyssum. Qua de causa B. Bertrandus in eam navigii partem, quæ ab undis maxime impetebatur, se recipiens, signum Crucis adversus eas identidem formavit, eademque, velut sanctissimi signi vim agnovissent, quo propiores navi fiebant, eo lenius ipsi illidebantur. Verum ea ex re B. Bertrandus vanam gloriam veritus, permisso fluctibus navigio, in aliam partem recessit. Sed simul atque inde recesserat, infervescente mari, et navigio magis, quam antea periclitante, confestim ad eum accurrerunt nautæ, summis precibus absecrantes, ut ad desertum locum rediret; ubi illo prius istud remedium adhibente, mare non tantum minus sæviit, verum etiam tranquillum placidumque redditum fuit. Cum Beatus hæc aliquando referret, adjecit, quod etiam alias dixerat, videlicet, ex hujusmodi factis non argui sanctitatem, sed fidem; et ad id propositum adjunxit: Deus plus luminis concessit Lucifero, quam mihi; et ille tamen damnatus est; plusque auctoritatis Judæ, qui postea seipsum suspendit. Id mihi quoque potest contingere; cum scriptum sit, neminem in hac vita scire posse, utrum in fine ejusdem futurus sit odio, an amore dignus.

in Hispaniam appulsus in Valentia conventu habitat:

130 Anno MDLXXIX, die festo S. Lucæ k. B. Bertrandus in Hispaniam appulit, nec diu Hispali commoratus, profectus Valentiam est, quo vespertino tempore adveniens, compulsus fuit pernoctare in horto fratris sui, extra muros urbis prope monasterium S. Mariæ de succursu Ordinis S. Augustini sito. Postridie summo mane, sparsa B. Bertrandi adventus fama, pater magister frater Laurentius Lopez Prior auctoritate sua indignuit, ut retineret fratres, ne omnes ad ipsum accurrerent, revisendi illum et benedictionem petendi gratia: nam ex ingenti gaudio, quo illius reditus omnes in-

cesserat, ardebat quisque eum primus videre; D atque ipse Prior non capiebat se præ lætitia, considerans, quantum Deus suo tempore huic domui beneficium præstaret redendo talem Filium, qui vitæ sanctitate et exemplis eandem maximopere erat illustraturus. Conventum ingrediens Bertrandus ait, se jam velle incipere Deo serio servire, et pro novitio haberi; idque etiam præstitit tam humiliter se gerens ut omnes raperet in stuporem.

131 Non licuit Beato solitudine suæque cellæ quiete diu gaudere: nam patres conventus S. Onuphrii, duabus ferme leucis Valentia dissi, illum sibi prælatum optantes, quod persuasum haberent, conventum suum illius opera, tam spiritalibus, quam temporalibus, auctum iri, eumden unanimo voto magno cum gaudio Priorem elegerunt. Desiderabat quidem id muneris excusando declinare, sed obedientia constrictus acceptavit, et sub finem Octobris anni MDLXX obire cepit, pro more suo, ingenti cum fructu, optima præcepta tradens et exemplo præiens, in servitio divino vigilantissimus. Exhortabatur patres istos, ut, quem admodum locus iste quo magis erat solitarius, eo majorem devotionem movebat ad eumdem accedentibus, ita conarentur illi eo magis excellere in obsequiis divinæ Majestatis, et præcellere aliis Religiosis, alibi habitantibus. Utque erat ipse observantissimus constitutionum et Regulæ (quod primo omnium loco habebat) ita curabat, ut subditi sui eandem prompte et hilariter servarent, tanto magis, quanto ipse eosdem majori cum charitate regebat, atque omnia eis necessaria procurabat liberalius.

132 Cumque prudenter gubernaret, non obstantibus sterilibus annis et obæratu conventus debitis, erat fratribus abunde prospectum. Nec solum conventus debita persolvit, sed etiam in eodem notatu digna composuit, exercens talentum a Deo acceptum, nominatim in ædificio, Crux cooperta dicto, juxta conventum in termino viæ, pulcherrimis cupressis utrimque consitæ: quam in rem cum cuidam visus esset nimium impendere, respondit, etiam plus a Lutheranis ad destruendas Cruces in Germania Franciaque l expendi. Fecerant ibidem nomen ejus in memoriam conditoris apponi; sed ille humanam gloriam exosus illud fecit aboleri. Erat largus eleemosynarius, nec pauperem sine solatio remisit, etiamsi importuno tempore accederet; singulis panem et vinum liberaliter distribuens, sæpiusque fratri Joze-pho Viudes dispensatori repetens: Da, frater, eleemosynam; ne pigeat te Domino Deo nostro largiri, illudque Davidicum Psalmo XI allegans. " Beatus, qui intelligit super egenum et " pauperem etc. "

133 Ultra communes eleemosynas, quæ ad conventus portas solebant distribui, B. Bertrandus largiebatur etiam alias secretas personis verecundis in domibus suis; ut testatas est Angela Bayarri de Museros, bona servo Dei, quæ apud ipsum confiteri consueverat. Hujus enim opera succurrebat ille multis indigentibus, ac peculiariter cuidam dominæ præcipuæ conditionis, quæ in quodam vico, haud procul a conventu dissita habitabat, et onerata filiis parvulis acerbam patiebatur egestatem, adeo ut sæpius, cum deesset panis, herbam miseris illis coqueret; et, si panem haberet, sed non omnibus sufficientem, eumdem partiretur in singulos,

ipsa

XX. conventus S. Onuphrii præfectus Prior sancti gubernat fratres

et liberaliter alit: ædificum construit: succurrit pauperibus

divinitus intellecta nobilitate matrona egestate,

A ipsa a pane abstinens, crebroque in ea egestate constituta paucis siccis ficis cum suis victitaret. Quam quidem paupertatem, cum nobilis ac honorata esset, nulli cuiquam mortalium indicere voluit, verita, ne id fecisse aliquando noceret.

eadem eleemosynam mittit, et vaticinatur.

134 Dum quodam die in hujusmodi angustiis versaretur, accessit ad illam Angela Bayarri, certam denariorum summam ei afferens; quam ut vidit bona domina, petiit, an sibi ab aliquo conscientia ducto restitueretur. Respondit illa, non ita esse, sed in eleemosynam mitti. Si eleemosina sit (reposuit illa) sine dubio mihi mittitur a beato fratre Ludovico Bertrando, cui Deus meam inopiam revelaverit. Passa Angela est, id verum esse, sed vetuit, ne cui diceret, a quo missa esset. Tunc nummos acceptavit domina, dicens: Vere Deus angustias meas Servo suo revelavit; quia impossibile erat, ut alias sciret; gratiasque Deo de tam opportuno succursu persolvit. Eidem dominae pregnantis B. Bertrando dixit, eam filium parituram, monuitque, ut sedulam ejusdem curam gereret, futurum enim magnum virum; idque etiam repetiit, postquam ille jam natus esse, ac jubente matre, ad conventum S. Onuphrii allatus eidem Patri ostendendus.

Deum mirifice liberalem experitur.

135 Quemadmodum liberalis erat Beatus in pauperes et egenos, ita fidelium mentes movebat Deus, ut ei eleemosinas aequè largiter darent; atque hinc divinitus instruebatur omni re necessaria, prout ipsemet narravit patri fratri Vincentio Ribera, dicens, se vere nescire, qua ratione aliquoties invenisset in cella sua regales *m*, qui unde illuc allati essent, non capiebat. Testatus item est Vincentius Garriga bibliopola, a quo B. Bertrando libros credito pretio emebat, sibi, quoties vellet, ab eo accurate solutum fuisse; sibi que semel in ejusdem cellam ingresso eundem dixisse: Per amorem Dei condona mihi, frater, quod oblitus fuerim pecuniam mihi comparare; se vero respondisse, se non alia de causa venire, quam visitandi gratia, ac reposuisse Beatum: Age, ergo, sede, colloquamur paulisper, dum Deus provideat; et in medio colloquio, extensa in vicinam mensam *C* manu, dixisse: Cape pecuniam tibi debitam: tantamque accurate summam ibidem repertam esse, quanta debebatur. Qua re vehementer obstupuit bibliopola, quia nullam in eadem mensa pecuniam ante viderat.

Per viciniam concionaturus dum licet, incedit pedibus,

136 Circuibat Beatus loca circum conventum S. Onuphrii sita praedicaturus, ac ordinarie pedes, etiam dum pergebat Valentiam, quamvis difficulter, quia in altero crurum plaga laborabat. Ne vero a patribus reprehenderetur, quod pedes incederet, solebat equo insidens conventu egredi, ac paululum inde iter pedibus prosequi, suas preces interea recitans, quod pari modo faciebat in reditu. Quodam die Veneris Sancto pergens praedicaturus Moncadam, ubi Quadragesimales sermones habebat, equo insidens egressus e conventu est, sed mox non solum ex eo desiliit, verum etiam calceos exiit, itaque disalceatus ivit usque ad loci ingressum: idemque fecit, dum post habitum sermonem rediret Valentiam, cui appropinquans, dum agnosci poterat, calceavit se, et in equum resiliit. Velut bonus prioratus sui pastor, tantopere desiderabat domi residere, ut eo ordinarie eodem die rediret.

137 Jam meminimus supra, quam bene ille

populos, quibus praedicabat, exemplis suis, humilitate, poenitentia ac pietate imbutos relinqueret. Porro in Moncada post finitum sermonem in hospitium suum se recipiens, absteroso sudore, in vicem quietis secedebat in oratorium precaturus, donec vocaretur ad prandium in quo tam erat abstemius, ut aliis admirationi esset; nec volebat ulla sibi delicias cibosve offeri, nisi parcos ac vulgari pretii. In vico Liria, tribusleucis a conventu S. Onuphrii dissito, quo ad concionandum in Nativitate Domini iverat, in domo Rectoris hospitans, cum intellexisset, omnes alios jam dormire, ex viva in intellectu suo representatione natiuitatis Domini nostri Jesu Christi, lecto, velut in eo dormisset, incomposito relicto, descendit in stabulum, et ad praesepe accedens, ibidem vigilavit cum amantissimo puero Jesu, qui illa nocte natus, in praesepe repositus cubavit.

A. Avicenne. variaque edita exempla virtutum:

138 Quidam Religiosus conventus S. Onuphrii, a sancto Priore petiit facultatem eundi Valentiam, caque obtenta, non ivit illuc, sed ad conventum Porta-caeli fratrum Cartusianorum. Inde reduci post impertitam benedictionem ait beatus Pater: Qui te gessisti apud patres Cartusianos Porta-caeli? Ac respondenti, se nec ad Portam-caeli ivisse, nec vidisse fratres Cartusianos, reposuit Prior: Vide, quid dicas: triduo enim, quo abfuisti ab hoc conventu moratus es in Porta-caeli, et interfuisti illorum Officio matutino, et habitum eorum Ordinis postulasti a domino Bellot; sciasque, te velle fieri fratrem Cartusianum, gravem esse tentationem a daemone. Stupefactus haesit Religiosus, agnoscens, illum nil nisi verum dixisse, ac specialiter de habitu, quod secretissime tractatum fuerat. Alteri Religioso, fratri Andreae Cabrerizo nomine, saepius dixit occultissima, qua nequiverant sciri, nisi ex revelatione divina, et speciatim, cum semel illius cellam adiisset, Servus Dei dixit, ipsum talem rem commississe, et benigne reprehendit; sed cum ea res occulta esset, et a nemine posset sciri, negavit ille audacter: at Beatus eadem cum benignitate adiecit: Hoc ego, non nisi in tuum emolumentum, dico tibi, utque, dum peccata tua confessurus es, memineris te de eo accusare. Dum vero ille ipse apud Ludovicum confessus fuit, nullum ea de re verbum ab eodem Beato audiit.

subditorum suorum

E

F

139 Eidem fratri Cabrerizo quodam die egresso e cella, ut ad chorum pergeret, occurrens B. Bertrando dixit, ut cogitationes, quibus inhærebat, expelleret e mente, quæque eæ essent, exposuit, reprehenditque, ut ille adverteret, quid faceret, quidque conveniret pro divino servitio. E choro deinde egressus frater Cabrerizo vidit B. Bertrandum loquentem cum quodam Religioso, qui Breviarium in manu tenens orabat ante refecturium conventus S. Onuphrii: post quod colloquium Religiosus iste totus attonitus ait fratri Cabrerizo, dixisse sibi B. Bertrandum, ut emendaret aliqua, valde secreto facta, ac mandasse, ut serviret Deo, nec timeret, inde sibi quidquam damni eventurum. Cum quidam Religiosus hospes accessisset ad conventum S. Onuphrii, et, ut moris est, benedictionem peteret a Priore, cui multi aderant Religiosi, dixit servus Dei hospiti, arma et scutum Religiosorum esse Rosarium. Mirantibus

aliorumque secreta divinitus cognoscit,

A. AVIGNONO.

Mirantibus circumstantibus verba, quæ non capiebant, et interrogantibus hospitem, quid illa sibi vellent, respondit, se sub veste sua habere magnum cultrum venatorium; sed impossibile esse, ut id ei innotuerit sine revelatione divina.

et absentia intelligi:

140 Vocavit quadam nocte beatus Prior janitorem, jubens conventus fores aperire, quod Religiosus, quem nominabat, veniret Valentia plenus pavore ac metu, quia eo in itinere tres illum homines agressi fuerant, solum quidem terrendi gratia, sed quos ipse latrones sicariosque existimaverat. Aperuit frater fores, prospiciensque vidit comparentem Religiosum, totum tremebundum; qui apertam portam reperiens, rogavit, quem expectaret, et qua de causa tam sero ibi consisteret. Cumque audisset, id fieri ex mandato Prioris, vehementer admiratus est, prorsus singulare existimans, Priori jam tum innotuisse, quod sibi in monte acciderat.

illustri femina virum suum discrimini, in quo versabatur eripiendum, prædicat.

141 Anno MDLXXII cum quidam ex optimatibus horum regnorum magnis molestiis implicatus esset, ejusdemque uxor graviter afflicta, B. Bertrandus ad eam consolandam accedens monuit, ne doleat; neque enim esse, cur id faceret. Quo pacto, inquit illa, non sit, cur ego doleam, marito meo tam graviter afflicto? Quia, respondit ipse, Dominus noster eum solabitur, et tu, domina illustrissima, videbis illum vivum, suumque statum gubernantem. Post sex elapsos menses existimabat illa, maritum jamjam e suis molestiis liberandum; at B. Bertrandus asseruit, id non tam cito, sed post tres annos futurum. Ita autem exacte contigit; quod tamen nullo modo poterat humanitus præsciri. Notatu autem dignum est, ante ista omnia, prædictum dominum cuidam Religiosæ Carmelitanae, sorori Teyeda nomine, in monasterio Incarnationis, apprime spiritali, servæque Dei, visum fuisse in periculo submersionis; quod significabat discrimen, in quo eum paulo inde visura erat. Vidit præterea eundem ex eodem periculo evasurum, quia auxiliabatur ei B. Bertrandus per sua sancta signa: qua re indicabatur, ipsum absentem signo sanctæ Crucis a Beato e cella sua quotidie fuisse signatum, quamdiu, ille eodem in periculo versabatur, uti ejusdem uxori promiserat.

C

Atia ab eo sibi dem gesta vs que ad finem Prioratus.

142 Duo Religiosi, collectores eleemosynarum pro conventu S. Onuphrii, cum quadam hebdomada multas collegissent, statuerunt, ut alter Realem de quatuor, alter ducatum aureum servarent, ut, si forte sequenti septimana rariores futuræ essent eleemosinæ, eos adderent, itaque solitam summam afferrent. Antequam igitur ad conventum appropinquarent, eorum unus Realem suo calceo inseruit, alter ducatum suæ manicæ. Cum pervenisent ad Priorem et eleemosynas tradidissent, mandavit Servus Dei, ut omnem collectam pecuniam sibi traderent; ac respondentibus, se dedisse omnem, quam acceperant, ait ille: Da mihi, tu Realem de quatuor, quem calceo sinistri pedis tui imposuisti; et conversus ad alterum: Tu vero produce ducatum, quem habes in manica. Quibus auditis, illi admirabundi hæserunt. Porro advertentes Religiosi, nihil omnium, quæ agerent, ipsum latere, dixerunt Hieronymo Abella: Vere, domine, nescimus, quid nostro Priore facturimus, qui surdus et myops est, et nihilomi-

nus novit omnia, quæ agimus. Quidam Religiosus paulo post emissam professionem de totius vitæ suæ peccatis apud B. Bertrandum confitens, cum ad certum factum pertigisset, cepit ex verecundia hæerere: cui ille ait: Esne tu Judas? quare non arguis te de tali peccato? quodque ille commiserat, indicavit. Hisce aliisque mirabilibus, infra etiam recudendis, ibidem patris, B. Bertrandus in fine biennii ejusdem Prioratus sui reversus Valentiam est, relinquens conventum omnibus necessariis abunde instructum, ac spiritalibus temporalibusque bonis auctum.

ANNOTATA.

a *Id agebant crudeles isti exactores suo lucro inhiantes, ut miseros Indos longe ultra, quam edicta regia permittebant, ad servilia opera compellerent.*

b *Vide, quæ de hoc Chiapensi in Nova Hispania episcopo, et illustri Occidentium Indorum, verbis scriptisque editis, patrono, ex Echardi Bibliotheca Prædicatorum annotati E ad Vitæ primæ caput 5, lit. 1.*

c *Quem inter ceteros hac in parte adversarium sibi habuerit, dixi loco mox laudato lit. m.*

d *Id est Fani S. Fidei, de Bogota cognominati, de quo jam meminimus alibi.*

e *De hoc loco sic legitur apud Blævium in Descriptione præfecturæ Carthaginensis: BARANCA DE MALAMBO, ut Hispani vocant, tantum telonium est ad hujus præfecturam pertinens, situm ad ripam fluminis Magdalena, triginta ab urbe Cartagine leucis, viginti ab oppido S. Marthæ, sex denique ab Oceano Septentrionali; hic omnes merces Europæ aliæque e majoribus navigiis exponuntur, et uniligneis lintribus adverso flumine subvehuntur ad Novum regnum Granatense. Eo itaque ex loco B. Bertrandus lintri commissus Tenerifam Fanumque S. Fidei de Bogota versus adverso flumine navigare cepit, ut superioris mandato obtemperaret, quamvis ex divina revelatione certus, se ad præstitutum locum non perventurum.*

f *Seu lintri, versimiliter Americanorum F more ex unico arboris trunco excavata.*

g *Nimirum a portu Baranca usque ad Fanum S. Fidei de Bogota.*

h *Mariquita oppidum adverso, ut dictum est, flumine Magdalena navigantibus ad dexteram occurrit.*

i *Supra num. 108.*

k *Id est, die 18 Octobris.*

l *Indicat illius temporis Lutheranos in Germania, et Huguenottos, seu Calvinistas iconoclastas in Gallia.*

m *Regalis certa moneta Hispanica est, vulgo Real dicta.*



CAPUT IX.

Tirocinio denuo præfectus Valentiae, quæ egerit : Prior conventus ibidem constitutus virtutibus suis præluceat : mira Viri fiducia in Deum et egenos liberalitas.

CAP. XXI.
Novitius denuo
præf. Valen-
tiae, frustra
freudente dx-
mone.

Nec tunc quoque successit B. Bertrando, ut tantopere desiderato sacro otio posset gaudere. Paulo postquam Valentiam advenerat præcepit ei Prior, magister frater Onuphrius Clemens, vir magnæ virtutis ac scientiæ, et insignis concionator, ut novitiorum magistrum susciperet; ac proinde æque tunc, quam antea, eo munere diligentissime functus est. Docebat eos et factis et verbis hilariter ferre jugum Religionis; et quemadmodum fratres isti in consortio tam boni Magistri multum in divino servitio ac regulari observantia proficiebant, ita sese in omni virtutum genere exercebant. Hæc non ferens dæmon, totis viribus conatus est illi molestus esse; proinde quadam nocte Religiosus in æde novitiorum expertus est aliqua, quæ judicabat non potuisse a mortali homine proficisci, ac propterea sancto Magistro indicavit. Respondit ille: Scias, fili, circuire per hanc ædem dæmonem, qui nititur vos perturbare; sed ne metue. Addiditque: Ex quo commissum mihi hoc officium est, versatur hic quidam maurus, qui, licet totus oneratus catenis sit, nihilominus admodum agilis est, et ego ipsum vidi.

Aræna men-
tium cognos-
citi,

144 Hoc tempore Valentiam advenit quidam pater, dictus frater Michaël Ferreri, Ordinis Prædicatorum, qui veniebat ex Cataliud *a* cum desiderio B. Bertrandum cognoscendi, a quo cum gaudio exceptus fuit, cum eoque aliquantisper per hortum tirocinii ambulavit, de Deo interim disserens. Priusquam ille ab eo recederet, B. Bertrandus ejusdem frontem (uti multis, qui cum ipso agebant, facere consueverat) cruce signavit, dixitque: Pater, memineris confiteri tale peccatum; reduxitque eundem in memoriam defectum, quem commiserat quadriennio antequam Religionem ingressus esset, nec ipse umquam meminerat confiteri. Confitebatur apud B. Bertrandum frater Andreas Cabrerizo, jamque finierat peccata sua recensere, cum Beatus ei inquit: Nostine, quæ res sit Confessio? Die mihi, cur non accusas te de perverso consilio, quod dedisti fratri tuo; dissuadendo ingressum in Religionem, suadendoque, ut notarius fieret in adiutorium senis patris tui?

ac variis indi-
cat:

145 Quamquam autem id vere factum esset, fuerat tamen tam secretum, ut a nemine audiri potuerit; neque ipsemet frater illius de eo umquam fuerat locutus, imo B. Bertrandum hactenus non viderat: ut adeo neutiquam sciri potuerit, nisi per revelationem divinam. Quam
Octobris Tomus V.

ob rem frater iste Andreas vehementer admiratus fuit; quamquam B. Bertrandus etiam aliis vicibus in conventu S. Onuphrii secretissima occultissimaque eidem revelasset, sicut in præcedenti capitulo dictum est. Tam erat ipsi ordinarium occulta cognoscere, ut multi viderentur cum illo loqui, ne eorum peccata penetraret; fassusque est pater frater Franciscus Clemens, se aliquoties illius colloquium vitasse dum non erat ante confessus. Et Violanta Juncar aliquando ei inquit: Pater, nollem ego apud paternitatem vestram confiteri: quia, priusquam incipio confiteri, et errores meos exponere, vestra paternitas jam novit eos. Responditque ille: Tace, filia. Equis hæc dicat mihi? Bonus quoque pater, frater Nicolaus Fattore *b*, numquam ad illum visendum accessit, nisi ante confessus, prout ipsemet in quadam epistola ad eundem S. Bertrandum data scripsit.

146 Anno MDLXXIV B. Bertrandus Quadragesimales conciones habuit in vico Brigiana *c*, unius diei itinere dissito Valentia, solitis sanctæ vitæ suæ exemplis præluceat, hospitatusque in domo Jurati majoris *d*, Andreae Androuer, cui æque, ac omnibus aliis, admirationi fuit illius severa abstinencia, et parcus victus; quodque numquam vellet consentire, ut sibi aliquid peculiaris obsonii pararetur. Si quando autem appositum fuisset, ne delibabat quidem, sed poscebat, sibi solas herbas ac legumina dari; nec alio cibo victitavit per totam Quadragesimam; tamque parco alimento prorsus erat contentus. Solitudinem quoque ibidem severe coluit, numquam egressus domo, nisi mane ad ecclesiam, dicturus Missam, et concionaturus; nec aliis egit cum personis, quam cum domesticis, neque cum hisce etiam, nisi tempore refectionis, ac breviter, moxque in cubiculum solum se recipiebat, neque reliquo totius diei tempore præterea a quoquam videbatur. Hac tam singulari norma vivendi, tam mirabiles in animis fructus seminabat, ut secundum relationem Juratorum Brigianæ (quemadmodum in Processu legitur *e*) explicari nequeant. In hoc vico Beatus grande patravit miraculum in homine, qui ex oliva lapsus sine prævia confessione moriebat, sicut in libro secundo, *f* cap. 10 *f* dicitur.

Brigiano ver-
bo et exemplo
prædicat,

d

e

f

g

h

i

k

l

m

n

o

p

q

r

s

t

u

v

w

x

y

z

147 Eodem anno MDLXXIV in Octava Ascensionis Domini in conventu Valentino obiit pater frater Bartholomæus Pavia, oriundus ex vico de Cervera magistratus de Montesa *g*, atque aliquot ante mortem diebus tam graves stomachi ventrisque cruciatus passus fuit, ut commiserationem moveret omnibus, qui ejusdem acerbos planctus audiebant, inter quæ alta voce clamabat: Domine Jesu, suscipe spiritum meum. Hinc plorabant Religiosi, quod in tantis doloribus cernerent unum e benignioribus ac mansuetioribus hominibus, quos cognoverant umquam; inde vero mirabantur, quod idem ille in aliis morbis, in quibus adhibenda fuerant ferrum et ignis, non magis se commovisset, quam si fuisset agnus, neque illum protulisset verbum, præterquam quod unica vice nomen Jesu invocaverit. Accedens ad eum B. Bertrandus Evangelium legit, ac deinde in cellam suam reversus pro infirmo precaturus, vidit in spiritu illum, Deo permittente, a duobus dæmonibus cruciari, corpus ejus ad majus ejusdem meritum gloriamque fe-
rientibus;

Mors fratris
Bartholomæi
Pavia.

g

A. AVIGNONO.

Dæmonis fraudes Sanctus detegit.

rientibus; eamque causam esse, ob quam ita clamaret, et acerbissimos dolores sentiret.

149 Quædam mulier inter confitendum dixit ei, solere sibi apparere juvenem extraordinariæ pulchritudinis ac luce circumdatum, eundemque a se subinde conspici per plateas et fora admodum splendens in essedo, sibi que præclara narrasse de futura vita, et mira secreta revelasse. Cui Beatus respondit, ut caveret sibi; non enim angelum, sed dæmonem esse. At illa nihilominus perseverabat asserere, angelum esse; atque ab eo recessit. Altera vice iste eidem mulieri apprensus, ait: Probe scio, fratrem Ludovicum Bertrandum tibi multum adversari, sed ejus dicta nil cura, sed mea consilia, qui tibi vera dico, sequere; utque vera esse experiaris, vides istum juvenem, sanum et vegetum per plateam incidentem, sequere illum oculis tuis, et videbis illico mortuum corruentem. Ita factum est, ipsaque in suo errore magis, quam ante, confirmata ad B. Bertrandum rediit, et, quod contigerat, narravit. Verum hic nihilominus illam instanter

B

monuit, ut sibi caveret: ea enim diabolica opera contigisse: et quamvis mulier Servo Dei tunc non adhibuerit fidem, postea tamen suum agnovit errorem. Simile quid relatum superius est capitulo VIII h.

Sparsum de Mauris rumorem inanem esse, docet.

148 Spargebatur Valentiniæ ingens rumor, magnam Maurorum multitudinem in ejusdem civitatis perniciem adventare. Quam ob rem ut adversus eos prospiceretur, magna armorum ceterarumque rerum necessariorum copia congesta fuit, multique deliberarunt de conjugibus liberisque suis e civitate et toto regno alio avehendis. Inter hosce Michaël Joannes Beneyto, nobilis eques, uxorem suam Franciscam Ferreri monuit, ut pararet se ad proficiscendum Manzaneram in regno Aragoniæ, ubi dictus eques habebat fratrem, in cuius domum poterat illa se recipere. Quo audito, domina valde afflicta B. Bertrandum confessarium suum consolationis gratia adivit; et, postquam narraverat, quod factum fuerat, eandem ille solatus est, dicens, ne turbaretur, nec a domo sua recederet; Mauros enim minime venturos Valentiam.

IX Constitutus Prior Valentiniæ, S. Vincentii opem implorat.

150 Postquam pater magister, frater Onuphrius Clemens suum conventus Prædicatorum Valentiniæ Prioratum solverat, electus illi successor est beatus frater Ludovicus Bertrandus cum ingenti studio et lætitiâ omnium istorum bonorum Religiosorum, qui illius sanctitatem suspicientes, eundem sibi prælatum expetebant. Solus ipse tristabatur, utque ægre ferebat sic honorari, ita nihil prætermisit, ne id oneris susciperet; sed omnia frustra tentavit, compellente obedientiâ. Quapropter ægro animo se sentiens, solatii expetendi gratia ad addictum sibi S. Vincentium Ferrerium recurrit, et ejusdem Sancti cellam, quæ in inferiori conventus dormitorio sita est, ingressus, procubuit in genua, lacrymisque perfusus coram illius imagine sic precatus est: Pater sancte Vincenti, me hujus conventus Priorem immeritum constituerunt, et ego me tanto officio imparem sentio. Proinde prioratum in te transfero, precor que, gloriose Sancte, ut tu velis hujus sanctæ ædis Priorem agere, ego ero supprior, regamque secundum mandata, quæ mihi injunxeris. Deinde dum inclinaret se, ut sacræ iconis pedes oscularetur, inclinavit se icon, beatumque Bertrandum complexa levavit e terra.

151 Factum hoc ferebatur per conventum, sciri tamen nequivit, quis vidisset aut publicasset. Verumtamen frater Conversus Antonius Bagliester et frater Ludovicus Primo, qui ei serviebat, decreverunt ex ipsomet, data opportunitate, id exquirere. Dum igitur ille postremo morbo suo laboraret, accesserunt ambo ad lectum ejus, cum eo que pia colloquia miscentes, sermonem de magna sanctitate patris Vincentii Ferrerii injecerunt; qua occasione eorum alter ipsi ait: Pater, verumne est, in hoc conventu fratrem esse, quem volentem pedes imaginis S. Vincentii osculari, illa ipsamet amplexa fuit? Respondit B. Bertrandus: Verum est. Paulo post dixit alter: dicitur præterea Paternitas vestra esse: ipse vero inclinato nonnihil capite, humilibus verbis sese asinæ Balaami comparavit, pietatem et benignitatem sibi a S. Vincentio exhibitam, pro nullo merito suo redditam, dicens, sed eo fere modo, quo Deus locutus fuit per Balaami asinam i absque ullo merito hujus animalis.

ejus sacra icon illum amplectitur.

152 Prioratum suum Servus Dei iniiit die XV Maii anni MDLXXV absolutique anno MDLXXVIII et in ejusdem muneris exordio hanc inscriptionem verbis S. Pauli litteris majusculis in cella sua posuit: « Si hominibus placerem, servus Dei non essem h: » id est, Si ego curarem satisfacere hominibus, dum hæc voluntas non est conformis divinæ, Jesu Christi servus non essem. Paucis diebus post ceptum prioratum ipsi tres Veronice l'oranti simul apparuerunt, quam visionem patri Justiniano referens, adjecit, hisce significari molestias, quas eo triennio passurus erat; uti factum est. In humilitate sua semper persistit: nunquam voluit a subditis suis Paternitatis titulo appellari, quod hunc nimis honorabilem reputaret. Neque altissimæ contemplationis unquam obstitit, quin ille omnes accuratissimi prælati partes expleret, imo etiam abundantius, quam ceteri. Mandabat aliis, et ipse difficillima quæque primus exsequebatur.

Soli Deo placere studet: Inutilitate.

153 Nec, quia prioratu fungebatur, solitam abstinentiam, et penitentiam opera corporis flagellationes prætermisit: eodem enim modo, quo antea, visebatur cella ejus conspersa sanguine, ac sæpius auditus fuit tam aspere se flagellis cadere, ut ejus scapulis mederi oportuerit. Ac peculiariter postremo prioratus sui anno vidit illum pater frater Joannes Baga semel una hora ante mediam noctem in S. Vincentii cellam intrantem, in eaque diu duriterque se flagellantem; observavitque, eundem, dum egrederetur, nonnihil substitisse in porta, ut inquireret, an quis esset in dormitorio, a quo posset deprehendi: nam dictum Religiosum nequivit videre, quia is absconditus latebat prope januam cellæ, ex quo loco etiam vidit ipsum redeuntem ad cellam suam, ingressumque audivit vehementer suspirantem. Chorum diurnis nocturnisque temporibus frequentabat, nec inde umquam abfuit, nisi morbo impeditus. Sæpe post finitum Officium Matutinum remanebat in choro innixus genibus, donec signum daretur ad Primam: dumque eum sic urgeret infirmitas, ut ex debilitate nequiret inter chori functiones suis pedibus consistere, volebat saltem sedens divinis interesse Officiis.

corporis castigatione ac Regulari obedientia præstant omnibus: F

154 Primis prioratus sui mensibus cœpit e cruribus laborare; at nihilominus voluit semper in

laborat erri-
bus: sui com-
modi negligens
aliorum stu-
diosus.

in communi triclinio vesci; nec nisi invitus se in valetudinarium contulit, quod sciret, ejus loci curatores nimis benignos esse, eosque de sua in vescendo paritate conquesturos; neque sibi integrum fore, portionem suam, ut consueverat, cum pauperibus partiri, sed compellendum se ad vires suas cibis restaurandas. Coactus tamen fuit eo se conferre; unde post reflectionem suam accedebat ad commune triclinium, ut videret, an Religiosi sui bene nutrirerent. Multum invigilabat, ut litterarum studia diligentissime promoverentur, curabatque, ut subditi sui alii confessionibus excipiendis, alii aliis exercitationibus sacris, continuo vacarent. Volebat, omnes solitudini addictos, eratique severus exactor, ne quis sine urgenti necessitate egrederetur e conventu; ac proinde dum quis eam facultatem peteret, recusabat frequenter. Simul ac audierat, in conventu suo quoddam esse lolium, sine mora conabatur radicibus evellere, ne pullularet.

benignus in
omnes, maxi-
me in probos.

155 Plurimi faciebat in subditis suis puritatem conscientiae, ideoque admodum parcus erat in casibus reservandis, sed liberalissimus in concedenda facultate confessarios eligendi; dicere solitus, malle se hac in parte esse liberalem, quam cuiquam occasionem dare non integre confitendi. In Religiosos virtuti addictos erat benignissimus, eosque animabat semper, ut magis magisque proficerent. Consuetam adhibebat curam, ne quid fratribus deesset, non solum in victu, quem ipsis omnino bonum religiose praebere voluit, verum etiam in vestitu, aliisque ejusmodi rebus. Nam, uti summa diligentia utebatur ad promovendum servitium divinum, ita pariter studebat domui opportuna omnia providere, et quidem abundanter, licet tres Prioratus sui anni fuerint steriles, et conventus exhaustus esset, et ante contractis debitis oneratus. Solebat in hanc rem dicere, si Religiosi laboribus suis procurant eleemosynas, aequum esse, eas in eorumdem usum expendi.

atque omnibus
omnia factus.

156 Erat porro par ejus in omnes benignitas; omnes in eo agnoscebant conversationem fratris, amorem patris, consilium prudentis, perfectionem Sancti, ac denique virtutum omnium collectionem. Erat plenus charitate ac misericordia in proximum, ita ut, si quem deprehenderet negligentem, corripere amanter; sed nec praetermitteret, si ita res exigeret, eum castigare, cum zelo tamen paterno. Quam ob rem plus proficiebat monitis suis, quam alii castigationibus. In capitulis, quae celebrare solebat omnibus festivis diebus, sancta Religiosis suis dabat monita, omnes ad virtutem et timorem Domini exhortans, monensque, ut caverent sibi ab ira Dei, poenisque, quas ille improbis paravit. Commendabat abstinentiam, utque e cibis sibi apposis portionem aliquam subtraherent, pauperibus Christi erogandam. Suadebat paupertatem spiritus, ut terrenis rebus expediti semper essent conjuncti cum Deo.

via monita dat
ad virtutes for-
titer incitat,
eorumque fa-
nam tuetur.

157 Urgebat eos, ut agerent poenitentiam de peccatis suis, omnemque delinquendi occasionem vitarent. Sed praeter ceteris diutius perorabat, ut obedientiam et subjectionem praelatis debitam persuaderet. Aiebat paupertatem, quam Deus maxime aestimabat, eam esse, quando homo propriam relinquit voluntatem. Exponebat hujus aliarumque virtutum perfectionem tanto cum spiritu, iisque argumentis, ut convicti omnes paratque manerent ad officium

suum omni ex parte libenter explendum. Egere ferebat Religiosorum suorum honori famaeque detrahi, eosque defendebat. Cum semel quosdam fratres parum contristasset, iique vellent Servum Dei ex generali regula exceptum, noluit ipse eo privilegio gaudere, et prophetae Eliae verbis respondit: "Neque enim melior sum, quam patres mei m."

A. Avignoso.

158 Infirmos sua solita pietate complectebatur, curabatque, ut iis diligenter prospiceretur. In pauperes quoque erat liberalissimus, ita ut ordinarias hujus conventus eleemosynas, quae non exiguae erant, multum augeter, praecipiens venerando patri, fratri Dominico Anadon, ejusdem aedis ultra quadraginta annos magna cum charitate bonique exempli eleemosynario (cujus sanctitas ac miracula jam multis in Hispania per typos innotuerunt) ut praeter consuetas eleemosynas augeter panem, quo ad succurrendum pauperibus opus habebat. Adde, quod, licet multa ad conventus portam distribueret mendicis, multo tamen plura, et in majori quantitate, secreto largiretur personis honoratis, quas premebat necessitas. Si vero cuiquam videretur in largiendo modum excedere, solitus erat patris fratris Michaelis de S. Dominico (de quo supra facta fuit mentio) dictum referre; tempore famis anni mclvii multum crevisse ejusdem conventus eleemosynas. Admirantibus nonnullis, quo pacto possent Fratres tam copiosas eleemosynas largiri, aiebat: Si multum per domus januam efferatur, multo plus infertur per portam ecclesiae. Hac fiducia sanctus Prior tot et publice et secreto eleemosynas distribuebat; et quamquam ex mendicis studiosisque supra trecentos quotidie juvaret, numquam tamen ei deerat, quod daret; quia, si multa largiebatur propter Deum, Deus multo plura dabat ipsi, tam spiritualia, quam temporalia.

m
infirmos sedu-
locurat, pau-
peribus libera-
liter succurrit

159 Anno mclxxvi mense Maio celebrata sunt in conventu Valentino comitia provincialia, et propter magnas, ut in similibus solet, expensas faciendas copiosae eleemosynae B. Bertrando collatae fuerunt, a quibus ille minime expectabat, atque inter hasce ea, quam narravit pater domnus Laurentius Zamora Cartusianus: nempe, dum ipse dicti capituli tempore ingressus esset in cellam B. Bertrandi, comparuisse aliquem, qui eidem, nescio quid, in usum tum temporis opportunum affererat; cui Beatus ait: Non minus, quam centum libras affers: rogantique latori, quis hoc ipsi indicasset, digito in Crucifixum extento, Ecce, respondit, qui id mihi indicavit. Tam copiosis eleemosynis a Deo donatus capitulares omnes tam lauto excepit hospitio, ut post absolutum capitulum singuli certarent abundantiam rerum benignum hospitium, et Prioris charitatem, quam possent maxime, laudare; at ille nihilominus pro sua solita humilitate, inclinato corpore, petebat ab omnibus veniam, quod eos non pro meritis tractasset.

Patres capitulares, Deo donante, laute tractat.

160 Quodam die B. Bertrandus cuidam Religioso commisit negotium aliquod cum certa persona perficiendum; quem hic intractabilem fore reputans, regressus sancto Priori dixit, se cum ista persona egisse, sed negotium non potuisse perficere. Ad quem Beatus appropinquans, frontem ejus Cruce signavit, et subridens dixit: Scio quidem, re non ex malitia praetermississe istud facere; sed pro nulla re-
creata

occulum mendacium arguit.

creata tibi licebat mentiri. Testatus autem idem Religiosus est, ipsum nulla prorsus humana ratione scire potuisse, verumne an falsum dixisset.

ANNOTATA.

a Calatayud *rectius legendum, monui in Annotatis ad Vitæ primæ caput 6, lit. p, in quo capite idem istius Fratris Michaëlis Ferreri ad S. Ludovicum accessus narratur.*

b *Est hic B. Nicolaus Factor Ordinis S. Francisci Minorum de Observantia, die 23 Decembris anni 1583 defunctus, de cujus cum S. Ludovico sancta amicitia mentio infra recurret, et cujus epistolam recitat Avignonus lib. 2, cap. xi.*

c *Adi Annotata ad Vitæ primæ cap. 6, lit. r.*

d *Magistratus officium est in Hispania.*

e *Laudat hic in margine Avignonus Processum parte 2, fol. 2350.*

f *Secundum partitionem ejusdem libri cap. 5.*

g *Alias Montesa, de qua jam alibi.*

h *In mea partitione cap. 4, num. 64.*

i *Vide Numerorum cap. 22.*

k *Sic etiam legitur in Bulla Canonizationis; sed apud Antistium pro Dei ponitur Christi corformius ad textum S. Pauli ad Galatas cap. 1, §. 10: Si adhuc hominibus placerem, Christi servus non essem.*

l *Cum tribus sacris vultibus, Christi Domini scilicet, addit Antistius supra in Vita S. Bertrandi num. iii.*

m *Lib. 3 Regum, cap. 19, §. 4.*

CAPUT X.

Cetera ab eo gesta tempore Prioratus sui in conventu Valentino.

CAP. XXIII.
Animam e
purgatorio li-
berat:

Multa insuper alia notatu digna B. Bertrando contigerunt tempore predicti prioratus sui. Quadam nocte post Officium Matutinum in choro precibus intento apparuit anima alicujus Religiosi, cujus a pueritia spiritalis pater Beatus fuerat, isque ipse erat, a quo idem, nondum Prior, pro ignorante habitu responderat, Luciferum scivisse multa, et tamen damnatum esse. Apparuit anima ista circumdata flammis, aitque: Condone mihi, Pater, quod dixi tibi tali die; non enim vult Deus, ut ascendam in cælum, donec tu hanc mihi culpam dimittas, et unam Missam celebres pro me. Respondit Beatus, se libenter condonare, et illucescente die Missam celebravit, ac subsequente nocte vidit eandem circumdatam gloria: a qua cum petisset Beatus: Pater, nostine, quo ego loco apud Deum sim, responsum tulit: Stude Deo servire, nam divine Majestati plurimum cordi es.

justos ac per-
cutores inter-
mimo modo di-
scernit:

162 Quadam occurrente occasione, ait Servus Dei patri magistro Francisco Alemani: Nescio, quid sibi velit, quod quarumdam personarum conspectu tantopere exsultem, ut vellem eas amplexari; aliarum vero notabiliter con-

trister. Hujus rei causam didicit laudatus magister experientia; quia, pulsante fores cellæ Beati quodam perversæ vitæ homine, ipse mox turbatus fuit, eoque subito dimisso, retrocessit, nulla apparente ratione, cur sic ageret. Proinde ipse pro certo habuit, Servo Dei notum fuisse, quod alter iste occultabat in animo. Huic congruit aliud, quod quidam prælatus Valentinus patriarchæ narravit; ecclesiasticum quemdam, dum B. Bertrandum inviseret, ab eo aspere fuisse dimissum; eaque re perpensa, causam peccato suo attribuisse; cumque illud contritione eluisset, seque emendasset, ad Sanctum rediisse; itaque leto vultu ab eo susceptum, bonoque temporis spatio cum eodem familiariter collocutum fuisse. Hinc etiam confirmatur et aliud cujusdam doctoris, quem a quodam jubileo, in quo sacra Confessionis et Eucharistiæ Sacramenta perceperat, reducem, in ipso cellæ ingressu Beatus paululum tacitus miratus est, deinde vero ei dixit: Cave, ne muteris, nunc enim te recte habes.

163 A prorege Valentia secreto rogatus doctor Rodericus Salzedo a, an vellet in servitio regis fungi officio assessoris sub gubernatore Oriolæ b, post habitum cum unica persona secretum consilium annuit. Deinde vero cogitans, quod hac super re non consulisset B. Bertrandum, hunc adit, precaturus, ut oraret Deum, an ipsi placeret, ut id muneri admitteret. At Pater subridens ait: Jamne tempus est? Quo dicto doctor stupefactus hæsit, certus, non potuisse ipsi humanitus innotescere, quod decreverat. Die S. Catharinæ virginis martyri sacra c, quodam pio viro Vitam ejusdem Sanctæ coram B. Bertrando in cella legente, ille oculos suos subito levavit in cælum, altaque voce exclamavit: Ah! ah! Hinc perterrefactus, qui legebatur, quid causæ esset, rogavit. Respondit ille lacrymabundus: Bene erit: bene erit: alteroque predicto instante, ut, quid esset, exponeret, dixit: Vidi magnam lucem in cælo, ex eoque mirabili ac jucundo splendore processit vox, mihi dicens: Quamvis ego nunc vivam in tenebris, futurum aliquando, ut fruam luce et splendore.

164 Sequenti tempore Adventus Domini vesperi pater Gaspar Valpedrosa, Societatis Jesu, gravibus imbribus compulsus in Valentino Prædicatorum conventu pernoctare, correptus quodam malo, quod nullum ei permittebat somnum, tanto dolore capitis afflictus fuit, ut id sibi dissilire putaret, et videndi facultate destitueretur. Quam ob rem petiit a socio suo, ut ad B. Bertrandi cellam portaretur: quam ingredientem rogavit beatus frater Ludovicus, quomodo se haberet, eodemque temporis puncto ille omni se malo liberum expertus fuit. Quod pater Jesuita pro magno miraculo habuit. Sabbato sequenti post Epiphaniam anni MDLXXVIII Angela Cimarra, uxor Josephi del Campo mercatoris, adit B. Bertrandum, orans, ut neptem suam Beatricem, graviter ægotantem, inviseret, quam etsi Beatus numquam vidisset, ait, vestram neptem? caput versans, acsi diceret: Parum ipsi proderit meus ad ipsam accessus. Idque tam manifeste insinuavit, ut mulier suæ sociæ dixerit: Mea neptis obiit. Precata nihilominus Patrem est, ut eam visere dignaretur: et postquam se multis excusasset, ejusdem precibus denique motus invisens vesperi infirmam, consolatus est matrem ejus, asserens,

oculum ren-
sillum detegit:
divinitus re-
creatur:

a

b

zgrum primo
affatus sanat:
alterius mor-
tem predicti:

ita

A ita esse voluntatem, divinam, idque etiam repetiit post lectum cum patre Euangelium, quasi jam fuisset mortua. Hinc illi admodum admirati et contristati fuere, quia morbus nondum eo pertigerat, et quamvis illa phthisi laboraret, credebatur etiam aliquot mensibus posse supervivere. Sed nocte subsequuta tantum aggravata fuit, ut at alteram vitam transierit; tuncque recordata est mulier, quando precabatur Beatum, ut, si eo die non posset, postero inviseret infirmam, eundem respondisse, si eo ipso die non posset, non adfuturum se in tempore.

165 Cum Francisca Ferreri, Michaëlis Beneyto, nobilis equitis, uxor, gravida esset et partui appropinquaret, aliquoties lapsa fuit, unde timebatur, ne infeliciter parturiret. Ingressibus deinde partus angustiis, eo usque redacta fuit, ut timor iste cresceret. In hisce tormentis illa versante, ecce, advenit B. Bertrandus, qui eam pro magnitudine periculi consolatus, iussit Deo confidere, fore ut feliciter pareret, postulatisque ad scribendum necessariis, scripsit Antiphonam; "Nesciens Mater Virgo virum" etc. *d*, mandavitque, ut hanc scedam sic inscriptam cum cereo accenso in manu teneret. Quo facto, eodem temporis puncto, enixa est prolem, sed ex prædictis lapsibus tam male affectam, ut obstetrices medicique consentirent, fieri non posse humanitatis, ut recte posset vivere. Illico baptizata igitur fuit, et intra biduum evolavit ad cælum.

166 Mense Februario in conventu Valentino velut subitanea morte obiit frater Petrus Glioret Conversus, et licet hic pridie sacra Communione fuisset refectus, dolebant Religiosi tali morte, maxime pater Prior. Post mensem hic magna cum letitia aliquot Religiosis ait, se quidem per plures dies ex fratris Petri obitu afflictum fuisse, tunc vero a Deo accepisse solamen; alteri autem apertius dixit, Deum ejusdem fratris gloriam ostendisse cuidam fratri conventus; qui ipsemet B. Bertrandus fuit, quippe qui in ejusmodi casibus eo loquendi modo solebat uti. Ultimo prioratus ipsius anno Auditori Salzedo ex ejusdem cella

C egredienti quidam senex sæcularis ait: Domine, esto amicus huic Fratri, qui sanctus est; rogatusque, unde id sciret, reposuit, se semel post mediam noctem orationi mentali intentum, ferventer orasse pro ipso; cumque deinde eum inviseret, audisse ab illo: Frater, magnas tibi gratias ago: Petentique sibi: Quam ob rem, Pater? ab eodem responsum esse: Quia tali hora orasti pro me, dumque orabas, brachia tenebas in modum Crucis extensa; idque etiam hodie fecisti in choro. Quæ quidem soli Deo nota esse poterant, cum vir iste *e* fecisset, suo inclusus oratorio.

167 Festa S. Petri Martyris *f* luce anno MDLXXVIII Beatus post Officium Matutinum ad suam cellam rediens, supra naturalem vocem audivit, dicentem sibi: "Deo magis placet afflictio cordis, contritio et tribulatio, quam dulcedo, solatium et consolatio." Rogatus postmodum a quodam amico suo, cui id secreto crederat, an ex ea voce contristatus fuisset, abnuvit; sed contra sensitisse solatium in nonnullis molestiis et melancholia, quibus id temporis gravabatur. Frater Bartholomæus de Penaranda Cartusianus, dum adhuc sæcularis esset, tonsoris munere triennio

functus fuit in conventu Valentino, eoque tempore suam operam tondendo capillos B. Bertrando sæpe præstitit, et insignem illius patientiam observavit, quando seu vitio obtuse novaculæ, seu præ lassitudine manus ei aliquot leves incisuras faciebat: numquam enim vidit eum id ægre ferentem; sed semper sese, velut omnium novitiorum minimum gessisse affirmavit.

168 Cum idem Bartholomæus illius cellam aliquando intrasset, rogavit eum Beatus, an vellet Religiosus fieri. Respondit ille, id se minime in animo habere; tum Beatus subridens, dixit: Cave: scio enim, te Religiosum futurum. Et quamvis ille tunc nullo modo propositum haberet ejusmodi statum amplectendi, eodem tamen tempore Deus in ejusdem animo tantum desiderium excitavit, ut numquam quieverit, donec Cartusianorum habitu se indutum vidit. Perducto ad finem triennio prioratus, exultavit Servus Dei, qui dudum desideraverat curis absolvi, ut chara sibi cellæ suæ quiete posset gaudere. Sæpe etiam fratribus erat solitus dicere, ut pro se Deum orarent, ne moreretur, dum erat Prior, sed dum animarum cura vacaret. Reliquit hanc ædem (uti fecerat alibi) bonis auctam spiritalibus ac temporalibus, et Religiosos omnibus, quibus opus erat, bene instructos.

169 Ex quo Servus Dei finierat prioratum suum, gessit se velut minimum fratrum, nullis conventus negotiis se immiscens, nisi instruendis novitiis ad quod a Deo factus videbatur. Erat continue in cella sua, vixque etiam a sumpto prandio cum aliis colloquebatur: sed fidelium pietas adamatam solitudinem ejus subinde turbabat, ad confessionalem sedem sæpe evocando: nec erat, ut ita dicam, in civitate infirmus, qui cum solatii causa non expeteret; quibus ille proinde prælegebat Evangelia. Alias vocabatur consilii petendi gratia in rebus arduis; alias ejusdem sancta conversatione fruendi ergo: erat enim commune refugium et solatium afflictorum.

170 Anno MDLXXIX in solemnitate Resurrectionis Domini, post absolutam solitam in hoc conventu processionem, illucescente auro, dum ad suam se cellam reciperet, paulo post dixit socio suo: O frater, si hic adfuisset, spectasses aliquid, quod me maxima lætitia affect; isthinc enim (indigitabat sedem fratrum de Jesu, Ordinis S. Francisci) advolabant aliquot pulcherrimæ aves, in quarum magno numero quædam insuper erant alterius generis, quam quas passim videmus. O si vidisses, quid supra istam domum contigerit! Non dubium est, quin B. Bertrando quædam angelorum, aliarumve cælestium rerum visio tunc fuerit oblata.

171 Eodem anno, biduo triduo ante festum S. Francisci adivit B. Bertrandus domum Auditoris Salzedo pro nonnullis captivis deprecaturus, injectaque mentione de mirabili sanctitate S. Francisci, Ego, inquit, certo scio, quemdam fratrem Prædicatorum elapso festo S. Michaëlis, egressum ex Matutino, dum Hymnus Te Deum cœptus erat, sancto patri Dominico sanctoque Seraphico Francisco in claustris occurrisse, et ad S. Francisci pedes provolutum ejusdem dexteri pedis plagam osculatum esse; Franciscum vero interea ambabus manibus suis caput ejus sustinuisse ac palpasset; ac faciem

A. AVIGONO.

Religiosum statum suscipiendum prædicit: Prioratum suum absolvi.

xxiv. Privatam vitam ducens proximi salutem inservit

cælesti visione recreatur

et alias SS. Francisci ac Dominici

A. AVIGNONO. faciem quoque suaviter perficuisse, eumque de æterna salute sua bene sperare jussisse; postque hæc eundem Fratrem etiam ad pedes S. Dominici, eos osculandi gratia sese inclinasse, huncque Sanctum manum suam porrexisse, cui ille mox os suum devote admovit. Auditor ex modo ac vi loquendi suspicatus, illum ipsum esse, cui ista obtigerit visio, Cur, quæso, inquit, pater iste tantis a Deo favoribus affectus, tamen semper mœstus est? Imo propterea, respondit Beatus, etiam magis quam ante est mœstus; et quamquam hujus dicti sui nullam tunc reddidit rationem, intellectum tamen postea est, eam causam fuisse, ut sui corporis molestiis majora sibi merita compararet ad summum illud bonum, quod sperabat, consequendum.

amico accessu, alias Christi crucifixi, divinxque Majestatis conspectu.

172 Domo egrediens Bertrandus vidit S. Francisci imaginem, fixisque in eam oculis paulisper hærens, submissa voce dixit: Vere hæc illi similis est: quæ verba Auditor Salzedo intellexit. Unde concludendum est, ipsum omnino esse, cui prædicti Sancti apparuerunt. Cum hæc Auditor Salzedo postridie patriarchæ, archiepiscopo Valentino, narrasset, petiit ille a B. Bertrando, ut, quid de ista visione esset, sibi diceret, isque respondit: Domine, ego tam clare vidi, quam nunc videam dominationem vestram. Laudatus Auditor Salzedo B. Bertrandum aliquando invisens, admodum hilarem invenit, causamque roganti Beatus reposuit: Quia Deus hodie mihi singularem gratiam concessit: nam paululum ante auroram, cum fenestram cellæ meæ apertam haberem, apparuit mihi Redemptor noster in cruce, eo modo, quo pependit in monte Calvariæ: quod me maximo solatio affectit. Rogatus a patre magistro fratre Petro de Salamanca Servus Dei, ut aliquid peculiare a Deo sibi revelatum narraret, retulit; dum festo Resurrectionis Domini nostri noctu ante reliquos fratres surrexisset e lecto, bono temporis spatio solus fuisset in choro, se ibidem subito inhorruisse, vidisseque Dominum nostrum in tanta majestate, ut cum eo comparatus mundus universus, nihil ac veluti exigua bulla, quæ ex aqua conficitur, appareret, conformiter ad id, quod de Benedicto scripsit Gregorius g.

Peccata sibi remissa intelligit; absentia futura

C 173 Pater dominus Michaël de Vera Cartusianus, retulit, B. Bertrandum quodam die inter colloquendum cum persona, quæ in divino servitio plurimum profecerat, magna cum simplicitate imperato secreto, dixisse, se vocem audisse dicentem: Frater Ludovice, remissa sunt tibi peccata tua; ac mox corporeis oculis suis spectasse columbam, rostrum suum illius ori inserentem. Secretum prædicta persona tenuit, donec ille vixit. Ejusdem anni mense Novembri Dorothea Garzia, Christophori Perez de Almazan conjux, graviter afflicta erat, quod nihil novi audiret de viro suo, comorante in Sicilia. Solatii expetendi ergo accessit B. Bertrandum, precatura, ut pro salute conjugis sui Deum oraret; sed nondum hæc labia moverat, cum ille ait: Domina, ora pro marito tuo, qui opus habet. Quo dicto contristata mulier dixit: Ita, Pater? an fortasse obiit? Non, reposuit Beatus, redibit Valentiam, et revises vivum et sanum. Inde post mensem eadem domina a marito suo litteras accepit, quibus eam certiorum faciebat, quomodo ipse Panormo Neapolim navigans incurrisset

periculum in servitum Maurorum incidendi, D atque in super cum tam vehementi tempestate collictatum fuisse, ut a multis crederetur mortuus. Observato autem tempore, quo hæc littera signata erant, compertum est, ea eodem accidisse, quo Pater ista dixerat. Porro prædictus civis reversus Valentiam est, ac post aliud tempus, mortua conjuge sua h, in Societatem se recepit.

174 Quidam homo, solitus B. Bertrandum sæpe invisere, morem Sacramenta Pœnitentiæ et Eucharistiæ frequentandi prætermisit propter simultates, quæ ipsum inter et aliquot alios intercesserant. Et ut sæpe rogatus a quodam doctore, ut pristinam bonam consuetudinem resumeret, noluit, donec, movente Deo cor ejus, cum eodem doctore invisit Beatum, a quo multis ac peculiaribus amicitia indicibus exceptus, causam tamen, cur veniret, siluit. Superveniente deinde visendi gratia Religioso Ordinis S. Hieronymi, B. Bertrandus ambos dimisit, dictusque vir jam egressus cella regalem doctori dedit, ut traderet Beato pro Missa in gratiarum actionem postridie celebranda. Rediit ergo doctor, Beatumque cum patre Hieronymiano discurrentem conspicatus, regalem ei tradit, nec per tempus ei licuit, aut fortasse oblitus fuit dicere, cujus iste regalis esset, et pro quo Missa dicenda. Quare circa eundem locum substituit, donec id posset Beato indicare; cum ecce egressus hic cum Hieronymiano est; doctorque ad eundem accedens, ait: Pater, oblitus sui indicare, pro quo et quam ob rem Missa debeat celebrari. Verum illi, Jam scio, inquit, dicenda est de B. Maria de gratiis, et pro isto tuo socio.

175 Eodem anno, mane diei S. Stephani venit doctor Cosmas Clemens ad B. Bertrandum, cui erat multum devotus, precaturus, ut oraret pro conjuge sua, domina Hieronyma Centeglias, quæ septimo mense prægnans cœperat doloribus angustiari, nec sine manifesto periculo, ex judicio medici. Comperiens autem, B. Bertrandum suam Missam jamjam inchoare, vehementer doluit, quod cuperet; ut ad suam intentionem diceretur. Sed solatus illum sacrista est, asserens, sui muneris esse eam Missam applicare, seque ei addicere, quam tunc celebrabat Bertrandus. Ivit ergo eam auditurus, et cum multis lacrymis pro vita uxoris suæ Deum precatus est. Dum vero elevabatur Hostia, doctor ingentem consolationem sensit, ut firmiter crederet, uxorem suam incolumem fore. Finita Missa, doctor afflictionem suam B. Bertrando narravit; qui jussit illum Deo gratias agere, Sponditque, se pro illa oraturum. Domum reversus comperit, conjugem suam eo ipso tempore, quo sacra Hostia elevata fuit, filium mortuum peperisse; et (uti obstetrix testabatur) non sine miraculo, cum impossibile appareret, ut illa umquam pareret. Versabatur tamen adhuc in magno discrimine puerpera ex antecedente febris: qua de causa maritus ad B. Bertrandum denuo recurrit, qui eum de illius vita securum esse jussit; effectu brevi post secuto.

176 Eiusdem anni tempore hiemali B. Bertrando per fenestram cellæ suæ decidentem pluviam spectanti ait Alphonsus Emmanuel Palomeque i, cubicularius ducis Nageræ, proregis Valentia, opportunum tempus esse seminando. Cui ille respondit: Imo parcellissima erit messis

annum sterilem prædicti: concionatur Sotubi per Quadragesimam:

A messis propter multa peccata hujus civitatis. Quod vaticinium iste reputabat eventum minime comprobandum, cum tempestas semper favisset segeti, et copiosa expectaretur vindemia. Sed ex effectu veritas patuit: vix enim frumentum vinumque collectum fuit, deficiente humore mense Aprili, et exundantibus fluviiis mense Septembri, unde vindemia deperit. Anno MDLXXX, Jurati civitatis Sciatiavæ desiderantes, ut Servus Dei Quadragesimales sermones apud se haberet, rogarunt ipsum per procuratorem; et quantumvis Beatus, infirmitates suas allegans, sese excusaret, crederetque futurum, ut ne tres quidem sermones dicere posset, nihilo minus non potuit non annuere tanta cum devotione et constantia petentibus, et asserentibus, si non posset aliter fieri, satis sibi fore, si ipsum vel semel in cathedra sua conspexissent. Eo igitur ivit, et tantas ei Deus contulit vires, ut per totam Quadragesimam prædicaverit, nulla concione omissa.

B 177 Die secunda mensis Novembris prædicti anni dominus Jacobus Ferreri, regni Valentini gubernator, in maximis animi angustiis versabatur, quod, cum a concilio regio suæ fidei commissam accepisset arcam scripta maximi momenti complectentem, multisque inde annis post Nageræ dux, Valentini prærex, expeteret apographum duorum testamentorum, quæ in eadem arca deposita fuerant, hæc nulla ratione reperiri possent. Hinc tantum concepit doloris, ut maluisset se omnibus suis bonis privatum fuisse, tam ratione famæ suæ, quam ex metu aliarum adversitatum, quas inde orituras prospiciebat. In hisce angustiis, cum nullo altero re communicata, B. Ludovicum adiens, sollicitudinem suam aperuit, qui magnam ei spem fecit, fore ut, precando Deum, ista reperiret, et se quoque ferventer precaturum, promisit, adjecitque, ut quotidie novies recitaret hymnum

MAGNIFICAT in memoriis novem mensium, quibus Christus Dominus noster in utero sanctissimæ matris suæ, Mariæ Virginis, inclusus fuit. Die postero, dum id pie perageret, en tibi clericum ambo prædicta testamenta afferentem. Quam ob rem Dominus Jacobus ad agendas Beato gratias ivit, eoque in conventu non reperto, expectavit in claustro; quo Beatus cum patre Xuarez adveniens, priusquam dominus Jacobus verbum protulisset, dixit patri Xuarez: Jam dominus Jacobus invenit scripta, quæ quærebatur.

Duo alia mirabilia, quæ de eo narrantur.

178 Quidam B. Bertrandum negotii causa accidens, invenit illum Missam celebrantem, et ante altare cadaver distentum. Post Missam petiit a Patre, quis iste esset defunctus. Respondit ipse, se pro defuncto celebrasse. Eo autem die nullus in isto conventu fuerat sepultus; sed exhibuerat Deus cadaver illius animæ, pro qua B. Ludovicus Bertrandus Sacris fuerat operatus. Dum cuidam homini sæculari, qui oblongis erat capillis, sanctissimum Sacramentum porrigeret, vidit ipsum facie subito muta, et capillos ejus horendum in modum erectos. Secorsum igitur ductum rogavit, ut diceret, quid sibi accidisset. Respondit sæcularis, ingentem et sacra Hostia effulsisse splendorem, qui animam suam ex tali conspectu sanctissimi Sacramenti mirabiliter simul ac jucunde affecerit, ac proinde sic se esse mutatum.

179 Quadam nocte in spiritu vidit Beatus,

communem fratrum in cœmeterio hujus conventus sepulturam aperiri, in qua multa corpora integra videbantur, et quemdam hominem, qui in eam descenderat, illa admodum irreverenter hac illac versantem; notavitque Beatus, nullum ex iisdem cadaveribus putere; ac mirabatur, istum ausum fuisse tam parum decenter tractare corpora eorum, qui tam perfecti Religiosi fuerant. Suis sensibus redditus, mirandus expendebat, quid hæc visio vellet, atque sub ortum solis petiit a janitore templi, an iis diebus sepultura cœmeterii aperta fuisset. Quo negante, mandavit, ut, si forte eam aperturus esset, se moneeret. Biduo post accidit, ut in ea cadaver humandum esset. Advocatus ergo B. Bertrandus accessit, et incumbens genibus super ostio sepulture, adhibito specillo, introspeciens, attente vidit ibi cadavera, quorum multa erant integra, licet locus admodum esset humidus, ac sæpe etiam aqua plenus. Cumque jam vellent sandapilam ibidem reponere, non potuerunt ob multitudinem cadaverum: quapropter vespillo in sepulturam descendit, et corpora integra Religiosorum ad aliam loci partem transferens, aiebat: Vere ista integra corpora non fœtent, nec ullum spirant ingratum odorem. Tunc B. Bertrandus inquit janitori: Modo agnosce, fili, quod tibi nuper dicebam. Et vere non erat ibi reponenda ulla sandapila, cum non deceat, ea sancta corpora tam irreverenter tranctari; meritoque dolebat Beatus, quia eo in loco erant quedam corpora tam exemplaris vitæ tanque insignium Religiosorum, ut mererentur in peculiaribus honoratisque sepulcris reponi.

180 Cum quidam notarius, nomine Girbau, ægrotaret, ejus uxor ad B. Bertrandum accessit, ut preces ejus pro viri sui incolumitate flagitaret. Servus autem Dei in sacello S. Vincentii eam adhortatus dixit, nullum illius marito (quamquam non vidisset) superesse remedium, sed ex eo morbo omnino moriendum. Quo dicto, mulier confixa dolore fuit, sed Beatus eam variis argumentis consolatus est, ipsaque divinæ voluntati se submisit, et post breve tempus viro suo viduata fuit. Anna Gutierrez, uxor Joannis Cabrerizo notarii, vehementissime afflicta morte filii sui, quem insignem virum evasurum, speraverat, quod litterarum studiis addictissimus esset, jamque philosophiæ magisterio decoratus. Dolor hic plurimum ejus oberat salutem, ac quotiescumque de hac jactura loquebatur, toties velut vulnerabatur cor ejus; denique in lecto quoque suo sic agitur, ut non solum nullam capere posset quietem, verum etiam sibi augeret tormentum. Tandem doloris impatiens ivit ad B. Bertrandum, eoque non reperto, rogavit maritum suum, ut ipse eum consuleret, quid id esset, et si forte defuncti filii animæ pio suffragio indigeret. Dixit illi Servus Dei, a dæmone ista fieri eam turbandi gratia, ac proinde non prætermitteret illa solita pietatis exercitia, ac nominatim Rosarii recitationem: nam hac ratione illam non amplius perturbandam. Sic ipsa faciens, intra paucos dies plane libera evasit.

ANNOTATA.

a Alibi Salzado. Vide Annotata ad Vitæ primæ caput 7, lit. e.

b Adi

A. AVIGNONO.
ac ejus visio de
Fratrum cœ-
meterio

Mistos solatur

F

A. AVIGNONO.

- b *Adi Annotata loco mox dicto lit. d.*
 c *Id est, die 25 Novembris.*
 d *In hodierno Breviario Romano, in Hymno ad Laudes in Nativitate Domini, qui incipit. A solus ortus cardine, de beata Dei Genitrice legitur: Intacta nesciens virum concepit alvo Filium etc.*
 e *Primum scilicet; si secundum fecerit in choro.*
 f *Colitur hic sanctus ex Ordine Prædicatorum Martyr die 29 Aprilis.*
 g *S. Gregorius Magnus lib. 2 Dialogorum. Vide Operis nostri tom. 3 Martii, pag. 587, num. 35.*
 h *Non ante annum 1582, quo illam in vivis superfuisset, testatur Antistius in Vita prima, quam eo anno edidit.*
 i *Videtur hic ab Antistio Palombo appellari.*
 k *Alias Sotabis, de qua alibi.*

B

LIBER II.

VETUS CAPITUM PARTITIO.

- CAPUT I. De profunda illius humilitate.
 II. De charitate et amore erga Deum.
 III. De charitate erga proximum.
 IV. De ferventi oratione illius.
 V. De severa sui corporis castigatione.
 VI. De puritate et castitate ipsius.
 VII. De persecutionibus, quas toleravit.
 VIII. De illius prædicatione.
 IX. De dono prophetiæ et notitiæ spirituum, quo dotatus fuit.
 X. De miraculis, quæ vivens operatus est.
 XI. De testimoniis, quæ aliquot servi Dei de illius inter vivos degentis sanctitate dixerunt.
 XII. De multis infirmitatibus, quas passus fuit.
 XIII. De quibusdam mirabilibus, quæ ante illius obitum contigerunt.
 XIV. De felici ipsius morte.
 XV. Quomodo Deus ejus gloriam mox ab obitu ejusdem declaraverit.
 XVI. De ingenti populi concursu ad manus pedesque defuncti osculandum.
 XVII. De miraculis a Beato, antequam sepeliretur, patris.
 XVIII. De sepultura illius.
 XIX. De testimonio B. Nicolai Factoris de sanctitate et gloria B. Bertrandi post obitum.
 XX. De Bertrandi corporis translatione.

C



D

CAPUT I.

Sancti humilitas, ac in Deum et proximum charitas factis probata.

Quantumvis ex iis, quæ hactenus dicta sunt, facile colligi possint insignes B. Bertrandi virtutes, juverit tamen de iisdem hic sigillatim agere a, ducto principio ab humilitate, quæ reliquarum omnium virtutum fundamentum est. Fuit hæc in ipso tanta, ut multi testium in Processu dicant, fuisse maximam; alii addant, fuisse summam, quam in ullo unquam hominum viderint. Etenim omne illius studium, omnesque cogitationes eo tendebant, ut se reduceret in nihilum, maximumque totius mundi peccatorem diceret, optaretque pro tali haberi. Curabat, ut despiceretur, et humilibus occuparetur operibus. In conversationibus se totius Ordinis Prædicatorum vilissimum abjectissimumque reputabat. Dum novitorum magisterio fungebatur, mandabat iis, ut sibi suos defectus indicarent; dumque indicabant, lætabatur magnopere, iisdemque monitoribus penas aliunde promeritas remittebat. Cuidam novitio, quem volebat flagello castigare, dicenti, eum nimis rigorosum esse, respondit: Recte ais, fili; eidemque novitio, quia id dixerat, flagelli pœnam indulsit.

2 Tantum gaudebat vilipendi, ut, teste venerabili patre fratre Dominico Anadon, ille (B. Bertrandus) in hujusmodi occasionibus regressus in cellam, janua et fenestris clausis, Deo gratias ageret, quod vidisset, se parvi aestimari. Quia vero nullus eum tam male tractabat, quam vellet, ipsemet, sibi ingerebat convitia, claudum, insanum, perturbatorem, zizania, omniumque malorum causam se vocitans. Dicebat, se esse tionem inferni, meritumque inter demones et cum Juda morari. Auditus aliquando est dicere istud Terentii: "Ego sum "Davius perturbans omnia. "Aiebat etiam, causam, ob quam multi ad suam cellam venirent, eam esse, quod pro Ægyptio b reputaretur; seque tamdiu blateraturum, donec tandem in verbis suis capiendus esset. Aliquando pedes pergens in Vetera c prædicaturus cum socio, fratre Josepho Viudes, cum loco appropinquasset, dixit ei: Si te rogent, quis concionaturus sit, responde, esse surdum, cæcum et gravem peccatorem.

3 In conventu S. Onuphrii a fratre Antonio Catalano interrogatus: Quis gravior peccator est, tu, an ego? respondit: Pater, ego sum: perrexitque Beatus ferventer dicere: Verum est, me esse omnium, qui in mundo degunt, peccatorum maximum: eoque tempore percutiebat pectus suum dicens: O male surdum peccatorem! Merito te Deus tenet tot compedibus constrictum. Compedes et pedum catenas vocabat infirmitates suas, quibus continue cruciabatur, ut dicitur inferius. Interrogabat nonnumquam fratres, an crederent, Deum defectus sibi remissurum, et se salvandum, ac simul

CAP. I.
 Vir humilis
 etiam a novi-
 titis argui gau-
 det.

E

studet ab omni-
 bus desipi, et
 pro maximo
 peccatore

F

G

haberi; hono-
 rari refugit;

A simul eorum preces pro se postulabat. Admodum molestum ei erat ab aliis honorari; uti contigit, dum nobilis eques Franciscus Blanes, illi obvians, manum ejus osculatus est, et genu humi posuit: quare et ipse sese ad Francisci pedes prostravit, ac humillime petiit, ne sic secum ageret; rogans, cur ille ita se humiliaret coram tam improbo ac perverso peccatore. Pari modo affligebatur, dum cum honorifico Paternitatis titulo nominaretur, ratus se honore isto indignum esse. Dumque prioratum gerebat, vetuit (ut supra dictum est) ne hunc titulum sibi tribuerent, ac si quis id nihilominus fecisset, reprehendebat. Id etiam vetuit aliis personis, causatus, se gravem peccatorem esse.

de minimis defectibus veniam petiit.

4 Si quando videretur sibi aliquem defectum commisisse, sine mora eum confessione expiabat; si vero advertisset, se melancholia sua cuiquam malo exemplo aut molestum fuisse, illico prostratus in genua veniam precabatur: prout contigit, dum erat infirmus in Godeglia, ubi patriarcha Antiochenus archiepiscopus Valentinus ipsum propria manu sua cibabat. Nam, cum ibi adesset pater magister, frater Petrus di Salamanca, vir decrepitus, magnæ virtutis Religiosus et insignis concionator, isque etiam vellet exiguum aquæ scyphum tremula manu sua B. Bertrando porrigere, aquam effudit; dixitque ei Beatus, manum ipsi, ut linguam, tremere (erat enim balbus) sed veritus, ne hoc dicto illum offendisset, amplexum eundem est, ac veniam petiit. Cum alias B. Bertrandus cum eodem magistro Salamanca colloqueretur, hincque visus ipsi esset tadio affici, veniam pariter petiit provolutus in genua; ast, cum laudatus magister id Viri simplicitati attribueret, cense- retque, nihil ista deprecatione opus esse, noluit ipsum audire, abiitque, ne iste imposterum simili de causa id faceret.

Deo ipsi patrocinate: alia humilitatis

5 Verum nocte subsecuta Deus magistrum in somno acriter coarguit, quod Beatum nolisset audire; quod ipse expergefactus, somniumque expellens nihili fecit. Sed noctibus sequentibus secundo tertioque similiter correptus, mane Servum Dei adivit, et flexis genibus, commissi veniam precatus est; et quamquam Beatum velut Servum Dei hæctenus æstimasset, imposterum tamen multo pluris fecit. Quodam die Bertrandus confessionem excipiens domini Joannis Boil de Arenos, se de quodam iracundiæ sensu, quem ex cujusdam Religiosi de se dicto conceperat, accusantis, cogitabundus hæsit, atque: Domine Joannes, dic mihi veraciter, sumne ego fortasse Religiosus iste, qui tibi malo exemplo fuit? Ut enim ego senex sum, fieri potuit, ut aliquoties non attenderim ad ea, quæ facerem, atque ita deliquerim. Respondit ille; nequaquam; nec eum unquam sibi sic locutum fuisse. Miratus ergo est dominus Joannes tantam beati Viri humilitatem.

exempla variis in occasionibus ab eo edita.

6 Ut vero erat tam humilis, non modo avebat audire sermones cujuslibet concionatoris, verum etiam eorumdem aliquibus addebat se socium, dum ibant ad concionandum, licet hi etiam ex minoribus essent, quas ipsemet constituerat. Dumque argumentum concionis ei multum placeret, obliviscatur de expleto tempore monere concionatorem; at postea excessum in tempore advertens, orabat veniam

Octobris Tomus V.

Numquam etiam concionatorem aliquem, quantumvis indoctum et parum idoneum, contempsit; nisi in eo superbiam et suimetipsius æstimationem advertisset. Humilitatem suam pariter probavit tempore morbi sui, dum a multis qui ipsum invisebant, expetebat manus ad oscula; et si qui recusarent, ferebat ægre, pergebatque precari, ut eas porrigerent, et Evangelia sibi prælegerent. Audito quemdam hominem simplicem quasdam preces super ægros recitare solitum, aliquosque sic sanare; ac proinde rogatus, an hunc vellet adduci, humillime annuit; paucisque istis diebus, quibus vir ille eum accessit et suas preces recitavit, devotissime se gessit. Si infirmorum curator cibos male conditos ei porrigeret, numquam id ægre ferre visus fuit; sed semper agebat gratias de officiis sibi præstitis, petebatque sibi ignosci, quod tantum ei laboris crearet.

A. Avicenso.

7 In revelationibus, quibus honorabatur a cælo, profundam humilitatem similiter ostendit. Anno MDLXXVIII in cella sua tribus quatuorve Religiosis, quorum unus erat pater magister, frater Vincentius Justinianus Antiste *d*, dixit: Nescio, quid sibi velit, quod per hanc fenestram viderim totum belli Lusitanici eventum. Respondit unus *e* et Religiosis illis: Pater, id proficisci potuit a Deo, et potuit a dæmone: quam ob rem oportet, id Deo pro viribus commendare. Tum vero Beatus, humeros constringens, oculosque in cælum elevans, ait: Oportet sine dubio, Deo ista commendare: nec solum non ægre tulit dictum Religiosi, verum etiam humiliter probavit asserens, ita sæpe contingere. Alias quoque cum quædam alia, quæ Deus dignatus fuerat ei revelare, cum patre magistro, fratre Hieronymo Baptista della Nuza, nunc episcopo Lobetano *f*, secreto communicaret, dictusque pater magister ex industria diceret: Cave, mi Pater, ne isthæ imaginationis tuæ fetus sint, non revelationes; tantæ fuit humilitatis, ut nihil inde omnino contristaretur, nec verbum ullum reponeret.

Vnam e divinis revelationibus gloriam

E

d

e

f

8 Ab amico suo passim rogatus, ut aliquid de favoribus, quibus a Deo honorabatur, sibi referret, postquam jam per aliquot dies respondit: Ego non scio quidpiam referre, quam peccata; eodem tandem replicante, id se propterea desiderare, ut litteris consignatum ad posteros transmitteret; dixit: "Hæc Moy- sen et Prophetas"; id est: Jam habetis Evangelium, doctrinam, et exempla Sanctorum: hæc vobis sufficiant, nec aliud necesse est ex me audire. Adjecitque: Plura, quam ego, scivit Lucifer, et ejectus e cælo fuit; et Judas fuit Apostolus, atque miracula patravit; ac postmodum se suspendit, disruptus est, et sepultus in inferno; quæ ipsi solemne erat dicere. Replicavit amicus: Hæc non alteri servient, quam mihi, quia ego incipio Deo servire. Nihil aliud vis? inquit Beatus: Age, inclina te ad pedes Jesu Christi crucifixi; spondeo, me tibi plura dicturum, quam existimes; et scias, mirabilia, quæ scire cupis, nihil parum prodesse; cum nesciam, utrum in gratia, an in odio Dei sim. Solum dico, mihi quotidie mira accidere, sed nihil curo, quia nescio, a quo spiritu proficiscantur; imo scio, nisi Deus suam mihi misericordiam impendat, me condemnandum. Divina Majestas mihi hanc

caute fugitabat

F

A. AVIGNONO.

solitus ingenti
damnationis
xternæ metus
concuti :
g

concedat gratiam, ut post suscepta sanctæ Ecclesiæ sancta Sacramenta humiliter moriar.

9 Asserebat insuper, se, quotiescumque legeret, audiret ea S. Pauli verba : « Semper » discentes, et numquam ad scientiam veritatis » pervenientes g » semper sensisse pugionem in corde præ metu, ne unus ex istis esset. Affirmabat præterea, dum de favore sibi divinitus collato gaudere vellet, expertum esse, Deum sibi, velut duri oris equo, præcipitare se volenti, fræna contraxisse, ac vehementem verberisictum infixisse, incusso cordi horribili metu damnationis suæ; tumque sibi re ipsa visam esse terram sub pedibus dehiscere, et ab inferno se deglutiri. Et quamvis servilis iste timor, velut singulare donum Dei, se a multis peccatis superbiæ immunem servaret, admodum tamen caro sibi stetisse, ut eundem in amorem filialem converteret; ex eoque timore solitam suam melancholiam et mororem procedere.

humilitatem
etiam alius ope-
re ac sermone
suadet.

10 Neque Servus Dei sua ipse humilitate contentus erat, sed eam efficacissime quoque suis, dum præerat, subditis persuadebat; ac propterea studebat se omnium humillimum exhibere, gaudebatque cum personis ejusmodi ac vilipensis, etiam pueris, agere, solitus dicere, qui vult esse perfectus Frater, oportere, eum hæc quatuor habere : « Spernere se, spernere » nullum, spernere mundum, et spernere sper- » ni. » Aiebat, necesse esse, pectore nos semper gradi per terram, miseros nos ac fragiles reputantes, qui, si hodie boni simus, eras possumus esse perversi : quemadmodum S. Petrus, quando cum tanta audacia fiduciaque dixit, se, licet occidendus esset, non prætermittendum confiteri Christum, nec se umquam scandalizandum, quantumvis ceteri omnes essent scandalizandi; et nihilominus paulo post illum ter negavit, ac denique, se illum non novisse, juravit h. Qua in re Petrus tam probe se expertus fuerat, ut, dum a Christo ter interrogabatur, an se diligeret, plus aliis, contristaretur, responderetque humiliter i, non ausus sese alteri præferre.

ii.
Zelo gloriæ
Dei, ejusque
amore

11 In amore Dei sic excelluit B. Bertrandus, ut nonnumquam alter Elias videretur, divinæ Majestatis honorem zelando; si qua ad aures ejus pervenisset divinæ legis violatio, dolebat vehementissime, et, si e subditis suis rei essent, castigabat severe. Is zelus eluxit in certis occasionibus, dum atrociora quædam in Deum delicta committerentur Valentia, quando ait, divinæ voluntatis esse, ut rigide corrigerentur peccata, tantamque in se excitabat sanctam iram, ut levatis in cælum brachiis cum S. Paulo I Cor. VII diceret : Puto, quod ego hæc in re spiritum Dei habeam k. Loquebatur semper de Deo, nihil umquam de mundanis rebus sermoni suo immiscens. Non solebat loqui, nec auscultare novos nuncios. Omnia colloquia ejus eo tendebant, ut induceret auscultantes ad serviendum Deo et agendam de peccatis penitentiam; adducebatque exempla e Vitis Sanctorum, et multos Sacra Scripturæ locos proferebat; monebatque minaciter, ut caverent sibi, ne in manus irati Dei inciderent.

mirifice ardens
eundem in
aliis accende-
bat :

12 Videbatur totus divino amore ardere; cumque aliquando cum quodam amico suo pergeret ad fontem vicinum Rusaffæ l in campo cujusdam agricolæ, Petri Ximeni nomine, tam in accessu, quam in reditu semper tanto cum fervore locutus de Deo fuit, ut presentibus

res singularis appareret, et corpus ejus simul D cum anima caelestis flamma esse videretur. His congruit, quod ipsemet, data opportunitate, cuidam amico suo dixit, sepe contigisse, ut, dum in divino amore tepebat, simulatque sanctissimum Sacramentum susceperat, tantum internum sentiret calorem, ut videretur sibi corpore et anima in ardenti fornace consistere. Hinc verba et sermones ejus mirifice excitabant devotionem, uti supra dictum est lib. I, cap. VII m, affirmaruntque multi testes, qui ab il-
lius conversatione redeuntes semper novos ad serviendum Deo stimulos senserunt; ac nominatim venerandus pater frater Joannes Alarconi, cum fama magnæ sanctitatis defunctus Talia erant illius Deo serviendi, eumque magis amandi desideria, quæ frequenter renovabat his verbis : Serviamus Deo, quia bonum Dominum habemus.

13 Cum nuntiatum ei esset a fratre Ludovico Primo, quemdam fratrem novitium, Petrum Joannem Saragozza dictum, die XXXI Aprilis anni MDLXXXI Religiosam suam professionem nuncupaturum, exclamavit. O qui nunc esset novitius, ut frater iste, ac denuo profiteretur, inciperetque servire Deo, quod ego hæc hactenus non incepti ! Omni vitæ suæ tempore ardentem desideravit martyrium, et quotidie in Missa, dum sacram Hostiam et calicem elevarer, recitabat eam S. Petri martyris orationem : Da mihi, Domine, ut ego moriar pro te, ut tu voluisti mori pro me n. Sæpe etiam versabat in ore istas invictissimi Vincentii o inter tormenta sua voces : Hoc est, quod semper desideravi ! Hoc est, quod totis viribus quæ-sivi ! Dumque hæc diceret B. Bertrandus, spectabat quandam ejusdem S. Vincentii martyris imaginem, et aliquoties etiam lacrymas addebat. Alias in-
quirebat : O si tam felices essemus, ut pro Jesu Christo duceremur ad carcerem, et catenis vinc-
ti per has plateas raptaremur ! Tunc experiremur, quam dulce sit pro Christo pati : tunc probe caperemus, quod S. Lucas scripsit de Apostolis, dum a Judæis et concilio suo ejecti fuere : « Ibant Apostoli gaudentes a conspectu » concilii, quoniam digni habitus sunt pro no-
mine Jesu contumeliam pati p ». Subdebatque Beatus : At non sumus nos digni tanto benefi-
cio, quantum istud est. F

Spiritu fervens
magna marty-
rii,

n
o

p
F

14 Dixit aliquando uni ex amicis suis : Non sum ego dignus martyrio, sed, si Deus hanc mihi gratiam concederet, libentissime admitterem, precarerque, ut maxima totius mundi (hic imitabatur patrem suum S. Dominicum) tormenta mihi subeunda essent : nec dubium est, quin tunc lætus moriturus essem pro illo et pro illius Ecclesia Romana. Imo certo, imo certo, imo certo : nullum est dubium. Fretus Deo hæc dico; nam mihi neutiquam confido : Deus me solida firmaque fide interne roboravit. Hoc tam ardens martyrii desiderium persuasit ipsi, ut patriam, cognatos et conventum suum, in quo tantopere diligebatur ab omnibus, desereret, et proficisceretur ad Indias, quamvis infirmioris esset valetudinis, quam tantum iter requireret. Nec valuerunt ipsum detinere piæ dissuasiones fratrum suorum, nec impedimenta eundem in finem a Religiosis objecta; imo, postquam inde jam redierat, magnum prodebat dolorem, quod non placuisset Deo, ut ex dato sibi veneno moreretur; hanc causam (sicut alibi dictum est) red-
dens,

cujus obtinen-
digratia etiam
in Americani
navigaverat,

A dens, quod, uti ea ratione fuisset vere mortuus propter prædicatum Evangelium, et propter eruendos ex infidelitatis tenebris Indos istos, ita fuisset vere martyr. At, quamquam ille martyrium ibi passus non fuerit, apprime tamen probavit insignem sui in Deum amorem, maximas tolerando molestias frigoris, æstus, nudiditas, aliasque ad convertenda tot animarum millia, quæ eximio zelo suo ad notitiam Dei adduxit.

desiderio flagrant.

15 Quando Valentiam allatus est nuncius de martyrio Jerosolymis tolerato a muliere, quæ ante susceptam peregrinationem suam apud B. Ludovicum fuerat confessa, hic ultra modum exultavit; et quamvis tunc versaretur in articulo mortis, videbatur ipsi cor exsiliisse præ lætitia; aiebatque: O felicem mulierem, quæ, si verum est, quod de ea scribitur, tam insignem a Deo consecuta favorem est! Sed ego peccator tantam gratiam non mereor! Non minori cum gaudio accepit nuncium de martyrio, quod solissima eodistantia die xviii mensis Maii anno mclxxxvii Algerii subiti pater B frater Michael Arandiga Valentinianus, Ordinis Militaris S. Mariæ de Montesa q: omne enim desiderium illius erat pro Christo Jesu pati, et pro ipso fundere sanguinem suum.

iii. In proximi salutem perpetuo intentus, sui corporis cruciatu

16 Amor, quo B. Bertrandus ferebatur in proximum suum, is fuit, ut cum tenerrimo affectu conaretur solari singulos, omnesque Dei servos efficere optaret. Hinc frequens erat in confessionibus audiendis mane et vesperi, ante et post Missam. Audito cujuslibet in peccatum lapsu, non solum dolebat plangebatque, sed semetipsum quoque flagellabat, pro infidelibus intercedens. Speciatim, cum quadam muliere ex spectabili familia cujusdam viri amore correpta cum eodem turpiter lapsa fuisset, ipse tam atrociter se ad sanguinem usque flagro cecidit, ut humeros suos omnino dilaceraverit; hoc mulieris scelus; utut secretum, ille per divinam revelationem cognoverat; et quadam vespera ivit eam invisurus, ubi virum istum invenit; mirabaturque mulier accessum illius, quod non soleret Beatus suam domum visere. Dixit autem Bertrandus eidem viro, ut abiret, quia habebat, quod cum ista domina communicaret. Isto abscedente, cepit Beatus amare lacrymari, tanto cum sensu, ut stupefacta domina causam fletus exquireret.

mulierem lapsam solide convertit:

17 Siluit ille aliquantisper, præ lacrymis nequens fari: tandemque in verba prorumpens, ait, causam esse peccata, quæ ipsa cum viro, qui tum abierat, ibi commiserat; digito monstrans locum, in quo scelus consummatum fuerat, addensque numerum et adjuncta peccatorum. Utque videas (ita prosequatur) quanti mihi id constet, huc verte oculos; humerosque suos nonnihil denudavit: quos ut mulier sui causa ita laceros conspexit, auditque crimen suum, propter quod Servus Dei tantopere lugebat, seseque tam asperè tractaverat, ab illo sibi revelari, in vehementem et inconsolabilem planctum prorupit, et animum vere pœnitentem preferens, fragilitatis suæ veniam a Deo precatam est. Beatus autem illam roboravit, jubens spem suam in Deo collocare, fore, ut imposterum in simile peccatum numquam relaberetur, addiditque: Potes modo curare, ut celebrentur Missæ, quas pollicita es, si Deus te ex istis culpis educeret. Quo responso ipsa attonita hæsit, quia soli Deo votum istud no-

tum fuerat, et tantundem contrita corde; adeo ut admodum Christiane imposterum vixerit, verumque esse constiterit, quod Beatus asseruerat, ipsam numquam relapsuram.

A. AVIGNONO.

18 Huic fere simile fecit in altera occasione, Puella nobilis a viro quodam vehementissime sollicitata, tandem post aliquot elapsos menses decreverat ei assentiri. Noctæ igitur misit ipsum accessi; et ad fenestram suam adventum ejus tribus horis exspectavit, uti aliis noctibus venire soluerat: sed tunc non comparuit, quia nequierat reperiri. Perstitit illa in pravo proposito usque in mane, quando Beatus eandem domi suæ convenit, aitque: Deus tibi dimittat, domina insana, quod me tota nocte tui causa vigilare coegeris, ut orarem Deum, ne labereris. Quam rem juvenula plurimum admirata est, et commissi pœnitens, studuit posthac Deo servire. Pari modo miserabatur proximi in necessitatibus suis, juvabatque, dum poterat. Idque maxime probavit largiendo eleemosynas, ubicumque esset. Missis factis, quæ supra dicta sunt, sic ille in conventu S. Annæ de Albayda tempore pestis, licet ea domus pauperrima esset, nihilominus visus est, quotquot in plateis repererat mendicos, ad conventum adduxisse: quod cum aliquando admiratus frater Joannes Perez petiisset, cur id faceret, cum probe sciret necessitatem fratrum; respondit cum magno animi sensu: Itane, frater: an Deus nobis deerit? Præterea exhibat per loci plateas et montes, visurus, si quem reperiret e peste defunctum, ut sepeliret (sicut dictum est) nullum curans periculum.

puellam a lapsa prohibet: pauperibus, etiam tempore pestis, largitur subveni

19 Quod ad infirmos attinet, tanta erat illius in hos charitas, ut, præterquam quod nosocomia ante ingressum in Ordinem (quæ de re vide dicta superius) frequentaverit, numquam recusarit, quoties rogabatur, eos adire solandi gratia, ac tanto etiam libentius, quanto ei erat molestius charam sibi cellam suam relinquere. Solebat super illos legere Evangelium, et orationem S. Vincentii cum aliquot aliis devotis suis precibus. Oratio hæc erat: "Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur. Super ægros manus imponent, et bene habebunt. Jesus Mariæ Filius, mundi "salus, et Dominus, qui te traxit ad fidem "Catholicam, te in ea conservet, et beatum "faciat, et meritis beatæ Virginis Mariæ, et "sancti Dominici, Patris nostri, et beati Vincentii, et omnium Sanctorum, te ab hac "infirmate liberare dignetur. "Tantæ vero efficiæ erant illius accessus et oratio, ut multi sanarentur, quemadmodum infra dicitur cap. x r.

ægris indefessus assistens multos sanat,

20 Hæc Viri in infirmos charitas singulariter eluxit in gravissimo morbo patris magistri Francisci Alemanni (Religiosi rarissimis dotibus præditi, et spectatissimi in Ordine scientia sua et singulari arte concionandi præ omnibus, qui longo annorum decursu auditi fuerant Valentia, ubi ille novem continuis Quadragesimis sermones habuit, eodem cum applausu in postrema, ac in prima, auscultatus) ita ut doctor Collado, in arte medica famosissimus, jussit ipsum sacro Oleo inungi, et ad discipulos suos conversus submissa voce dixerit: Iste pater est, velut jam mortuus. At B. Bertrandus eumden invisens, ac sine sensu repertiens, illico pro eo Missam celebravit; eaque finita, rediit

ac nominatim unum, pro quo vitam suam Deo obtulerat:

A. AVIGNONO.

restitit hilaris cum reliquis S. Petri Martyris, aitque infirmo sermone Latino : Ne metue , non morieris. Quibus dictis, accidit ægro aliquid, ut jam exspirasse crederetur; sed contrarium contigit: nam continuo cessavit febris. Quapropter medicus eum sic mutatum videns, jussit e lecto surgere, quod Deus patrasset miraculum. Dum post aliquos dies jam omnino convaluisset, Beatus illum intuens, bis lacrymatus est, et causam ab eo rogatus respondit : O! si scires, pater, quanti mihi constes. Scias, me, dum inter celebrandam Missam pro te, quando ægrotabas, sanctissimum Sacramentum in manu tenerem, intellexisse, tibi tunc moriendum esse, ac proinde precatum, ut Deus meam pro tua vitam acceptaret, dumque meas preces saepe repeterem, dictum mihi esse, te victurum, sicut tibi significavi, dum eas sacras reliquias ad te attuli.

dissidentes conciliat: captivis patrocinatur.

21 Plurimum tristabatur Beatus, sicubi natus discordias audiret, totisque viribus laborabat, ut similitates componeret. Ita fecit in Albaya, ubi, fervente inter duos inimicitia, ex qua grandia mala oritura certo credebantur, sine ulla spe idonei remedii, Servus Dei sua solita charitate et prudentia reduxit eos in concordiam; atque omnis secutorum malorum metus evanuit. Detentos quoque in carceribus consueta sua charitate adjuvabat, maxime cum eos injustis dubiisque de causis pati contingeret, eosdemque defendebat. Intelligens aliquando, velle judicem in quemdam virum nobilem ferre sententiam capitis amputandi, causa jam admodum promotam, Beatus sine altero debito, quam charitatis, causam illius sic egit, ut iudex pro sua erga Beatum observantia poenam distulerit, et captivus etiam liber evaserit. Cum reus ad supplicium duceretur, utque complices revelaret, admoto sæpius faucibus cultro premetur, Beatus justa ira indignans dixit, hæc ratione non semel, sed millies ei mortem infligi; hæcque eo spiritu dixit, ut iudices, ut erant pii, neque vellent Deum offendere, reum ad carcerem reduci jusserint, ac tandem vitam ei donarint. In similibus apud iudices, tam ecclesiasticos, quam sæculares, intercessionibus, dum delicta non erant atrociora, vel non recte probata; uti et pro miserabilibus personis eximia eluxit charitate, multosque liberavit.

ANNOTATA.

a Uti librum 1 de Vita, ita hunc secundum de virtutibus B. Ludovici Bertrandi inscripsit.

b Id est, opinor, pro uno ex istis ignotæ patriæ errabundis nugivendulis, qui Egyptios se dicunt, ac futurorum scientiam profertentes, stolido vulgo imponunt.

c Dubito, an non sit Verera; at utroque vocabulo mihi ignotus est locus iste.

d Nimirum Vitæ primæ scriptor qui factum istud secundum partitionem meam cap. 10, num. 195, secundum suam autem in versione Italica cap. 16 narravit; sed ad annum 1581 (nisi typhothæ error sit) reposuit.

e Antistius.

f Lobotum, nunc vulgo Albarazin, Hispaniæ in regno Aragoniæ civitas episcopalis est sub metropoli Cæsaraugustana.

g In Epist. 2 ad Thimoth. cap. 3, v. 7.

h Matth. cap. 29 et alibi.

i Joannis cap. 21.

k Loco assignato x. ultimo: Puto autem, quod et ego spiritum Dei habeam.

l De hoc fonte, cui S. Ludovici Bertrandi benedictio miram contulit morbos sanandi virtutem, peculiaris erit lib. 3 loquendi locus.

m Secundum meam partitionem ibidem cap. iv.

n Colitur hic sanctus Ordinis Prædicatorum martyr die 29 Aprilis, quo die de eo in Opere nostro actum est.

o Haud dubie indicatur S. Vincentius, celebris levita Cæsaraugustanus, ac martyr Valentinus, cujus Acta apud nos habes ad diem 22 Januarii.

p Act. Apost. cap. 5, v. 41.

q Apud Antistium, a quo hæc accepit Avignonus, in Vita prima, num. 182 presbyterum fuisse additur; videsis, quæ de Michæle annotata sunt supra cap. x, lit. f, pag. 345.

r Secundum meam partitionem cap. 5.

CAPUT II.

Sancti in orando assiduitas et fervor : severa corporis castigatio : virginalis castitas.

Inter insignes virtutes, quæ B. Bertrandum illustrarunt, admodum heroica fuit altissima illius et assidua oratio; cui sic erat intentus diu noctuque, quasi nihil aliud agendum haberet. Suavissima illius conversatio dulcissimaque occupatio erit Deum orare continue, Singulis diebus horas quatuor impendebat orationi mentali, duas mane, duas alteras vesperi, præter mediam horam, quam in considerandis septem B. Mariæ Virginis gaudiis post prandium exigebat. Dumque erat infirmus, rogabat valetudinarii ministros, ne certis horis matutinis ac pomeridianis, quemquam visendi gratia intrmitterent, ne hæc sua impediretur devotio. Intranses vero in cellam ordinarie inveniebant orantem. Noctu multis horis excubabat in ecclesia, tam ab ineunte nocte, quam post mediam, absoluto Officio Matutino; et nonnumquam ibidem perstabat usque ad Officium Primæ; et crebro auditus est flere.

23 Observavit frater Joannes Perez, ipsum, quando ad Matutinum ibat; vix potuisse pedibus suis insistere, et præ lassitudine ac imbecillitate parieti innixum processisse, dum vero rediret ex ecclesia, fuisse validum et viribus concessis roboratum. Orationes suas persolvebat modo innixis genibus (unde ejus genua multum calli obduxerant) modo prostratus in pavimento, inclinato corpore in genua, et facie humi posita; modo etiam erectus stans, novam semper rationem orandi queritans. Horas canonicas recitabat devotissime, et ante aliquas præmittebat quasdam Antiphonas de aliquo Passionis Christi mysterio, quas ita partitus fuerat,

CAP. IV.
Ejus in orando voluptas, assiduitas.

constantia corporis habitus, modus et accuratio.

A rat, ut cuilibet Officii Horæ peculiare præmiseretur mysterium. Dum Breviarium sumebat in manu, dicebat :

„ Rex Christe clementissime,
 „ Tu corda nostra posside,
 „ Ut tibi laudes debitas
 „ Reddamus omni tempore. „

Toto vitæ suæ tempore, non obstantibus multis occupationibus, numquam recitandi Officii tempora mutavit, sed semper illud servato accuratissimo temporis ordine persolvit.

*In contem-
plando alienus a
sensibus, ac
corpore etiam*

24 Tam assiduus erat in oratione, ut nonnumquam confusus animo et sui impos videretur, sæpeque contigit, ut interrogatus de re quapiam, de altera longe dissimili responderet. Ita accidit cuidam presbytero, uni ex maxime solitariis optimique exempli hujus regni viris, cui, cum hic Beatum in Monte d'Albayda invisens salutasset, et amplexus, de sua ipsum valetudine rogaret, ille facie tota hilari in cælum versa : respondit his verbis : Ah ! possumus esse filii Dei ! Unde presbyter intellexit, Beatum tunc altissimæ contemplationi intentum fuisse, quod etiam sæpe alias contigisse, pater frater Andreas Cabrero testatus est. Sic ille contemplabatur ut aliquoties, non solum in ecstases raperetur, verum etiam ejusdem corpus elevaretur a terra ; uti factum est, dum e Moncada eodem, quo ibidem concionatus fuerat, die reversus est.

*elevatus a ter-
ra, alias facie
quoque*

25 Relicto enim retro se servo, qui ejus equum ducebat, ingressus est agrum, alta frumenti segete plenum, in quo a famulo non poterat videri. Ibi tam serverent cepit contemplari, ut corpus ejus supra omnes spicas tolleretur in aërem. Interim illac transivit quidam incola Moncada, Baptista Ferreri appellatus, qui a famulo petiit, quid ibi ageret. Respondit is, se exspectare Bertrandum : quo audito, homo curiositate ductus voluit ipsum videre, et in locum eminentiorem in ora plateæ insiliens, illum supra spicas segetis in aëra sublatus vidit. Simile quid conspexerunt quidam Indi in Tubara, qui ædiculam, in qua ipse hospitabatur, forte ingressi, spectarunt eundem bene media ulna elevatum *a*, quemadmodum supra dictum est. Uti S. Lucas de transfiguratione Domini nostri loquens ait : „ Dum ora-
 „ ret, facta est species vultus ejus altera *b* ; „ hoc est, orantis Christi vultum visum fuisse instar solis splendidum (quod erat rationis sanctitatem comprobare) ita ex Beati, dum oraret vel de Deo loqueretur, facie aliquoties splendoris radii processerunt ; idque sæpius factum est.

mire splendens

26 Eremita ex Cullera, Michaël Pons nomine, Valentiam adveniens, B. Bertrandum, quocum arctam colebat amicitiam, invisendi gratia ad januam cellæ ejus pulsavit : quam Beatus aperiens, visus est faciem magno splendore micantem habere ; quod eremita admirationi simul ac timori fuit. Christophorus Ferreri, notarius Valentinus, quadragesimus novus testis in Processu, auctoritate Sixti V formato, asseruit, sibi sæpe accidisse, ut; dum Beati cellam adiret, velletque eam ingredi, compulsus fuerit retrocedere, non ausus intrare propter ingens lumen, quod videbat. Id ipsum in eodem conventu expertus fuit pater frater Michaël Herrero. Erat tamen Bertrandus alias facie passim pallida et decolori, ut solent homines laboribus attriti. Pari modo in Monca-

da, cum strumas Sperantiæ Assensi sua lingua lambisset, illico in ecstasim raptus fuit, ejusdemque vultus resplenduit, sicut dicitur inserius. In conventu quoque S. Annæ in Albayda venerandus pater frater Joannes Alarconi sæpe per rimas januæ vidit eum supernaturali claritate fulgentem.

A. Avignoso.

27 Francisca Ferreri, equitis Michaëlis Joannis Beneyto uxor, feria iv Majoris hebdomadæ, uno anno ante obitum B. Ludovici, confitendi gratia ipsam adiens, eodem momento, quo ad ejusdem pedes procumbebat, vidit ipsum ita facie manibusque lucentem, quasi fuisset Sanctus, qui descenderat e cælo, sensitque odorem suavissimum e vestibulis prodeuntem, ita ut post confessionem inde recesserit plena gaudio, ac velut surrexisset a pedibus Sancti, gloria jam donati. Aliud simile experta est Joanna Marachiglia, quo tempore B. Ludovicus hospitabatur infirmus in nosocomio sodalitiæ S. Mariæ Virginis, cujus curam gerebat frater illius dominus Hieronymus. Dum enim hæc ad præbendum ei quoddam remedium accederet cum famula domestica, accensum cereum, quod cubiculum istud, undique clausum, lumine careret, manu gestante, eoque cereo extincto, locus admodum tenebrosus mansisset ; illumque denuo accensura iret, eodem momento tam lucidus ibi splendor eluxit, ut omnia clare conspectui apparerent : qui quidem splendor perseveravit, donec famula cum accenso cereo reversa fuit.

*et manibus et
tatu.*

E

28 Dum Beatus anno MDLXXIII, festo Ascensionis Domini nostri Valentia in ecclesia S. Michaëlis concionem habeat, illius vultum ac vestimenta lucida, ipsumque e cathedra sursum elevatum, quidam medicus pariter spectavit. In vico Monpoix in Indiis capitaneus Ferdinandus de Bentocout quadam nocte tugurium, in quo B. Ludovicus Bertrandus hospitabatur, ingressus, cum nec facem nec candelam penes se haberet, conspexit velut multarum candelarum ardentium lumen, ipsumque, flexis genibus ante oratorium suum procumbentem, duosque viros assistentes, prout superius memoratum est. Ingressus Servus Dei una cum beato fratre Nicolao Factore in cellam S. Vincentii Ferrerii, et ambo orationi intenti magna luce cœperti fuerunt, adeo ut Lucas Portina, beneficiatus ecclesie cathedralis Valentinae, et socius B. Nicolai, qui ibi aderant, accurrerint, ut splendorem viderent, videruntque, non tamen duos dietos Beatos, priusquam splendor ille cessaverat.

*ac vestimentis
caelesti luce mi-
care sæpius vi-
sus fuit.*

F

29 Quamquam hactenus relata apprimè probent illius in oratione fervorem spiritus, maxime tamen profecit, in devotione erga sanctissimum Sacramentum alteris ; propter voluptatem, qua fruebatur in Missa, quam numquam prætermisit celebrare, nisi nonnumquam gravi morbo impeditus. Hilarissime agebat diem Natalem Domini, quo tres Missas dicere licebat, uti et diem Defunctorum omnium, quo patres Prædicatores in universa provincia Aragoniæ ex speciali privilegio Julii III tres Missas celebrant. Præscriptæ B. Bertrando adversus surditatem ejus quaedam potiones fuerant, mane ac vespere sumendæ, quibus contendebat medicus noxios illius, utut acres, humores consumere ; non tamen prætermisit ille celebrare. Ast cum nihil hisce proficeret, suspicati sunt, fortasse ipse pro tempore noxium esse Missam dicere :
 verum

*Quotidie utut
debilis, Missam
celebrat, aut
communicat ;*

A. Avigsono.

verum ille nihilominus voluit in celebrando perseverare, asserens, se nihil curare valetudinem suam, quantum opus erat, ut eam posset dicere. Et quam ita viribus defecisset, ut post Missam pedes suos regere nequiret, et nonnumquam etiam corrueret in terram, nolebat tamen eo sacro solatio privari. Dum vero nimia vi mali prohibebatur, sumebat quotidie sacram Eucharistiam, utque cum debita animi puritate sanctissimum Sacramentum suscipere, solebat confessionem præmittere et pridie vesperi, et denuo ipso mane.

in Missa fervorem suum adstantibus aspirat, ac callesti luce

30 Celebrabat autem Missam tanta cum devotione, ut eam etiam circumstantibus inspiraret, flebatque majori illius temporis parte, peculiariter a tempore Consecrationis usque ad Communionem. Solebat ei in hoc sancto Sacrificio sæpe ministrare frater Joannes Perez, qui et asseruit, ipsum, quamdiu durabat Missa, facie admodum splendida fuisse. Hieronymus quoque Abella, toties hic nominatus, dum illius Missis interesset in conventu S. Annæ in Albayda, observavit, soluisse eundem, quando non aderant in ecclesia alii, quam ipse cum suo ephobo, bona quarta horæ parte morari cum sanctissimo Sacramento in manu, priusquam illud sumeret in ore, atque interim semper flere; vultumque illius velut crystallinum fieri, et circum sanctissimum Sacramentum et caput Beati conspici magnum circulum splendoris. Quam ob rem eidem Abellæ inde Belgidam redeunti ephobus suus, qui erat ætatis annorum tredecim, et Melchior Magnez vocabatur, aliquando dixit: Vidistine, domine, splendorem, quo pater frater Ludovicus faciem suam cinctam habuit, dum fletet cum sanctissimo Sacramento in manu? Tace, respondit ei dominus, et nihil dixeris ex eis, quæ vidisti. Idem iste Melchior Magnez postmodum relicto dicti Abellæ servitio, duobus annis servivit patribus in conventu S. Annæ, quo interim tempore B. Bertrando Missam celebranti ministrans, sæpe vidit candidissimam nubem super ipsum, dum sanctissimum Sacramentum teneret in manu, descendere, formarique quosdam arcus lucidos ad instar facium ardentium.

C
frequenter micat.

31 Cum Joannes Marcus Corbera, sacerdos beneficiatus ecclesiæ S. Joannis del Mercato Valentia, conventum S. Onuphrii, dum ibi Prior erat B. Bertrandus, adivisset, ut generalem de peccatis suis confessionem apud eum institueret, uti fecit; ac postridie (qui dies erat Bacchanalium) antequam inde recessurus erat, vellet eidem Beato in Missa ad altare majus celebranda assistere, accidit, ut, dum ille sanctissimum Sacramentum in manu haberet, ejus vultus valde splenderet, et quidam radii lucidi prodirent. Quod ipse admirans surrexit in pedes visurus, an quod ibi lumen esset, unde is splendor posset oriri. Sed nullo invento præter duos cereos altaris, et eos quidem ab ipso remotiores; cum ecclesiam quoque ob clausas fenestras obscuram esse observasset, vidit Beati vultum ad instar lunæ magnum istum splendorem circum spargentem; atque ipsummet Beatum, fixis in sanctissimum Sacramentum oculis, blande arridentem. Quo viso, sacerdos obstupuit, ac sibi dixit: Vere iste Homo suis oculis Deum videt!

32 Licet Bertrandus maximos e cælo favores reciperet, non tamen consuetum pœnitentia

rigorem unquam prætermisit, quia, ut superius dictum est, cum sua sese humilitate involveret, iidem isti favores faciebant, ut se tantominus aestimaret, tantoque graviorem peccatorem reputaret. Hinc semper vixit in horribili metu damnationis suæ, ac proinde tam severa et extraordinaria fuit ejus pœnitentia, ut vix exponi queat; neque hæc solum certo aliquo temporis spatio, sed, quamdiu vixit, duravit. Cœpit a teneris annis corpus suum jejuniis ac vigiliis macerare, eaque erat a cibis abstinencia, ut incredibile videatur, potuisse humanum corpus tam modico alimento sustentari. Non sufficiebant ipsi jejunia sui Ordinis, quæ septem mensibus observantur, a festo sanctæ Crucis mensis Septembris usque ad Pascha Resurrectionis Domini, ac præterea omnibus feriis sextis, aliisque certis diebus peculiaribus, sed jejuna-bat semper, contentus eo, quod concedebat Ordo, quodque valde modicum est, et ex portione sua etiam separabat partem, dandam pauperibus, ut dictum est.

jejunium perpetuum observavit

33 Ne gustui indulgeret, comedebat cibos sine sale, ac sæpe etiam aspergebat alœ; et interrogatus, quid ageret, aiebat, id sibi bonum esse. Cum aliquando cuidam seculari diceret, se adeo nauseare cibos, ut, nisi sibi darentur quidam parvi panes, ne bolum quidem diglutire posset; responsus accepit: Qui possunt Reverentiæ vestræ cibi sapere, si alœ aspergas? Quo audito, Beatus agnoscens secretum suum notum esse, vehementer erubuit, tacuitque. Tempore infirmitatis suæ nullas volebat delicias, et si quæ ipsi donarentur, eas ad valetudinarium mittebat, et utebatur eo, quod præstabat conventus. Semel, dum per Quadragesimam concionabatur in Moncada, præsenti in domo Josephi del Campo appositus fuit quidam piscis marinus; sed nulla ratione induci potuit, ut eum gustaret, causans, quod æquum non esset, ut, qui prædicabat abstinenciam, ipse comederet Pagelum (sic vocatur piscis iste) ac pari modo etiam alibi fecit, non nisi legumina herbasque admittens.

cibos suos insipidos reddens nec, nisi vilioribus vescens.

34 Vigiliæ illius erant productissimæ, quia majorem noctis partem exigebat orando, sero se recipiebat ad somnum, surgebat valde mature, semper intererat Officio matutino, post quod frequenter perseverabat in ecclesiâ usque mane; et, si rediisset ad cellam suam, incubebat studiis; aut, si non permitteret sopor, brevissimo quiescebat tempore, diligenter solitus mature surgere. Lectus ejus erat scamnum vel arca cum duobus libris vice cervicalis; nec unquam cubabat in lecto, quem semper revolvebat, velut in eo jacuisset; idque pariter faciebat, quando prædicandi gratia foris aberat a conventu. Quin etiam nimis molle reputans super arca dormire, fecit sibi e rudi asperaque tela fasciam nodis implexam, qua cinctus, in quacumque partem se verteret, cruciabatur. Coactus autem a medicis ratione gravis morbi exutus decumbere in lecto, invenit modum, quo vel sic exutus ageret pœnitentiam, non sinens miserum corpus suum ulla quiete frui.

Vigiliis intentus, lecto non utitur; uti coactus

35 Hinc paulo ante mortem suam cum visens pater frater Joannes Lescano, cum manum illius, quam sub torali tenebat, osculandi ergo sibi porrigendam expetisset, illeque ex modestia recusasset, obstinatus animo manum suam torali supposuit, deprehenditque laterem, quem ille subter humeros suos carnem inter ac tunicam

corpore in eo aliter cruciat.

A cam inseruerat. Quam ob rem admirabundus dixit: O pater, frater Ludovice, quam hoc facis, dum male te habes? Pater mi (respondit ipsis Vir sanctus) jamjam appropinquat dies, teque oportet brevi transire ad caelum; sed obstor te, ne id cuiquam hominum, qui in mundo sunt, reveles. Præter prædictas corporis castigationes induebatur cilicio, quod, licet quam secretissime posset, faceret, dum tamen lavandam dabat tunicam suam, in ea semper aliquot setæ inhærebant. Adhæc certis temporibus cingebat se asperrima catena ferrea, dumque ad Indias profectus est, aperta arcula, quam in cella habebat, repererunt magnam flagellorum aliorumque poenitentiae instrumentorum copiam, quæ semper habebat in promptu. Reprehensus aliquando ab amico suo, cur sese tam severe flagellaret, hilari vultu reposuit: Quid vis, ut ego hac in re faciam, si fatuus sim? Hac ratione omnem repellebat inanem gloriam, quæ hinc sibi potuisset obrepere.

vi. *Casitatis esimus cultor,*

36 Cum Bertrandus a pueritia sua semper magno cum timore Dei processerit, et angelicam vitam duxerit, facile colligi potest, quæ fuerit ejusdem puritas et castimonia, cum nunquam de re alia, quam de caelestibus loqueretur. Proinde non solum fuit castus, sed etiam virgo. Nunquam ex ore ejus processit vox, quæ non foret honestissima; dumque de castitate sermonem haberet, tanto eam cum ardore persuadebat, ut castissimam mentem suam proderet foris. Hæc omnia testatus est Laurentius Perpignano notarius, qui Beatum cognovit ab ætate illius annorum quinque, cum eoque familiaritatem coluit, tam ante, quam postquam ille Religionem professus est, et in multis itineribus ejusdem comes fuit; idemque pro certo habuit, illum ipso, quo obiit, die æque virginem fuisse, quam quo natus est. Sed et alii quoque insignem illius puritatem admirantes eum angelum potius, quam hominem, reputarunt.

eidem servanda caute invigilat,

C 37 Tam singularis erat honestatis, ut, si quid infirmitatis in corpore suo contraxisset, nollet ei a quoquam manus applicari. Nunquam cum mulieribus familiaritatem coluit, et quando loquebatur cum eis, id agebat, vel ut aliquid spiritalis solatii in angustiis impertiretur, vel ut easdem in viam divini servitii conducere. Atque in hisce insuper tam erat moderatus, ut post pauca verba recederet: si vero illæ replicarent, quo eum diutius audirent loquentem, Abite, filiæ, aiebat, ego non obliviscar Deum orare pro vobis; atque ita dimittebat. Fuit hoc maxime observatum in Indiis, ubi nullam umquam mulierem in obsequio admisit; cum illis in partibus soleant mulieres Indæ Christianæ doctrinæ doctoribus, seu parochis, inservire. Affirmant præterea multi e principioribus personis, nunquam se conversatos fuisse cum homine modestiori, et in quo puritas candorque animi magis eluceret; qua de causa in singulari habebatur honore, et Sanctus audiebat.

inmissam ad eam violandam mulierulam verberibus abigit:

38 Insigne hujus rei argumentum habemus ex occasione, quam inter Indos ei dæmon obtulit. Nam hi irreprehensibilem boni Patris vitam et amorem solitudinis suspicientes, voluerunt in Tubara honestatem ejus tentare, submittentem astutam callidamque feminam, quæ ipsum ad offendendum Deum incitaret. Quæ

cum illum callide ad fores evocasset, ac diabolico artificio ad peccandum provocasset, Beatus arrepto cingulo, quo utebatur, infictis verberibus repulit. Tum, Ignosce mihi, inquit mulier: non enim ego hoc mea sponte inceptavi; sed violenter adaeta: exposuitque, quo modo ad hoc facinus subornata fuisset ab Indis. Hos vero iste eventus tam pie affectit, ut non tantum bona illius inter ipsos fama confirmata fuerit, verum etiam creverit.

39 Alterum casum archiepiscopus Insulæ S. Dominici refert in Historia Mexicana Ordinis Prædicatorum d. Nimirum: prædicante B. Ludovico in Novo regno Granatensi, quidam ex præcipuis viris, eidem admodum deditus, nec minor ejusdem sanctitatis admirator, ac conversationis amans, inordinato affectu erga quamdam honestissimam feminam exarsit; cujus valida honestatis arce per astutam diligentiam, prodigique sagacis amatoris promissa, insidiosæ ac continue impugnata, tandemque victa, ambo in peccatum lapsi sunt, eoque perseverarunt. Beatus hac re ultra modum percussus, ut suo fungeretur munere, perversum amasium fortiter redarguit; verum hic, velut harum voluptatum mari incaute nimium immersus, parum ipsi auscultavit. Reverso deinde Beato zeli pleno, ac reprehensiones, primo molles, deinde acres iterante, cœpit perversus homo fastidire; eoque processit illius cæcitas, ut, qui illi assentiri, ejusque sana consilia exsequi debuerat, inierit aliud a dæmone suggestum, castissimi Patris sanctitatem violare conatus.

40 Hunc in finem bonam denariorum summam cuidam impudicæ juveniculæ donavit, ut hæc detestandis suis artibus candorem purissimi Religiosi contaminare niteretur. Erat illa pulcra et mirabiliter venusta, et eum eleganti levitate fastose ornata: sperabatque fore, ut ob pretiosas vestes suas majoris fieret, et reprehensionibus minus exposita, atque in omnem eventum spectabilis conditionis credita, velut persona alicujus auctoritatis Beatum præ metu facinus suum tacere compelleret. Accessit audax mulier, quo tempore ille maxime solitarius degerebat, circa mediam noctem, et portam hospitoli ejus clausam inveniens, tintinabulo sonuit. Vigilans pius Pater ex importuno tempore suspicatus, se ad audiendam confessionem, aliave urgenti de causa evocari, ad portam cum lumine accurrit; sed antequam aperiret, petiit, quis adesset, et a quo missus; et illa nefarium propositum suum, quam potuit, optime indicavit.

41 Hoc, ille, audito, totus exhorruit, frontem suam pectusque sæpe cruce signavit, ostioque diligenter obfirmato, recessit in ecclesiam, ubi se severe et inusitato cum rigore flagellavit, tam vehementer sonantibus ictibus, ut curiosa mulier, nondum omni spe abjecta, eorum strepitu impelleretur ad videndum, quid id rei esset. Accessit ergo ad ecclesiam, et per rimas studiose speculans, causam strepitus vidit, Patremque post diuturnam sui flagellationem diuturnis pariter precibus insistentem, ut Deus se (prout ipsemet postea asseruit) diabolicis technis liberaret. Fert ibidem fama, Beato post flagellationem deliquim passo et humi extenso SS. Mariam Magdalenam et Catharinam martyrem apparuisse, corroborantes eum, et ab iis, qui cum muliere aderant, visas,

A. AVIGNONO.

et alteram ab ab honorato viro, cujus libidinem Sanctus reprehenderat.

d

E

eundem in finem subornatam.

F

acerrima sui flagellatione et ad Deum fuis precibus,

A. Avignon. visas, et ex earundem insignibus cognitas fuisse.

ut et virum, qui eam subornaverat ad penitentiam adducit.

42 Post trium horarum spatium Pater ad sui hospitii portam reversus eandem mulierem invenit, quanto antea pervicacem in malo, tanto nunc mutata, tamque timoratam, ut non ausa fuerit domum suam reverti. Cui Pater ait: Vade, filia, in pace, et cave, ne quid simile imposterum tentes, ne Deus te, dum minime putes, castiget. Ipse quoque inceptor sceleris tantum doluit, ut postridie ad pedes Patris procumbens perfusus lacrymis flagitaverit commissi veniam, paratumque se exhiberit ad quæcumque ille imperaret. Suscepit illum solita sua mansuetudine benedictus Pater, et salubre illi consilium dedit; ipse vero mente contritus et obtemperans penitentiam egit. Sic ille duas animas lucratus est, et nobis admirabile suæ castitatis exemplum reliquit.

Hanc illibatam Sancti virgin-tatem Deus celesti fragrantia

43 Alterum ad persuadendam virginitatem B. Bertrandi argumentum petitur a supernaturali fragrantia, quam spirabat sanctum corpus ejus non solum post mortem, verum etiam multis annis ante; quo favore Deus multos sanctos, ac passim virgines honoravit. De patre nostro S. Dominico legitur, quemdam litterarum studiosum, dum vellet illius manum osculari, suavem sensisse odorem, per eumque sensuali tentatione liberatum fuisse. S. Vincentius Ferrerius, S. Thomas Aquinas, et S. Catharina Senensis, multique alii Sancti, quos virgines fuisse, constat, ea gratia gavisi sunt, ac noster quoque B. Bertrandus, non semel ac iterum, sed sæpissime ac multis annis, priusquam moreretur, atque insuper postquam mortuus fuit. Innumeri sunt, qui pro hoc odore testimonium dixerunt.

testatam voluit a plurimis perceptam,

44 Frater Antonius Catalano conventus S. Onuphrii ait, e Beati manibus prodisse insolitum gratissimum odorem, talemque, qualem hodieque spirat planeta, qua usus fuit S. Vincentius Ferrerius, que hactenus servatur in Alcagniz. Francisca Ferreri, apud ipsum confiteri solita, asseruit, se ex ipso ejusdemque tunicis odoratam esse celestem fragrantiam; sicut etiam in capitulo de Oratione dicitur. Violenta Guincar apud eundem confessata, e sede confessionali recedens, odorem experta est suavissimum. Pater frater Melchior de Moreglia affirmavit, se semper, dum illi adstitit, sensisse eundem bonum odorem, quo maxime recreabatur; sæpeque dum interesset SALVE e, demissosque in terram oculos haberet, ex eodem odore percepisse, quandonam ille transiret. Primus e Religiosis, cujus Missæ frater Petrus Joannes Saragoza, rector collegii Oriolæ, dum erat novitius, inservivit, fuit B. Bertrandus, ex ejusque sacris vestibus, dum eas exueret in sacristia, odorem gratissimum prodeuntem percepit.

tam dum ille viveret,

45 Idem ipse Beato, postrema infirmitate sua laboranti, semestri spatio in cella ministrans, eandem odorem, quem ante in sacristia senserat, odoratus fuit, et odorari perseveravit, quoties ejusdem vestes librosve contingeret. Simillimum etiam testatus est frater Joannes Baga, qui asseruit, se nec divinando assequi potuisse, qualis esset odor quo B. Bertrandus fragrabat, quippe qui nulli terreno esset similis. Pari modo medici Ludovicus Collapo et Josephus Reguart, qui illum ordinarie visitarunt, testati fuere, eandem, non ob-

stantibus infirmitatibus suis, a quibus fœtere debuisset, mirum in modum bene oluisse, seque id expertos esse, quoties ad explorandum arteriæ pulsus ad ejus lectum accesserunt; ita ut Reguart ejus rei causam investigandi gratia stragula ac lintheamina lecti diligenter scrutatus, plurimum admiratus fuerit insoliti qualitatem odoris, qui nec florum, nec musci, nec succini erat similis.

46 Porro hanc fragrantiam, non solum eo vivente, sed etiam mortuo, perceptam fuisse, constat ex innumeris testibus f, inter quos nobilis eques Franciscus Ludovicus Blanes dixit, se quidem eam sensisse, dum ille viveret, sed multo majori cum admiratione odoratum esse simul atque expiravit; priusquam autem cadaver indueretur, pro sua erga ipsum devotione ejus pedes osculans, ultra modum obstupuit ex tanta suavitate odoris; quam ob causam et ipse quoque circumcirca scrutatus est, sicubi forte quædam odoramenta adessent; sed nihil ejusmodi reperto, tanto magis miratus est, quanto magis oppositum contingere debeuerat in corpore B. Bertrandi, tum quod tibias haberet plagis infectas, tum quod tanto tempore infirmus decubisset in lecto. Id ipsum etiam varii affirmaverunt; ac nominatim Philippus Fuset, civis Valentinus, qui etiam in cellam ingressus fuit, postquam Beatus obiit, aliique, corpore insepulto jacente in ecclesia; et specialiter Gaspar Gari subdiaconus, qui illius manibus oscula figens recepit odoratum, quem plus triginta annos amiserat, hausitque suavissimum odorem, de quo infra redibit sermo.

quam cum obierat.

47 Percepta insuper eadem fragrantia est die translationis corporis ipsius in sepulchrum, in quo hodieque situm est, moxque ut aperta tumba fuit, in qua primo positum fuerat; quod Josephus Monleone, litterarum studiosus, dominus Henricus Ferrerius, et Franciscus Vaziero notarius speciatim testati fuerunt. Ex quibus omnibus manifeste conficitur, B. Bertrandum fuisse castissimum et virginem. Est et aliud, quod id ipsum magnopere confirmet; nimirum quod ipsemet, dum in Indiis degebat, cuidam domine, cui erat a sacris confessionibus, dixerit, se virginitatem suam per gratiam Dei semper servasse, virginemque esse, qualis prodierat ex utero matris suæ.

atque etiam postmodum, quando ejusdem corpus in alio sepulchrum translatum fuit.

ANNOTATA.

a De hisce ita Clemens X Papa in Bulla Canonizationis: Ab ipsis Indiis visus fuit a terra in ecstasi elevatus.

b Luce cap. 9, §. 29.

c Vereor, ut hanc vocem recte verterim: nam Italice est: certe pagnotelle, quam vocem in Lexicis non reperi.

d Avignonus hic in margine laudat Roccam in Vita hujus S. Ludovici tract. 1, cap. xi, ubi hic laudatum Dominicopolitanum in Hispaniola, ampla Americæ Septentrionalis in mari Boreali sita insula, archiepiscopum, Augustinum de Avila Padilla appellat, de quo consulti potest Echardus in Bibliotheca Prædicatorum tom 2, pag. 351, unde hic observasse sufficiat, ipsum S. Ludovico synchronum et ante acceptum archiepiscopatum ejusdem Ordinis S. Dominici professum fuisse.

e Nempe

A e Nemppe, ut existimo, dum Antiphona de beatissima Dei Genitrice SALVE, REGINA cantaretur.

f Adi etiam dicta in Commentario prævio num. 53.

CAPUT III.

Persecutiones, quas Sanctus a dæmonibus ac perversis hominibus pertulit: intrepida ejusdem prædicatio et fructus: vitæ pericula propterea superata.

cap. VII.
A dæmonibus
sepe

B Placet Deo amicos suos in virtute patientiæ exercere, atque in hunc finem laxare frena dæmoni, ut hic possit eos molestiis et persecutionibus affligere, eaque ratione ista virtus manifestetur, luceatque in toto mundo et per omnia secula. Sunt proinde persecutiones peritiles servis Dei, ut magis magisque mundentur, et illustrentur gloriosis triumphis, quibus moveant admirationem hominibus, lætitiâ angelis, et divinæ Majestatis adaugeant gloriam. Non pervenisset B. Bertrandus ad tam excelsum sanctitatis gradum, si ei defuissent insidiæ et persecutiones dæmonis; quia ex hisce per arma pœnitentiæ et orationis, aperto adversus ipsum dæmonem bello, velut alter S. Antonius, secretas victorias reportavit. Ad hoc propositum ipsemet cuidam amico suo sic ait: Obstupesceres, frater, si scires, quas molestias mihi dæmones creent. Aliquando me projiciunt ex loco, in quo dormio, coguntque me meis manibus me defendere; aliquando me fustibus cædunt; alias nituntur horrendis spectris terrere, ut me orantem perturbent; sed per gratiam Dei semper tandem abscedunt confusi.

diris modis
tractatur.

C 49 Narravit etiam cuidam, se, dum noctu per ecclesiam conventus Valentini incederet, vidisse dæmonem vultu ferocem prope vas aquæ lustralis, qui ibidem stare videbatur, ut impediret ejusdem aquæ usum, quem odit. In Indiis illum vehementer persecuti sunt dæmones; cum enim orandi seque flagellandi gratia quemdam montem sæpe ascenderet, ibidem ab iis mulctabatur verberibus; et nonnulli, qui ipsum secreto fuerant secuti, audiverunt eum conquerentem his verbis: Sinite me, proditores! In Tubara quoque in sua exigua casa ab iisdem exceptus verberibus est, ut supra diximus; et in eodem loco ob conversum ad Christiana sacra baptizatumque unum e præcipuis viris, senem et infirmum, pessime habitus.

Dieteria, calumnias,

50 Nec satis dæmonibus fuit, ipsum tam sæpe tractasse, sed etiam homines ad eundem affigendum concitarunt. Ex hisce fuerunt nonnulli, qui, quod ille pro Sancto haberetur, invidentes, injuriosis dieteriis eum calumniabantur, Hypocritam, Deceptorem et Idiotam vocitantes; quæ omnia ille patientissime ac sine ullo sensus indicio tolerabat. In Cipacoa a
Octobris Tomus V.

cum esset in ecclesia cum Francisco Ribera, accessit quaedam persona, quæ ira percita multa ei convicia ingessit: cui Servus Dei eximia cum mansuetudine ac hilaritate respondit, recte ipsam omnia dixisse, veniamque petiit, quia gravis erat peccator. Volenti autem Ribera Beatum tueri, omnesque injurias et male facta, in Bertrandum congesta, regerere in caput calumniantis, obstitit ille, eosque reduxit in pacem.

51 Valentini cum Beatus censuisset, non expedire, ut quorundam nobilium equitum causam susciperet, illi indignati et ulciscendi cupidi, convenerunt, ut eorum unus fingeret se graviter ægrotum, Servumque Dei ad sese in quandam domum evocari juberet. Quo facto, nobilitatis suæ immemores, ceperunt illum ibidem illudere atque indignis modis verbisque excipere, exprobrantes, pravum Religiosum esse, et ad has illasque domos, quo magis luberet, discurrere. Ad hæc Beatus pro more suo mansuete et cum solita patientiâ respondit: Ego, domini, eram in mea cella, et vos me huc arcessistis: quod autem dicitis, E me improbum esse, tam verum est, ut nemo me melius, quam vos, noverit. Quæ proinde ab illis libens passus fuit, et ad conventum suum reversus est.

injurias ab hominibus sibi illatas æquo animo perfert,

52 Tentavit dæmon, quantum potuit, ipsum diffamare, ut ejusdem concionum fructus impediret. Capitaneus Sanciz testatus est, ipsum a calumniatore accusatum fuisse, quod duos filios ex duabus Indis infidelibus procreasset quos ipse Capitaneus in sua domo aleret. Quam calumniam idem Capitaneus ægerrime ferens, auctorem illius jussit ad se vocari, causa magni momenti negotium tractandi prætenta: at venire nolentem ipsemet accessit; dixitque: Ignave, unde tibi ista audacia, ut tantam calumniam Viro sancto impingas? simulque gladio suo ejusdem faciem percussit, vulneravitque. Quod ubi Beatus rescivit, vehementissime doluit, cum eoque conquestus est, asserens, se majorem isto peccatorem esse, ac multo pejora de se dici potuisse.

aliterque calumniatori sceleris penam remitti obtinet.

53 Pari modo incitavit dæmon quandam Indam, nomine Marinitam, ad Beatum infamandum. Erat hæc concubina cujusdam Hispani, ex quo liberos habebat; ne vero pœnas penderet quæritori, quem episcopus eo miserat, persuasit ei, ut culpam B. Bertrando affingeret. Vulgabatur hæc infamia per totam istam regionem cum dolore bonorum omnium, apud quos optima erat de Patre existimatio. Sentiebat et ipse, ut conjicere licet, hanc injuriam; sed solabatur se cum Christo crucifixo. At placuit Deo, ut, facta inquisitione, veritas patesceret; cumque magistratus castigare vellet amasium concubinae, intercessit pro eo Servus Dei, suisque precibus veniam ei impetravit; ac suadendi socio suo, ut flagitiosum istum calumniatorem plecti permetteret, Tace, respondit, charissime frater, non in omni causa procedendum est ex rigore justitiæ, et oportet paululum tolerare et ex amore Dei pati. Neque tantum injuriam ei condonavit Beatus, verum etiam, postquam subtraxerat pœnæ, eodem imposterum familiariter usus est, non secus atque semper arcta inter eos amicitia intercessisset.

54 In alia item occasione probavit Beatus, 54 examussim

A. AVIGNONO.
Divina in duos
Sancto injurios
vindicta.

examussim se inhære doctrinæ Evangelicæ, quæ jubet bene facere inimicis. Duos viros de quibusdam vitiis reprehenderat, qui vindictæ ergo januam casæ, in qua Beatus hospitabatur, conspurcarunt, quod ad infamandum quempiam fieri assolet. Atque id ipse quidem patienter lætoque animo tulit; sed Deus, cui suorum honor cordi est, sceleratos illos castigavit, permittens, ut eorum alter subitanea morte tolleretur e medio, mortuusque instar picis niger appareret; alter vero, qui fortasse minus reus erat, in morbum incidit, atque ita aliquot annis patiendo lueret, manibus captus pedibusque, eoque deveniret, ut, licet sanæ mentis esset, ipsemet faciem suam conspurcavit, quemadmodum conspurcaverat fores Bertrandi.

VIII.
Assiduus erat
in concionando
et ab omnibus
expetitus.

55 Fuit Servus Dei in procuranda animarum salute maxime assiduus, non solum privatis monitis, verum etiam publicis sermonibus, quos habuit continue (nisi adversa valetudine præpediretur) in omnibus locis, in quibus habitavit; et propter famam virtutum et sanctitatis auditus libenter fuit, et propter fructum spiritalem in omnibus expetitus ecclesiis. Proinde sæpe conciones habuit in cathedrali ecclesia Valentina, in parochialibus, et in conventu suo. Prædicavit etiam aliquo tempore in domo puerorum S. Vincentii Ferrerii, doctrinam Christianam eis exponens. Rogatus præterea fuit a sacris inquisitoribus, ut concionaretur in publico actu Inquisitionis; verum ille se excusavit humiliter; oportuit tamen, eum id ut minimum semel facere; uti fecit. Et quamvis tunc ex multis suis infirmitatibus haberet pectus plenum pituita, et raucas fauces, nihilominus, non etiam obstantibus magna fori amplitudine et ingenti auditorum copia, ab omnibus bene auditus fuit; ut testatus est doctor Jacobus Hernandez de Herra, sancti Officii promotor fiscalis, asserens, Deum tunc voluisse Beati merita sic numerare.

quæ argumeta
potissimum
tractaret ante
concionem
consulebat
Deum:

56 Non solebat auditores suos in diem crastinum invitare; quia ex humilitate sua non consueverat se Prædicatorem dicere, sed Pauperulum surdum. Quamquam autem non uteretur ornamentis Rhetorices, quibus aures delectaret, erat tamen vehementer expetitus, quia verbum Dei ejus ore prolatum admirabiles creabat effectus. Persuadebat efficaciter (gloriosum patrem S. Dominicum imitatus) devotionem Rosarii, consueveratque semper narrare aliquod exemplum insignium favorum, quos Mater Dei præstitit recitantibus Rosarium, cui ipse erat addictissimus. Pio quoque cum affectu commendabat preces pro animabus in purgatorio detentis: nec minus efficaciter cohortabatur, ut pœnitentiam agerent, et peccandi occasiones vitarent; ipsemet facie pallidus totoque corpore emaceratus viribusque exhaustus ac debilis, vere se pœnitentem exhibens; unde uberes fructus referebat. Quemadmodum ante concionem in cella sua consulebat Deum de eo, quod prædicaturus erat, ita etiam faciebat in sacristia templi, ubi erat dicturus, ex qua egrediebatur tam accenso vultu, ut aliquoties radiare visus fuerit splendore, de quo supra.

peccata publica
intrepidus re-
prehendit;
quare vir nobilis

57 Severus erat in reprehendis peccatis, maxime si essent publica; quod quidam tam ægre tulerunt, ut mortem denique ei minati fuerint; at non propterea metuebat Vir san-

ctus, imo tanto magis invictum præferbat D animum, respondebatque, se pro Jesu Christo libenter laturum, quicquid illi possent adversus se; nec prætermittendum dicere, quod sentiebat. Dum præerat conventui S. Annæ de Albayda, in quadam concione peccata publica reprehendens gravissime offendit virum nobilem, ratum, ab eo quædam peculiaria de se dicta. Egredienti igitur Beato ex ecclesia, ut domum ejusdam, Moton appellati, adiret, comitante famulo, Francisco Mora nomine, dictus vir nobilis per quemdam alumnus suum significavit, trucidatum se ipsum, nisi de iis, quæ pro concione dixerat, palinodiam recinisset: quæ ei nunciata fuerunt coram prædicto Mora aliisque.

58 Respondit pro more mansuete Beatus, felicem beatumque sese reputatum, si mori contingeret propter ea, quæ prædicaverat; hæc enim ratione futurum se martyrem ac singulari Dei beneficio potiturum. Postridie Beatus, cum eoque idem Franciscus Mora, ad conventum redeuntes e loco multum inde distante conspexerunt virum illum nobilem magnis passibus equo adventantem, manum minori fistula ignivoma bellica armatum. Mora totus perterritus suadebat Beato, ut declinaret occursum, petebatque instanter tam ratione salvandi Patrem, quam etiam magis seipsum: verum ille fretus Deo iter suum intrepide prosequabatur. Accurrens vir nobilis ferocissimo vultu raucisque faucibus in hæc verba prorupit: Improbe frater, tunc ausus me reprehendere? Eodemque tempore versa in innocentis Religiosi pectus fistula, rotulam remisit, ut eum occideret.

59 At Bertrandus sine minimo turpis metus indicio, elevato versus fistulam brachio dextro signum Crucis formavit, et ecce, illico disruptum est infernale istud instrumentum, solitoque gravius visum fuit equi, quod dum ille aspexit, vidit illud (o summum prodigium!) in Crucifixi imaginem mutatum. Quo inopinato eventu attonitus et compunctus corde, descendit, seu potius præcipit sese ex equo totus tremebundus, et in amaras lacrymas prorumpens, ad Beati pedes provolutus F delicti veniam humillime petiit. Servus autem Dei pro sua solita clementia eum consolatus dimisit. Deinde vero ad Moram conversus dextro pollice suo illius pectus signo Crucis signavit, præcipiens, ne, quamdiu ille viveret, id cuiquam revelaret; Quamvis (addebat) hæc super re non sis interrogandus, antequam triginta anni elapsi fuerint. Atque ita vere contigisse dictus Mora testatus est, cum primum anno mxcviii b accessitus fuerit, ut tam mirabilem casum suo testimonio firmaret. Qua in re Beatus se non minus prophetam, quam Sanctum probavit.

60 Inhærebant duo honorate conditionis viri cum publico offendiculo in notorio concubinato, quos cum Beatus primo aliquoties privatim, deinde etiam aliquot vicibus in publicis concionibus, peccatum istud generatim insectando, monuisset, nec quidquam proficeret, statuit eos (sic exigente offensa publica) in cathedra publice reprehendere; quod et fecit asperime. Id autem sic contigit: ascendens suggestum Beatus sensit, sibi in pectore suo dici quæ dicenda essent, singulaque verba impressa memoriæ tenuit. Hinc magno animo et obfirmata

cutum belli-
cum in ipsum
explodere nati-
tur;

at ubi in Cru-
cifixi imagi-
nem verso, ve-
niam petiit et
obtinuit:

b

duo alii, ne-
cem ei molien-
tes, ad pœni-
tentiam addu-
cti:

A mata voluntate, velut alter S. Joannes ad Herodem, cœpit hos publicos peccatores arguere; quorum unus tam impotenti fuit ira percitus, ut omnino decerneret ipsum e suggesto præcipitare; sed prohibitus flamma, qua cum circumdatum vidit: qua re præ metu contremiscens, domum suam festinavit, et, quod factum fuerat, concubinae exposuit. Hæc autem terrore pariter plena sine mora ad Beatum accurrens, flexis genibus, delictum suum deflevit, et ab eodem in bono proposito suo confirmata ad sui patris domum remissa fuit. Alter criminis socius pari ira furens et obcæcatus statuit Servum Dei pessime ferire; qui cum circa ecclesie fores consisteret, videretque malo animo advenientem, quamvis posset se recipere in ecclesiam, id non modo non fecit, sed accensus desiderio pro veritate et justitia moriendi, eidem occurrit, et benigne salutatum rogavit, si quid a se posceret. Verum iste mentem suam subito mutavit, et, positus coram illo humi genibus, temerarii sui impiique propositi veniam flagitavit.

a malevolis missi exploratores cohibiti:

B 61 Prædicante Beato in quadam ecclesia campestri quidam alicujus auctoritatis vir, avebat scire, si quid ille adversus suos improbos mores diceret, ideoque tres viros, singulos seorsum ne alter de altero quidquam sciret, juramento obstrixit, ut sibi renunciarent, si quid ab eo in se dictum fuisset. Accidit, ut, cum ecclesia a vico remota esset, ultimi trium tertium assequerentur, omnesque gravi tristitia illico corripentur, nec eorum quisquam auderet mœrorem suum indicare. Eorundem unus tandem sic ait: Amici, sumus omnes tristes, suspicorque mœrorem omnium ex una eademdemque causa oriri. Per vitam vestram dicite, cur tristemini. Responderunt duo: Nos dolemus quod adversus hunc sanctum Virum exploratores missi simus. Eadem etiam mei causa doloris est, subjecit tertius. Inter hæc ad ecclesiam pervenerunt, jam cœpta concione, audieruntque Beatum hæc verba proferentem: Pharisæi non nisi unum Judam adversus Christum expetierunt; sed, qui mihi male vult, tres expetiit adversus me. Quibus dictis, tres hæserunt attoniti, quamque de B. Ludovico Bertrando bonam æstimationem ante conceperant, in ea magis confirmati fuerunt.

inmissi latrones deterriti: adultera reducta ad frugem.

62 Aliquando, dum mantica emendicatio pane plena onustus ad conventum rediret, in via eum duo viri adorti sunt, ut occiderent, missi ab aliquo, quem ipse reprehenderat. Sed eventit, ut ejus faciem intuiti tanto corripentur tremore, ut viribus animoque destituti execrabile mandatum nequiverint exsequi. Prædicaverat sæpe adversus quamdam adulteram, quæ nihilominus volebat a peccando desistere. Quadam vero nocte cum sola esset, intempestive expergefata vidit in cubiculo suo magnum splendorem eoque in medio B. Ludovicum totum lucidum, digito fronti opposito ei minantem. Quod ipsam tantopere perterruit, ut accessito adultero denunciaverit, nolle se imposterum cum ipso in eo peccato perseverare: unde et ipse quoque facti poenitens effecit, ut mulier ad maritum suum revertetur.

ANNOTATA.

a *Locus in America est.*

b *Ex dictis in Commentario prævionum. 33 et sequenti S. Ludovicus post gestum Albaidæ vicariatum anno 1560 præfectus fuit tirocinio Valentino, a quo anno usque ad annum 1598 certo plures, quam triginta anni effluerunt; ut adeo triginta annos, quos Sanctus memoratum factum inter et expetendum Francisci Moræ de eodem testimonium elapsuros prædixit, oporteat non stricte, sed latius interpretari; quasi dixerit, ut minimum triginta ac etiam plures intercessuros. Porro ex anno 1598, quo Mora istud primus testatus fuit, manifestum fit, cur nec in Vila prima per Antistium, nec in Relatione quatuor Auditorum Rotæ Romanæ ad Gregorium XV ulla de eodem miraculo exstet mentio; nimirum, quod tam hæc, quam illa, eo anno priores sint. Secus est de Bulla Canonizationis anno 1671, a Clemente X Papa edita, quæ illud secundum partitionem nostram num. 10 merito celebrat. Vide etiam, quæ in Commentarii prævii § III de ejusdem Sancti effigie ibidem exhibita observavi.*

CAPUT IV.

Donum Prophetiæ et Notitiæ spirituum, quo Sanctus dotatus fuit.

EX multis eventibus constat, Deum prophetiæ spiritum cum B. Bertrando communicasse, ac præter plurima, quæ hanc in rem supra jam retulimus, quædam alia in hoc capitulo memorabimus. S. Theresia, Ordinis patrum Carmelitarum discalceatorum fundatrix a primis annis, dum cœpit eum Ordinem instituire, super hoc proposito suo diversas spirituales personas consuluit; ac peculiariter scripsit ad B. Bertrandum, exponens desiderium suum et rationes, quibus inducebatur ad rem tanti momenti, quæque tot difficultatibus turbisque obnoxia erat, aggrediendum. Accepta hæc epistola, Beatus hoc negotium Deo commendavit, et post tres quatuorve menses responsoriam ei misit subsequentem.

cap. IX.
S. Theresiam ad institutionem Ordinis Discalceatorum

64 " Mater Theresia, litteras tuas accepi, et, " quia negotium, de quo me consuluisti, ad " Dei cultum plurimum attinet, volui illud " prius meis tepidis precibus et Sacrificiis divi- " næ Majestati commendare; eaque causa est, " cur respondere tardaverim. Modo in nomine " ejusdem Domini dico tibi, ut sumas animum " ad tantum opus aggrediendum, Deum te adju- " turum, tibi que faurum; et illius nomine " te facio certiore, non elapsuros quinqua- " ginta annos, quin vestra Religio futura sit " una ex illustrioribus, quas habet Ecclesia " Dei, qui etc. Valentia, etc. b. " Hoc recepto responso, S. Theresia inspiratum sibi a Deo opus felici successu prosecuta fuit; patuitque vaticinii veritas, ut totus mundus agnovit, agnoscitque,

animat, ejusdemque felicem progressum prædicit.

b

A. AVIGNONO.

agnoscitque, cum ista Religio tantopere accreverit, tantosque in Ecclesia fructus ferat.

De tribus Religiosis vario vaticinatur,

65 E tribus Religiosis unius Ordinis, qui Valentiam advenerant, duo B. Bertrandum inviserunt, quos ille ad cellam S. Vincentii Ferrerii conduxit, ac ibidem relinquens, ad suam regressus est, in qua tribus horis (quo tempore interim orasse creditur) moratus fuit. Post hæc ad eos reversus consedit cum iis in loco medio, et ad eum, qui sedebat a dextris, ait. Pater, vestra reverentia est Benjamin, id est, Filius dextræ; qui, cum eo nomine a suo patre Priore appellaretur, dictum admiratus est. Sermonem prosequens Beatus adjecit: Nonne tres in hanc civitatem adventarunt? Cur non nisi duo huc venistis? Responderunt: Tertius, Pater, noluit venire nobiscum. Tum vero Servus Dei inquit: Placeret mihi, si calammum et atramentum haberetis ad scribendum, quæ dicturus sum. Video ibi arborem cum tribus ramis, quorum primus, utut irrigetur, non feret fructus, ac propterea abscindetur, et in oculo loco collocabitur. Secundus dabit fructum, sed amarum, proindeque brevi amputabitur; jamque videor illum videre in sepulcro. Tertius proferet fructum suavem; ideoque conservabitur.

trino eventu probante,

66 His dictis, subito silentium eis imposuit de iis, quæ dixerat, allegans Christi verba ad Apostolos post Transfigurationem Matthæi xvii: « Nemini dixeritis visionem, donec Filius hominis a mortuis resurgat. » Deinde rogatus ab eis, verumne esset, istam Deiparæ imaginem, in eadem cella positam, locutam fuisse cum S. Vincentio; respondit, in verum esse, atque insuper locutam fuisse cum quodam fratre, in eodem conventu habitante. Dicentibus autem ipsis: Is fuerit Reverentia vestra, reposuit, sibi non licere dicere, quis iste sit. Porro e prædictis Religiosis unus factus est tam ineptus, ut, amisso rationis usu, reliquæ vitæ suæ tempore inclusus fuerit. Alter, quamquam bonus Religiosus, asperæ tamen molestæque naturæ erat, ac modico tempore post obiit. Tertius, boni exempli vir, in Ordine suo admodum pie vixit c.

C Præfato injuriam a Deo puniendum prædicit,

67 Dominus Joannes Boil de Arenos inter colloquendum cum Beato, ei ait, quemdam præcipuæ conditionis nobilem equitem sine causa molestias creare cuidam prælato, idque multis exposuit. Ne miretur vestra dominatio (reposuit Beatus) si Deus ipsum castiget. Post paucos dies dictus eques in magnas ipsemet molestias incidit; nec dubitabat dominus Joannes, quin hæc esset divina castigatio, quam Beatus indicaverat. Verum vir iste ex iis perhonorifice emersit. Quod dominus Joannes advertens, dubitavit, an Beatus non fuisset falsus: sed inde paucos dies post manifestata fuit prophetiæ veritas: nam nobilis iste eques subitanea morte sublatus est, nec oportunitatem præsentis sacerdotis nactus, nec tempus, quo posset nomen Jesu invocare.

filiamque unicam sanandam, et hujus matri filium nasciturum, promittit:

68 Dominus Jacobus Ferreri, gubernator Valentiae, cum haberet filiam unicam (quæ postmodum fuit vice-comitissa de Celva) variolis acriter laborantem, precatus B. Bertrandum est, ut eam inviseret, et, oraret pro illa. Accessit ille, dixitque dominæ Blancæ, matri ægrotantis et domini Jacobi uxori, quæ vehementer afflicta erat: Sume animos, domina, et confide Deo, filiam tuam sanandam victuram-

que: tibi vero divina Majestas concedet filium, D qui pariter sospes erit. Atque ita convaleuit infirma, et intra annum natus ei est filius, qui hodieque vivit, et dominus Ludovicus vocatur.

69 Domina Raphaëla Fernandez de Heredia, innupta virgo, valde tristabatur, quod jam a multo tempore nullas a fratre, Neapoli commorante, litteras accepisset. verita, ne ille obisset cum alias singulis mensibus soluisset ad ipsam scribere. Solatii ergo gratia adivit Beatum, qui jussit eam minime timere: nam et fratrem ejus non solum esse sanum, sed etiam prosperrime agere, eamque eo ipso die hisce conformes litteras cum aliquo insuper subsidio recepturam. Redit domina læta domum, et præ fiducia, quam ex B. Bertrandi verbis conceperat, noluit ullo cibo vesci, priusquam litteras a suo fratre accepisset. Allatæ hæ fuerunt hora diei vigesima prima, prosperum illius statum annunciantes, cum inclusa schedula collybistica nonaginta scutorum, quæ ipsi mitebat. Ab eadem Raphaëla rogatus, ut pro se Missam diceret, mox dixit; qua finita, ipsa doluit, quod non haberet penes se nummos, unde ei eleemosynam daret; et idcirco non audebat ad illum manum osculatura accedere; accessit tamen, jussitque eam Servus Dei ad suam sedem excipiendis sacris confessionibus destinata se recipere, ubi, antequam illa verbum protulisset, ait: Ne turberis propter me, domina; non enim volo eleemosynam pro Missa. Quo audito, mirata illa est stupuitque, quod ipse sua sensa novisset.

læta cuidam dominæ prædicit: alterius secretum nosci.

E

70 Dum erat Prior conventus S. Onuphrii, Bertrandus e cella sua prodiens fratri Andrea Cabrerizo, socio suo, dixit: Videsne Religiosum istum? Admodum ei gravis est habitus, ideoque cum exuit, et evenient ei mala et adversa gravissima. Recordare, quæ tibi nunc dico, et experieris, me verum dicere. Multis annis post idem Religiosus habitum exuit, et adversis casibus misere conflictatus est. Eidem fratri Cabrerizo de quodam alterius conventus Religioso etiam ait, magnam ipsi imminere tribulationem; eundemque valde negligentem esse. Apparuit id Cabrerizo incredibile; quod tamen P omnino verum esse, constat. Domina Anna de Casteli, uxor nobilis viri Christophori Pertusa, habitans in Museros, nocte Natalis Domini cum aliis dominabus ad Officium Matutinum ad ecclesiam conventus S. Onuphrii accessit. Finitis divinis Officiis, beatus Bertrandus eas omnes, dum egrederentur ex ecclesia, salutavit; sed ad dictam dominam Annam adjecit: Domina, vestra dominatio venit hac nocte visitatura novam Puerperam. Age! vices tibi reddet, venietque, ut tibi adsit in morte tua, brevi eventura. Itaque intra quindecim dies ejusmodi infirmitas cum corripuit, ut intra quatuor horas ad meliorem vitam transierit.

Bonorum religiosorum calamitates, dominæ ejusdem obitum.

71 Cum dominus Jacobus Centeglias filium haberet tam acri febre laborantem, ut jam a medicis destitutus esset, citato equo ad conventum S. Onuphrii occurrit, B. Bertrandi preces pro ægro flagitaturus; eoque ibidem non reperto, perrexit ad ecclesiam S. Mariæ de Albuycce, ubi ille eo die prædicabat, et cum sollicito affectu paterno supplicavit ei, ut pro moribundo filio suo intercederet. Cui Beatus post fusas preces, Vade, inquit, hilariter, domine

duorum ægrorum sanitatem prædicit; delictum occultum,

A mine Jacobe ; nam filius tuus non morietur eo malo ; et ille Valentiam rediens ægrum defunctum periculo invenit. Aliud simile beneficium præstitit eidem domino Jacobo, dum hujus uxor, domina Francisca Mercades, se male haberet. Ab Angela Baiarri ex Museros, postquam ejus confessionem audierat Beatus, priusquam eam absolveret, petiit, si quid præterea recordaretur ; et, illa negante, subiecit, ut meminisset peccati, quod lapsis diebus in carpento commiserat. Tum illa nonnihil secum reputans, meminit, se, dum a paucis diebus cum aliis nobilibus feminis carpento veheretur, temerarium iudicium commisisse ; quod confessam Beatus absolvit. Quam ob rem illa dixit ei, ipsum magnum prophetam esse ; ille vero cum insignis sanctaque simplicitate ac fere subridens respondit, se non nisi magnum peccatorem esse.

novitii tenta-
tiones,

72 Frater Antonius Catalano, dum erat novitius in conventu S. Onuphrii, in ferendis Ordinis oneribus animum despondens, statuit, ut erat, habitu indutus abscurrere ; sed ipsum, ubi stabat, conveniens B. Bertrandus ei inquit : Fratercule frater Antoni, pervenit ad aures meas, te velle abscedere, et adhuc habitum portas. Adverte, hanc grandem esse demonis tentationem. Quibus aliisque dictis novitius acquievit ; at nequivit satis mirari, qua ratione istud ad Beati notitiam pervenire potuerit, quod cum nemine umquam communicaverat. Altero die, S. Onuphrii sacro, serviebat in culina idem frater, jam professus, multumque turbatus desiderabat secedere in montem, ratus, se ibi tranquillius victurum, nec fore, qui se reprehenderet. Ingressus culinam Beatus est, et dixit ei : Ego scio, quid mente agites : ingentem tentationem jamjam passus es. Redibo ad consolandum te ; ut et factum est, et ipse tranquillitatem animi recepit, nec minus certior factus est, etiam arcanas cogitationes suas B. Bertrando manifestas esse.

domesticas al-
terius mole-
stias, absentis,

73 Domino Joanni Valterra sæpe contigerat, ut a domesticis suis alisque molestias pateretur, unde aliquando solatii ergo B. Bertrandum adivit. Hic vero narravit ipsi accurate omnia, quæ contigerant, et qua de causa, et quibuscum. Quod quidem eo magis admiratus Joannes est, quo certius noverat, se nulli umquam hac super re vel verbum dixisse. Allatus fuerat ad conventum Valentinum nuncius, patrem magistrum fratrem Vincentium Ferrandez, virum spectatissimum in Religione ac litteris, filium hujus conventus, professorem in Universitate Tarraconensi, in ejusdem civitatis conventu, in quo doctoris cathedram obtinebat, gravissime decumbere : eoque tempore B. Bertrandus petiit a socio, fratre Francisco Palau, quid de patre magistro Ferrandez diceretur, ac respondentem, rumorem esse, eum se melius habere. Id verum esse, nequit, reposuit ; quia ille jam obiit, vidique ipsum mortuum supra istam arcam. Paucis diebus inde nuntiatum est, illum eodem die, quo B. Bertrandus dixerat, e vivis excessisse.

ægrique obi-
tum, ægræ su-
nationem nos-
scit,

74 Vincentio, Francisci Vaziero, notarii, filio ægotante, ex medicorum tamen aliorumque, qui aderant, sententia citra omne periculum, forte illac transiens B. Bertrandus rogatus fuit, ut ascenderet, eumque inviseret, et Evangelia legeret. Cubiculum ingressus dixit infirmo : Sume animos, fili ; Deus enim te

vocat ad se, vultque conducere ad cælum. Ita ipsum et parentes ejus consolatus, recessit ; ac paucis diebus post infirmus mortuus est. Joanna Anna Marco, Beata tertii Ordinis S. Dominici, ex gravi ac periculoso morbo decumbebat ; quam Beatus visens rogavit, an contenta esset ex hac infirmitate irori ; respondit, se non aliud velle, quam quod placeret Deo : subjunxitque ille non morituram ex eo malo, sed die S. Thomæ Aquinatis sacra intra paucos dies recursura sanata fore, ituramque ad ecclesiam ; quod et factum est.

75 Filia Salvatoris Perez, virgo nubilis, decreverat monasticam vitam amplecti, ac diligentissime agebat, ut hoc propositum suum executioni mandaret, cum Beatus, ejus domum ingressus, dixit ei, quæcumque in hoc negotio acitata fuerant, adjecitque, eam non futuram monacham, sed nupturam viro, in eoque matrimonio multa gravia passuram. Quæ fieri non posse, existimabant omnes, qui audierant, et tamen evenerunt, ut Beatus prædixerat. Sperantiam Vaglies, sororem domini de Anteglia, cujus salutem jam desperaverant medici, Jussit spem suam reponere in Deo, fore ut ex eo morbo non moreretur ; eodemque temporis puncto cœpit malum mutari, ac brevi sanata fuit. Quidam senex, nomine Franciscus Mari, puerum ætatis novem annorum, Hieronymum Almenara dictum, ad B. Bertrandum adduxit, ut illius confessionem exciperet ; uti hic fecit ; ac subito se erigens et sede dixit eidem Francisco : Deus hunc puerum tuetur, perducetque, ut nostri Ordinis Religiosus fiat. Quo tempore autem Beatus versabatur in Indiis, idem juvenis habitum Dominicanum induit, evasitque insignis vir in cathedra et pulpito, sancteque obiit, et ejusdem mortis die B. Bertrandus magnam supra ejusdem cellam claritatem vidit.

79 Magistro Jordano clerico, bono Dei servo, morti proximo in vico Alcoy, sesquidie itineris Valentia dissito, quidam e cognatis suis dixit : Nullumne tibi, domine, in terris superest remedium, quo vestra dominatio evadat ? Unicum (respondit ille) credo mihi superesse, nimirum si P. Bertrandus pro mea incolumitate precetur. Quo audito, sine mora mittitur ad B. Bertrandum cursor, tanto majori promisso pretio, quanto citius litteras ei tradidisset. Incessit tabellarius velocissime, et litteras tradidit : quibus acceptis nec adhucdum resignatis, Beatus inquit : Redi, frater ; nihil est remedii : postulantique cursori, ut litteras resignaret, respondit, non esse necesse ; ac denique precanti, ut saltem scripto testaretur, qua hora ad eum pervenisset, id libens præstitit. Atque ita constitit, magistrum Jordanum aliquot horis obiisse, antequam cursor Beato litteras tradidisset.

77 Quædam ancilla Joannis Marco notarii, Sperantia nomine, agebat de Religioso statu amplectendo ; jamque conclusum erat negotium, cum B. Bertrandus illac pertransiens, rogatus, quo usque illud jam provectum esset, respondit, illam nunquam monacham fore. Et ita evenit : dicta enim Sperantia paucis inde diebus in morbum incidit, et, priusquam Religioso habitu indui potuit, vita functa est. Salvatoris Perez notarii, desperantibus de vita illius medicis, ac posse ipsum mortem evadere negantibus, domestici miserunt, qui eum B. Bertrando commendarer,

A. AVIGNONO.

virginis nobilis
infelices nup-
tias, ægræ su-
mitatem, et pue-
ri in Ordinem
S. Dominici
ingressum
prædicat.

E

Absentis obi-
tum denuo no-
vi ;

F

alia ejusdem
de quadam
ancilla duo-
busque agris
vaticinia.

A. AVIGNONO.

daret, qui, cum tunc non posset ipsum alloqui, rogavit janitorem, ut is nuncium referret. Reversus hic est cum responso, egrum ex eo morbo minime moriturum. Ita factum est, eodem sanitati velociter restituto. Angelo Simarra, viro suo, Josepho de Campos, in praesenti vitae periculo versante, misit famulam suam ad B. Bertrandum, ut pro eo precaretur; cumque hic tunc se male haberet, quidam Religiosus id ei renunciavit. Responsum dedit, illum cito sanatum iri. Quod verum fuit; mane enim illum revisens medicus Asnares, eundem non modo extra periculum positum invenit, sed fere penitus sanatum, quamvis nocte proxime elapsa de ejusdem salute desperasset.

præsit aditui postulata et vitam longævam gravidæque dominae partem.

78 Cum Joannes Pellesciero, ecclesiæ cathedralis Valentinae ædituus, sæpe ad Beatum mitteretur, ut eum de sermonibus in eadem ecclesia habendis admoneret, cum jam ad ipsum pervenisset, nondum exposita adventus sui causa, ab eo hæc audiebat: Scio qualem concionem mihi mandaturus sis; noveratque examussim B dicere et diem et argumentum sermonis habendi licet nonnumquam adhuc duobus circiter mensibus absentem a tempore, quo concionandum erat. Quadam etiam vice ab eo petiit Beatus, quot annos haberet; cumque ille respondisset, subjunxit: Vide, bonus sis; nam multi tibi supersunt vite anni. Dum hoc testatus est Joannes, habebat annos sexaginta quatuor, erantque ultra viginti anni elapsi, ex quo Beatus id ei fuerat vaticinatus. Cum gravida esset Catharina Pedros, ante fores illius transibat B. Bertrandus, quam ipsa non noverat; sed audito ex domesticis, Servum Dei esse, procurrit in plateam et illius manum osculata est; cui ille inquit: Domina, gemellam prolem portas, et Deus tibi felicem partum concedet: ac paucis diebus post illa filium filiamque feliciter enixa est.

noscit peccata et desideria occulta.

79 Prædicaverat Beatus in loco Cataroscia, sciensque, quandam e Castella mulierem illuc advenisse, dixit, nisi hæc inde pelleretur, unam ex honoratissimis illius regionis feminis in peccatum lapsuram; uti factum est. Francisca Garzia solita sæpius ad sanctissima Sacramenta accedere, desiderabat vehementer, ut liceret sibi quotidie sacram Eucharistiam suscipere: dumque semel apud B. Bertrandum confiteretur, quamquam cum proposito eam licentiam petendi advenisset, non ausa est petere. At Beatus sponte sua dixit: Concedo tibi, soror, facultatem quotidie confitendi et communicandi. Postquam domina Felicianæ de Rebolay, uxor domini Ludovici de Romani, peccata sua Beato in confessione exposuerat, is petiit ab ea, cur non accusaret se de quodam peccato, quod commiserat in carpento, addiditque, quibuscum illa tunc in carpento fuisset, et quodnam esset peccatum. Obstupuit illa, quia secreta res erat, nec ab aliis, quam quibuscum in carpento fuerat, cognita.

occultam item egestatem, tristitia causam,

80 Catharina Spina, virgo annorum sexaginta, quæ consueverat apud Bertrandum confiteri, paulo ante Nativitatem Domini rogavit eum, ut tres Missas, in ea sollemnitate dici solitas, pro se celebraret. Respondit Beatus, se id facturum, sed ut ex eleemosyna propterea danda emerit ipsa sibi par calceorum, quibus valde egebat. Quo responso mulier obstupuit, quia egestatem suam revelaverat nemini. Eidem Catharinae Spina Beatus dedit Rosarium, quod

velut ab ipso profectum illa maximi faciebat; D sed cum illud quidam Religiosus conventus de Jesu accepisset, illa vehementer indoluit. Cum vero eadem postea ipsum adisset, antequam locuta esset, rogavit illam Beatus cur adeo affligeretur, ac nolenti dicere, Agedum, inquit, quiesce: ego medebor, donando tibi aliud Rosarium; uti fecit, dicens, eam propterea esse melancholicam.

81 Violanta Juncar B. Bertrandum, dum in confraternitate S. Mariæ ægrotabat, una cum fratre suo, domino Hieronymo, invisens inter alia narravit, se conduxisse ancillam ex Aragonia. Respondit Beatus, cupere se illam videre; utque eam vidit, adjunxit, non expedire, ut illam retineret. Ast cum nollet Violanta consentire Beato, hic, altera occurrente occasione, replicavit, juvenculam istam ei caro multisque molestiis constaturam. Eventus probavit vaticinium; nam juvencula male vixit; ac demum se perdidit. Cum eadem Violanta alias post confessionem ab eo peteret, ut pro quadam persona, in malo statu versante, oraret, rogavit, quæ illa esset, negantique, sibi licitum esse eam E nominare, subjecit eandem tali nomine appellari, ac in tali statu versari. Deinde recedens Violanta suavissimum odorem sensit.

peccata denovo occulta.

82 Anno MDLXXIII, festa sancti patris nostri Dominici luce, post prandium B. Bertrandus admodum mœstus fratri Ludovico Primo, socio suo, dixit: Frater, dixerunt mihi hodie, Lusitania regem mortuum esse, ejusdem exercitum profligatum; et experieris, me verum dicere. Posthæc etiam aliis Religiosis dixit, se vidisse per fenestram cellæ exercitum regis Lusitaniæ præliantem, regem mortuum, et dissipatum exercitum. Decem diebus inde, ex quo hæc dixerat, allatus est nuncius de ejusdem regis interitu et strage in Africa et regno Fezzano. Cum dominus Franciscus Borgia ex vehementi febris fluxuque in magno vite discrimine versaretur, ejus medicus Asnares monuit filium ejus dominum Joannem, patrem suum sine ullo dubio moriturum, ac proinde curaret, ut ille prospiceret animæ suæ ac testamentum conderet. Quam ob rem dominus Joannes voluit ipsemet confessarium accessere; sed domum reversus intellexit, B. Bertrandum jam tum venisse ad visitandum infirmum, auditique eum dicentem, ut speraret; non moriturum illum ex hoc morbo, sed victurum, visurumque duos filios suos matrimonio junctos. Ita convaluit, ac prædicta vidit.

regis Lusitaniæ eundem, recuperandam a Francisco Borgia sanitatem.

83 Cuidam concilii regii doctori in cella sua ait Beatus: Sustine fortiter, sustine fortiter. Quid, Pater? respondit hic. Causam, inquit ille, quæ hodie in tali negotio tractata fuit. Quod negotium cum secretissimum esset, plenus stupore doctor rogavit, qua ratione, quive id ei indicasset. Cui ille reposuit: Hic; monstrando Crucifixum, quem supra mensam habebat. Anno MDLXXX cum Valentia prorex, dux de Hagiara * ut sæpe solebat, Beatum in sua cella viseret, rogavit hic illum, quæ nova haberet de valetudine regis (qui erat Philippus Secundus.) Reposuit ille: Valde bona. Imo valde mala, subjecit Beatus: necesse est pro sua Majestate orare. Intra paucos dies e curia allatus est nuncius, regem gravissime ægrota- re, jamque a medicis aulicisque derelictum, ac denique etiam faciem ejus, ut mortuis fieri assolet, velatam fuisse. Aliquot diebus prius, quam

negotia occulta, et Philippi II obtentam suis precibus sanitatem.

* alias Nagara

A quam istæ litteræ de regis infirmitate, ejusdemque morbi remissione, ad proregem perlatae fuissent, B. Bertrandus eidem proregi significaverat, regem ex eo morbo non moriturum: certoque asserebat, ejusdam servi Dei precibus sanitatem illi per miraculum impetratam esse. Hunc Dei servum, reponebat prorex, credo, vestram Paternitatem esse. Quo responso vehementer turbatus Bertrandus est, dolens, quoties laudabatur, et hujusmodi effectus illi adscribebantur. De singulari hoc facto dabitur in hujus Historiæ libro quarto ejusdem proregis epistola ad Clementem VIII Papam data.

Prædicit suam mortem, futurum dominæ inimicum indicat;

84 Eodem anno in vigilia S. Dionysii Beatus una cum patre magistro, fratre Petro de Salamanca, ad confirmandum in fide quemdam maurum, qui suspensio erat plectendus e conventu egrediens, dum adhuc in majori conventus claustrum esset, ait socio: Nescio, cur me, qui imperitus et peccator sum, ad similia arcessant: sed anno proxime sequenti non arcessent me amplius, quia ero mortuus. Dominam Angelam Dias Ferrando, uxorem domini Jacobi Ferreri, monuit Beatus, ut caveret sibi a quodam viro, quem etiam suo nomine indicavit; quod is ejusdem pessimus inimicus futurus esset; evenitque, ut ille prædixerat.

canonici

85 Mense Decembri anni MDLXXX ægrotabat dominus Michaël Viche, canonicus cathedralis ecclesiæ Valentiniæ, quem, licet se melius haberet, et a medicis extra periculum esse diceretur, B. Bertrandus cum fratre Antonio Bagliester triduo ante Nativitatem Domini invisit, et ægrum accedens, suaviter piisque verbis monuit, ut se ad mortem compararet, festa enim hæc ab eo in cælo celebranda esse: ac proinde sacrum Viaticum sumeret, et disponderet de rebus suis. Exsecutus canonicus sanctum consilium triduo post, ipso Navitatis Domini die ad alteram vitam migravit. His omnibus comperitis, frater Antonius Bagliester rogavit Beatum, quo modo istius canonici mortem præcivisset, respondit, jam tum triduo ante se in cella sua vidisse illum mortuum. Ac replicanti fratri Antonio, qua ratione ex eo solo tempus futuræ mortis ejusdem divinasset, Noveris, fili, inquit, C Deum sæpe, dum aliquid intellectui nostro revelat, etiam lumen concedere, quo certo cognoscamus significatum.

et pueri mortem prædicit, dæmonis occultas tentationes noscit pellitque dæmonem altitanti socium videt.

86 Domina Francisca de Castelui, uxor Hieronymi de Ixar, equitis habitus Montese, cum infirmum haberet filium ætatis annorum quatuordecim, rogavit patrem fratrem Joannem Lescano, Ordinis Prædicatorum, ut B. Bertrandum induceret ad orandum pro eo. Is vero, accepto eo nuncio, respondit: Dicat paternitas vestra isti dominæ, ut patienter ferat, submittatque se divinæ, voluntati, quæ equitem hunc cælo destinavit. Ita ille biduo ante B. Bertrandum ereptus et vivis est. Quidam jam a pluribus annis multas tentationes tam vehementer passus fuerat, ut de rationis usu periclitaretur; quem B. Bertrandus intuens, dixit, eum a dæmone torqueri; quam ob rem miser ille sæpe cum eodem Beato agens, omni molestia liberatus est. Conspicatus Beatus virum transeuntem dixit socio suo: Videsne tu illum? comitatur illum dæmon. Nec multo post sacra Inquisitioni traditus, ac velut hæreticus castigatus fuit.

87 Quidam Beati amicus tres illius Missas,

quæ in die Omnium Fidelium defunctorum celebrantur, audiens, Deum enixe precabatur, ut dictum Beatum a spiritalibus inimicis suis servaret incolumem, perfectoque vitæ fine donaret. Absolutis Missis, eidem dixit Beatus: Tu audiens Missas meas orasti pro me. Aliquando ex Grao rediens, dixit comiti suo: Vide hunc surdum et claudum (seipsum designabat) sed sine ipsum mori, et videbis, quid eo futurum sit. Adhæc adjecit, alterum eodem, quo ipse moriturus esset, die moriturum infeliciter. Obdormivit Beatus die S. Dionysii, eodemque die quidam vir Valentiniæ in extremam incidit desperationem. Cum Beato diceret frater Antonius Bagliester, se vidisse in monasterio de Succursu plurima anathemata donaque votiva in sacello B. Mariæ Virginis, sibi que multum placuisse ordinem, quo erant disposita, ait illi: Aliquando videre erit multa alia; et frater Antonius ea accipiet et lætabitur. Hæc dixit, quia, Beato mortuo, allata fuere plurima anathemata donaque, quæ dictus frater Antonius, cui commissa erat ecclesiæ cura, recipiebat et appendebat ordinatim; quod magna cum voluptate exsequebatur, quia Servo Dei tam in vita, quam post obitum semper devotissimus fuit.

A. Avignono, noscit fusas pro se preces; diem mortis ejusdam prædicit, augendamque in quadam ecclesia anathematum numerum.

ANNOTATA.

a Colitur hæc sancta virgo fundatrix numerosæque in Christo prolis mater die 15 hujus mensis Octobris, quo proinde die ejusdem gesta exponenda venient.

b Notat Avignonus, hanc epistolam se accepisse ex Roca in Vita hujus Sancti, tractatu I, cap. 22, ubi illa exstat, quo scripta fuit, sermone Hispanico, sed Avignonianæ cetera simillima; et ab utraque abest tempus scriptionis. De eadem pariter in sæpe laudata Relatione trium sacræ Rotæ Auditorum, in argumentum doni prophetiæ S. Ludovico divinitus collati fit mentio.

c Hunc in vivis superfuisse anno 1582, liquet ex Vita S. Ludovici per Antistium eodem anno conscripta, et ab Avignono hic laudata in margine.

F

CAPUT V.

Miracula, quæ Sanctus vivens operatus est.

Dum B. Bertrandus præerat conventui S. Annæ de Albayda (quod in anni MDLVIII aut MDLIX in Augusto vel Septembri fieri potuit) opiliones, greges suos in agro Albaydæ pascentes, ignem, ut consueverunt, excitarunt in monte, ortoque vehementi vento agitata flamma tantum accrevit, ut timendum esset, ne circumsitæ arbores vitesque omnes arderent, maxime eæ, quæ conventus erant, versus quas flamma rapide impulsâ appropinquabat. Cujus rei nuncio accepto, B. Bertrandus velociter illuc cum fratribus suis accurrit, qui quanto mœstiores erant de damno imminente, tanto ipse tranquilliores se exhibebat, ut videretur

cap. x. Incendium signo Crucis extinguunt.

A. Avigono.

deretur de futuro eventu apprime edoctus. Cum ad locum pervenissent, viderunt, ubi accensus focus erat, ibi multa arida lignorum segmenta esse, quæ ventus magno cum impetu ad vineas propellebat. Tum B. Bertrandus perspicillo cælum intuens, elevata manu dextra, signum Crucis versus ingens istud incendium formavit, quod eodem temporis puncto exstinctum fuit, non secus atque ibi numquam arsisset; relicta solummodo fascia nigra, velut ad lineam ducta: quæ res magnam omnibus admirationem movit *a*.

a
panem multi-
plicat,

89 Dum prioratu conventus S. Onuphriiungebatur, quodam die dudum elapsa solita prandendi hora, patri Josepho Gacet, suppriori mandavit, ut tintinabuli pulsus signum ad prandium daret; sero enim esse. Jussit id supprior curatorem triclinii facere; verum hic respondit, quod non nisi admodum modicum panis adesset, quem tamen exspectabat, jamjam (ut credebatur) asserendum ex forno in Museros, quo delatus fuerat coquendus; ubi propter pluviam detineri putabat. Volens autem supprior videre, quantum panis adesset, ut posset ad Priorem referre, comperit, nihil in arca esse præter septem frustra; cum alias septuaginta *b* parvis panibus ordinarie opus esset. Responsum retulit Priori, qui, non obstante ea panis penuria, jussit tintinabulum pulsari. Venerunt Religiosi in triclinium, mensæque assederunt, qui plures triginta fuerunt ad primam mensam. Dicta fuit benedictio, cum non haberent alium panem, quam ista septem frustra, et ex iis comederunt omnes, ut alias, abundanter, ac præterea ex iisdem superfuit aliis fratribus, qui ad secundam mensam accesserunt *c*.

c
diuturnas
d

90 Habebat B. Bertrandus anno MDLXXVII sermones Quadragesimales Monachæ *d* et quodam die festo post prandium in domo Josephi del Campo pro more suo de rebus cælestibus loquebatur, cum Angela Simarra, ejusdem Josephi conjux, ait ei, adesse sibi in domo nepem, nomine Sperantiam Assensi, virginem, collum plenum strumis habentem; jamque novem annos elapsos, ex quo conducta fuerat ad regem Franciæ sine remedio; eamque se pessime habere, ac etiam pejus, dum medicamentis utebatur; ac proinde supplicabat ei, ut ipsam tangeret, et Evangelium ei prælegeret, sperans fore, ut sic sanaretur. Excusabat se humillime Beatus, miserum se peccatorem asserens, ac audivisse, Cæsaraugustæ esse aliquem, qui hoc malum curaret; illum igitur advocarent.

strumas sanat,

91 Sed iteratis illorum importunis precibus victus jussit infirmam ad se adduci, et ad fenestram consedit, ubi mandavit tolli fascias et emplastra vulnerum strumarum, quæ tam plena tabo ac pure fœtidaque erant, ut nullus ad eam posset propius accedere, atque ipsa denique virgo diceret, fœtorem sibi intolerabilem esse. Nihilominus Servus Dei signam Crucis super eam formavit, et omnes plagas sua lingua lambit, eique operi nonnihil immoratus fuit, nec abstinuit, donec omne pus exsuisset, et plagas omnes mundasset. Post hæc eam rursum Cruce signavit; cumque velut suis destitutus sensibus et in ecstasim raptus, exserta modice ex ore lingua, sed vultu splendidissimo permaneret, eum in sede collocarunt in eodem loco, ubi steterat. Hæserunt omnes, quotquot ade-

rant, obstupefacti tam extraordinario spectaculo, et præ devotione flevērunt. Simul ac vero Beatus suis sensibus redditus fuit, continuavit antea ceptum de rebus divinis colloquium, dictaque virgo ex eo ipso temporis puncto omni fœtore ac pure imposterum libera mansit. Octiduo post cum Beatus eodem in loco denuo prædicasset, rogatus fuit, virginem iterum inviseret; ipse vero, ea nondum visa, ait, id minime opus esse. Proxime autem subsecuta hebdomada, ipsa omnino sanata fuit.

92 Anno MDLXXIV, Bertrando Quadragesimalis jejunii tempore concionante in Burriana *f*, quidam operarius, Jacobus Roca, ex oliva decidit tam gravi lapsu, ut loquela sensibusque illico destitutus mortuus crederetur. Tulerunt illum in domum patris sui Bartholomæi, et advocarunt vicarium, ut dispiceret, si quo modo posset ejus confessionem, saltem signis, excipere; nec omnino potuit. Advocatus etiam fuit Beatus, quo eum solummodo alloquente, aperuit oculos suos, eodemque tempore loquelam recipit, peccata confessus, et sanctissimo Viatico refectus fuit; rursusque amissa loquendi facultate, mortem obiit. Parentes ejus hoc casu afflictissimos consolatus Bertrandus est, certos esse jubens, animam istam in via æternæ salutis esse.

93 Aliquot annis ante mortem B. Bertrandi *febres*, uxor Antonii Matthæi, civis Valentini, tam graviter ægra decumbebat, ut domestici omnes eam velut mortuam plangerent. Advocatus est pater magister frater Petrus Salamantica, qui B. Ludovicum secum duxit. Hic ad lectum accedens eam voce inclamavit: Domina, domina. Ad quæ ipsa oculos aperuit, ut videret, a quo appellaretur. Subjunxit ille: Ne metue: jam enim non morieris; imo brevi eris incolumis. Sensibus receptis, mulier, agnosceens, illum B. Ludovicum esse, oravit, ut Evangelia sibi legeret. Recusavit hoc facere ex humilitate, affirmans, id ad patrem magistrum Salamantica pertinere: verum hic ceterique suis precibus tam vehementer institerunt, ut tandem obsecutus sit. Eo ipso autem momento temporis, quo lectionem manus suas infirmæ capiti imponens finivit, ipsa omni febris omnique *F* malo caruit.

94 Quatuor vel quinque annis ante obitum *strumas*, Beati domina Hieronyma Vives, uxor domini Francisci Valterra, laborabat acri febre, qua quatuordecim diebus vehementer fuerat conflictata. Invisit eam B. Ludovicus coram reverendo Luca Porsina, dominæ Franciscæ Vives presbytero, aliisque personis, et explorato illius arteriæ pulsus, ait, ipsam acriter febricitare; sed confideret in Deo, se brevi sanandam. Itaque imposita ejusdem capiti manu, Evangelia legit, ipsaque eodem puncto temporis sanata fuit. Contigit hoc die Veneris, et proxima Dominica adivit illa ecclesiam Prædicatorum, ut de peccatis suis confiteretur, et ad divinam Mensam accederet. Sperantiam Monton virginem, ancillam dominæ Violantæ Milan et de Cruiglies, quædam in collo apparuerant rimulæ, quæ paulatim auctæ per pectus dispersæ sunt, multo pure fœtido infectæ, quod malum a chirurgis struma credebatur. Jamque quatuordecim mensibus adhibuerat sine ullo profectu curationem, cum Francisca Ferreri et de Beneyto ad ecclesiam Prædicatorum accesserunt,

et

*ex arbore lap-
so sensus red-
dit,*

A et post auditam B. Ludovici Missam rogarunt ipsum, ut suam ipsi charitatem exhiberent. Legit ergo ipsi Evangelia, eamque sua manu attigit; ac cœperunt sicari strumæ, itaque diminui istud pus, ut vere nihil amplius efflueret; postridie vero perfecte sanata fuit, nec imposterum id mali umquam passa.

dysenteriam et malum cordis.
95 Jam quatuor septimanis vehementi febris arserat Joannes Vincentius Pellicciaio, jamque propterea quater ei secta fuerat vena, iterumque secunda erat, cum, accedente etiam dysenteria, quæ ipsum vehementer debilitaverat, id non ausi sunt facere medici, qui ipsum proinde pro deplorato habebant. Pater ejus, nomine Joannes, cathedralis ecclesiæ ædituus, filium suum eo reductum cernens, ad B. Ludovicum recurrit, obsecrans, ut eum viseret. Fecit id Beatus, manumque illius capiti imponens jussit illum spem suam in Deo reponere, fore ut velociter convalesceret; dumque sanatus esset, ad sacellum S. Vincentii in ecclesia Prædicatorum accedere; isque illico evasit incolumis. Domina Anna Beluis ultra modum B patiebatur e malo cordis, jamque a quindecim diebus nec dormire poterat, nec quiescere. Recurrit ad B. Ludovicum, qui ei donavit Rosarium, quod ex Indiis se attulisse, aiebat. Dum vero hoc illa accepit in manus suas, omne ab eadem malum abscissit, nec umquam rediit.

iterumque coram archiepiscopo Valentino strumosum
96 Joanni de Huerta Candelaro ingens in collo tumor excreverat, qui ex medicorum chirurgorumque judicio struma erat. Diffidens autem, medicamenta sibi profutura, decrevit ad regem Franciæ se conferre: sed quidam Religiosus, dictus frater Moreno, suavit, ut curaret se a B. Ludovico attingi, et ab eo sibi legi Evangelia, certo asserens, ipsum sanatum iri; perhibente fama publica, eundem in similibus morbis multa patrasse miracula. Ivit Huerta in Godeglia, ubi Beatus apud dominum patriarcham morabatur, ambosque ad quamdam fenestram sedentes reperit; et ab his rogatus, quid sibi vellet, respondit, se illic advenisse, ut a Ludovico trangeretur, isque preces pro se diceret. Quare patriarcha Beatum monuit, ut virum solaretur. At Servus Dei excusavit se, causatus, suæ illustrissimæ dominationis esse benedictionem suam illi impertiri. Sed denuo jussus obediit, infirmo bene precando, additis etiam consuetis suis precibus. Nec mora in uno puncto temporis tumor evanuit, atque ipse sanus evasit, nec posthac similem infirmitatem expertus est.

sanat.
97 Cum Violanta Juncar, virgo annorum quadraginta quinque, gravissima febris conflictaretur, propter quam jam septies diminutus ei sanguis erat; jussit medicus eam Ecclesiæ Sacramentis muniri, quod moritura esset. Confessam sacraque Eucharistia refectam B. Ludovicus eodem vespere sero invisit; comperiensque, infirmam præ nimio malo non posse loqui, manus oculosque elevavit ad cælum, ac deinde ei dixit: Ne dubita, quin Deus te adjuturus sit; simulque cepit ipsa loqui, ac demum confessa fuit. Mandavitque ei Beatus, ut, dum egressura esset, sacram Eucharistiam iterum sumeret: itaque postridie se bene habuit. Eadem Violanta quodam alio malo valde molesto afflicta, beatum Ludovicum consuluit, qui respondit, ut quidam personæ se curandam
Octobris Tomus V.

committeret. At cum apud hanc nihil proficeret, ad Beatum rediit, qui malum Cruce signans, eam illico sanavit.

A. AVIGNONO.
98 Aliquando beatus Bertrandus cum patriarcha in loco, Torrente dicto, una leuca Valentia dissito, degens, quodam vesperi una cum fratre Michaële Herrero per agrum versus fontem ambulans agricola, nomine Luca Blasco, obviavit, cui postquam pro more suo aliqua pia dixerat; iste exposuit ipsi magnam aquæ penuriam, quod tum a sex mensibus non pluisset cum ingenti terræ detrimento, ob quam causam per totum Valentinum regnum multæ processiones institutæ fuerant. Significavit etiam, multum damni secuturum esse, nisi quam primum plueret; ac suas denique preces addidit, ut Dei misericordiam huic regno imploraret. Tanta necessitate pie motus Bertrandus, elevatis in cælum oculis, oravit, quanto tempore quis Symbolum Apostolorum bis recitaret, formatoque versus aërem signo Crucis, lacrymabundus ait: Confidamus in Domino nostro, fore ut aquam tribuat. Quamvis autem cælum tunc serenum esset, et sine ulla nube, paucis tamen E horis post cepit obduci, deinde leniter pluere, ac denique imbres effundere tota ea nocte dieque subsecuto tam abundanter, ut terram opportune irrigaverit.

fontem aquarum perennitate donat.
99 In eodem loco de Torrente fons est, qui arida tempestate solet aquis minui, ac nonnumquam etiam penitus deficere. Ex eo prædicta occasione bibit B. Bertrandus eumque benedixit: ex quo tempore hactenus nunquam amplius defecit, sed semper fluxit, etiam tempore extremæ siccitatis, ex qua alii fontes exaruerunt. Franciscus Vaziedo notarius, ex acuta febris pessime affectus et in mortis periculo constitutus, misit, qui B. Ludovicum precarentur, ut se visere dignaretur, fretus, se ejusdem patrocinio sanandum. Venit ille humaniter, dumque infirmi cubiculum ingrederetur, jussit ipsum bene sperare, fore ut Deus ipsi vitam et incolunitatem largiretur, ut filiis suis posset prospicere: lectoque Evangelio, ille brevi post sanitatem recepit, viditque filios suos matrimonio junctos, multis annis superstes.

sensus a medicis relicta reddit, febrem et strumam,
100 Castellana Vazieda, uxor doctoris Hieronymi Pasquali de Bonanza, consilii regis in regio tribunali Valentino, eo deducta fuerat, ut a medicis derelicta esset et destituta sensibus. Ejus pater Franciscus ivit ad B. Ludovicum precaturus, ut eam inviseret: cumque tunc ageretur sollemnitas Assumptæ in cælos Deiparæ, invenit ipsum sero in ecclesia cathedrali paulo antequam inciperet processio; et desperatum suæ filiæ statum indicavit. Respondit is, se post peractam supplicationem venturum; ipse interim veniam a patre Priore petere. Invisit illam, lectisque Evangeliiis dixit: Hodie festum est Assumptionis Matris Dei, quæ tibi vitam et sanitatem obtinebit; hæc dicens manum suam ejusdem capiti imposuit, ipsaque eodem momento temporis aperuit oculos, sensusque recepit, ac paulo post potuit se cibo reficere, recteque convaluit. Ludovica Panes, virgo, nepotem suum, puerum, febris strumisque laborantem, comitante Anna Marco, ad B. Ludovicum attulit, qui in ecclesiam veniens, legit Evangelia, ipsumque attigit. Eo ipso die abscissit febris, ac brevi post etiam strumæ.

A. AVIGNONO.
vulnus lethale
sanat, febrim,
variolas,

101 Quodam marchionisse de Navarres alumnino, lethaliter vulnerato atque indies deficiente, misit illa clericum, Lucam Porsina nominatum, ad dominam Hieronymam Vives, ut singulum, unum ex istis, quæ B. Ludovicus portaverat (quod fecerat triennio vel quadriennio ante obitum suum) sibi commodaret; quo infirmi capiti imposito, cepit hic illico se melius habere, et intra paucos dies omnino incolumis evasit. Mariæ Joannæ Boil, maligna febrî variolisque purpureis correptæ, filius Vincentius Folches ad venerabilem patrem, fratrem Nicolaum Factor, Ordinis S. Francisci, recurrit, supplicans, ut matrem inviseret. Respondit hic, ut vice sui B. Ludovicum Bertrandum accesseret; et, si is recusaret, precaretur ipsum nomine Dei, infirmæ, ipsiusque B. Nicolai. Accessit ad illam B. Bertrandum, et post prælecta de more Evangelia, etiam manum suam ægrè capiti imposuit; quam dum Beatus retraherat, alta voce clamabat infirma (ignara, cujus manus esset) ne amoveretur, quia tantopere leniebat malum suum, ut alterius esse nequiret, quam

B S. Vincentii Ferrerii. Eodem tempore cepit convalescere, perrexitque pristinae sanitati restitui.

ustulatas corporis partes sanat; strumam, malum contagiosum,

102 Philippus Folches in secretis corporis partibus ustulatus in morbum incidit; sed cum Beatus ipsi bene precatus fuisset atque aliquot preces pro eo recitasse, jussissetque bene sperare, fore ut malum non progrediretur, mox cepit minui is vehemens ardor, itaque perrexit convalescere, ut intra breve tempus incolumis factus sit. Alphonsus Lopez de Victoria septem annos strumis afflictus, cum non posset inducere in animum, ut, relicta domo sua, curationis gratia ad regem Francie pergeret, cogitavit de curanda Missa, ad altare Rosarii per patrem fratrem Ludovicum Bertrandum celebranda, rogavitque æditum, ut id fieri curaret, spondens Matri Dei collum argenteum. Celebravit Missam B. Bertrandum, prælegit Evangelia, eumque attigit, moxque diminutum malum est, ac brevi post perfecta sanitas subsequuta fuit. Angela Bayarri a B. Bertrando modicum vini albi petiit ad lavandum caput puellulæ, malo contagioso laborantis; quo facto, semel tantum lota convaleuit.

C auriginem, ex-citatem,

103 Augustinus Naves, artis inaurandi peritus, jam a biennio malum, quod Aliacran g appellant, passus fuerat, videbaturque paulatim deficere, sine spe remedii. Accessit B. Bertrandum, ut pro se intercederet eoque ad altare reperto, expectavit, donec Missa finiretur. Tum, nihil hactenus cuiquam locutus, vocatus ab illo est, qui jussit eum in genua procumbere, aliquot preces fudit, eumque tetigit ac benedixit. Quibus peractis, ille liberum se expertus malo est, adversus quod prædicto biennio multa fuerant medicamenta, sed in vanum, adhibita. Quidam fabro argentario, Alfiagari nomine, plane cæco, aliquando in platea obvius factus B. Bertrandum dixit, ut se divina Majestati commendaret, et ad conventum Prædicatorum conferret. Ivit eo cæcus; ubi post recitatas a Beato preces, tactosque oculos, visum subito recepit.

pravam orozin et strumas

104 Hieronymam Augustinam virginem insolitus corripuerat appetitus albas parietum crustas comedendi, quod cum ex quadam amica sua audisset, peccatum mortale esse, abstinuit; sed, perseverante eodem tam extraordinario appetitu, adeo debilis et deformis facta est, ut

aspicientibus nauseam crearet. Eam amica sua ad B. Bertrandum duxit, qui confessionem excepit, illamque consolatus est, dicens, se Deum oraturum, ut tam insolitum appetitum eximeret; quo et ab eodem momento ipsa imposterum liberata fuit, et incolumis, ut antehac, domum reversa est. Joannes Cas, lanus, tres proles habebat, duos masculos, unam feminam, omnes strumis infectos, quos mater ad B. Bertrandum adduxit, ut suam illis benedictionem impertiret. Hic post celebratam Missam eos tetigit et Evangelia legit; quod etiam postridie præstitit. Tertio vero die, cum rursus attigisset, dixit, non esse necessum eos denuo adducere: itaque factum est, iidemque brevi omnino convalescunt.

105 Cum Sperantia Bernardo duos filios e strumis mortuos amisisset, ac duo alii, qui supererant, non obscura ejusdem mali indicia proderent, eos ad B. Bertrandum tangendos adduxit. Illorum unus ad primum contactum, alter ad secundum sanati fuere. Quam ob causam ipsa tantam erga illum devotionem concepit, ut postea in altera diversa infirmitate, intumescente collo suo, cum Beatus jam excessisset e vivis, curaverit male affectam partem frustulo vestimenti illius attingi, malumque illico evanuerit. Barbara Abarca e fluxu sanguinis quatuordecim mensibus in lecto decubuerat, eoque reducta erat, ut integros dies sine cibo exigeret, et extrema unctione munita esset. Invisit illam B. Bertrandum, jussitque sperare, se ex eo malo non morituram; et post quatuor dies sanata fuit. Isabella Abarca, juvenula annorum quatuordecim, strumas patiens, una cum Barbara, amita sua, B. Bertrandum invisit, qui tum temporis erat in confraternitate Domini nostri, a quo jussa genibus incumbere, post recitatas preces tactumque ab illo collum, se melius habere sensit, et intra paucos dies prorsus incolumis evasit.

a variis depel-
lit, sanguinis
fluxum,

106 Frater Jacobus Ordognes, Ordinis Prædicatorum, jam per octodecim menses in coxendice dextra tam acerbis ischiacis doloribus cruciatus fuerat, ut non solum non incedere, sed neque manducare, neque dormire valeret. Quo in tormento versans, obsecravit fratrem Joannem Lescano, qui Beato inserviebat, ut, priusquam Servus Dei moretetur (factum hoc est eodem die, quo ille ad meliorem vitam migravit) procuraret sibi opportunitatem, qua ab ipso tangeretur, certo confisus, se sanandum. Itaque frater Lescano infirmum in brachia sustulit, elevatoque lintamine lecti, in quo decubebat Bertrandum, male affectam Jacobi partem ejusdem Beati cruribus admovit. Nec mora sensit Jacobus dolores mitigari, et melius se habere perseverans, intra triduum ex iis sic convaleuit ut nunquam correptus deinceps fuerit.

et ischiacis do-
lores sistit.

ANNOTATA.

a Vide annotata in Vitam primam cap. 2, lit. r.

b Antistius supra num. 95 ait: Non minus sexaginta.

c Vide Annotata in Vitam 1, cap. 6, lit. h. d Locus est non procul Valentia dissitus, ubi PP. Prædicatores conventum habent.

e Regnabat anno 1568 in Gallia Ludovicus XIII.

f Octo

- A. f. *Octo leucis Valentia distante, g. Vovæ Arabica est, Hispanis in usu, auriginem seu malum ictericum significans.*

CAPUT VI.

Testimonia, quæ aliquot servi Dei de illius inter vivos degentis sanctitate dixerunt.

cap. XI.
P. Mico prædici fore, ut Ludovicus esset alter S. Vincentius Ferrerius:

Magister Natalis de Mena, sacre Theologiæ doctor, qui fuit Rector in Torrente, vir magnæ virtutis et eruditionis, arctam amicitiam cum patre magistro, fratre Joanne Micone coluit, suaque cum illo consilia communicavit. Is, dum junior esset, hærebat dubius, an inter clericum presbyter fieret, an Religiosus. Consultus ab eo hac super re pater Mico respondit, Spiritus Sancti lumen implorandum esse; rogatusque, ut ediceret, quid sibi expedire videretur, petiit, an patrem fratrem Ludovicum Bertrandum consulisset. Tunc ille, Non, pater, inquit; iste enim juvenis est (numerabat tunc circiter annos viginti septem eratque magister novitiorum) et hujusmodi negotia cum maturis expertosque viris tractanda sunt. Spondeo tibi, reposuit pater Mico, quamvis tibi juvenis videatur frater Ludovicus, futurum illum hic Valentia alterum sanctum Vincentium Ferrerium: tuque id visurus. Ex hoc magister Natalis B. Bertrandum imposterum semper magni fecit, cum eoque vite sue gesta communicavit. Visis quoque, quæ illius obitum subsequuta fuere, miraculis, auditaque de iisdem sparsa fama, agnovit, ea, quæ a patre Micone dicta fuerant, vera esse, verumque illius fuisse vaticinium. Idem magister Mico, jam moribundus, Religiosis tam boni patris amissionem flentibus dixit: Consolamini vosmetipsos, dilecti fratres: habetis enim virum sanctissimum, patrem fratrem Ludovicum Bertrandum, alterum S. Vincentium Ferrerium.

Pius quidam eremita eum Angelum,

108 Quo tempore B. Bertrandus habitabat in conventu Albaydæ, invisit illum senex eremita, qui in loco solitario, decem leucis a dicto S. Annæ conventu dissito, debebat vitam cum fama sanctitatis; quia omnia sua distribueret in pauperes, incedebat nudis pedibus, unica tunica induebatur, gestabatque in manibus Breviarium et Rosarium. Cum vero ad portam conventus, ubi Beatus habitabat, pervenisset, inclinavit se in terram, ut ejusdem pedes, quem numquam ante viderat, oscularetur, exclamavitque alta voce: Angelus Dei es tu, frater Ludovice Bertrande; angelus Dei es! O qualem sedem, qualem gloriam Deus tibi paratam servat! Post hæc de rebus spiritualibus cum eo agens, substitit ibidem eremita toto triduo, singulis diebus de peccatis suis confessus, sacraque Eucharistia refectus. Rogatus autem Bertrandus ab Hieronymo Abeglia, quid sibi de isto eremita visum fuisset, respondit: Vidi hominem severæ poenitentia, multæ orationis et arctæ paupertatis.

109 Dum B. Ludovicus Prioratu fungebatur in conventu S. Onuphrii, accessit ad ipsum ex Castella alter eremita, motus fama sanctitatis, quæ de eo ferebatur, procubuitque in genua ad osculandos pedes, quod Beatus pariter fecit. Cœpit eremita ei dicere, illum esse magnum Prophetam, et alterum S. Vincentium Ferrerium; cumque Beatus niteretur ipsi significare, non esse se illum, quem dicebat; reposuit eremita: Tu est ille Propheta, et non alter; et erexit se in pedes. Absoluto autem colloquio, B. Bertrandus fratri Cabrerizo, qui coram aderat, inquit, quæcumque dixerat eremita, prophetias esse. Beatus pater, frater Nicolaus Factor, cujus sanctitas et miracula tam manifesta in regno Valentino et universa Hispania sunt, B. Bertrandum tanto in pretio ac veneratione habuit, ut sæpe, dum infirmum aliquem graviter afflicto haberet, eum ad ipsum mitteret, velut ad virum, qui apud Deum multum valeret; variisque in occasionebus, præter ea, quæ jam retulimus, pro sanctitate ejusdem testimonia dixit.

110 Biennio ante obitum B. Bertrandi invisit illum in cella sua beatus pater frater Nicolaus, præsentem Gasparo Joanne Perez, setarum restione, ubi dum isti duo Servi Dei sancte colloquebantur, B. Nicolaus tribus horæ quadrantibus in ecstasi perstitit, ac deinde suis sensibus restitutus magno cum gaudio ad B. Bertrandum ait: O frater Ludovice, Deus vestra paternitati sedem inter Seraphinos paratam servat; Bertrandus vero humillime dixit, ne Paternitatis titulo compellaret se; quippe qui minimus frater et magnus peccator esset. Cum B. Bertrandus in quodam sermone publico, in ecclesia cathedrali Valentia habitò, tractans ecstasibus et mentis raptibus, dixisset, quamvis suis temporibus aliquando contingerent ejusmodi raptus boni, esse tamen ejus generis, quæ non sunt evidentia signa sanctitatis, eosque posse naturales esse, atque veneni quidpiam continere, allegans hunc in finem S. Vincentium Ferrerium in Tractatu de vita spiritali cap. XII, ubi opinatus fuit, multos sui temporis raptus ope dæmonis contigisse; cum (inquam) hæc Beatus dixisset, fuere, qui crederent, voluisse illum beati fratris Nicolai ecstasim insimulare; idque illi retulerunt.

111 Verum is pro sua humilitate propterea minime offensus B. Bertrando fuit, sed ad eum invisendum accessit, cumque apud eum toto pomeridiano tempore mansisset, ab eodem detentus fuit ad cœnam cum Religiosis in triclinio sumendam. Nihilominus B. Bertrandus visus non est B. Nicolao solita amicitia indicia sibi exhibuisse, nec tam affabilis fuisse, quam antea. Quam ob causam B. Nicolaus in suum reversus conventum sequentem epistolam ad ipsum scripsit die XVIII Augusti in vigilia S. Ludovici episcopi, Ordinis Seraphici S. Francisci a, in qua insigne testimonium de illius sanctitate posuit, eundemque SANCTUM ET ANGELICUM appellavit.

„ Meo multum dilecto patri fratri Ludovico Bertrando in conventu Prædicatorum.

„ Jesus, Maria.

„ Sancte mi in vulneribus Jesu Christi.
„ Gratia et amor et charitas Spiritus Sancti habitent in anima vestra charitatis, istudque angelicum pectus in amore dulcissimi Jesu inflamet

A. AVIGNONO. alter item eremita magnum Prophetam, alterumque S. Vincentium nominat: sanctitatem ejus factis verbisque mirifice

prædicat P. Nicolaus Factor, futuræ ejus gloriæ testis,

cui summo in pretio fuisse S. Ludovicum,

A. AVIGNON.

„inflammet. Hac ipsa hora, qua in S. Antoino, devoto meo historico, legebam de gratia elevationum spiritus et ecstasium Angelici doctoris S. Thomae Aquinatis, oblata occasione per hunc latorem tibi scribendi, dico, mi Pater, de amica acceptione, nuper in ista domo mihi prestita. Deum mihi testem esse, venisse me cum eadem simplicitate animi, qua charitatem vestram semper invisi; neque umquam mihi subisse uliam adversus Bertrandum meum suspicionem, nec quidquam aliud, quod animum meum turbare posset.

paret ex litteris ejusdem,

112 „Quam ob rem nec apud dominum patriarcham, nec apud quemcumque conquestus fui, ullumve indicium feci exigui amoris; nec vel minimam fidem adhibui ei, qui mihi retulit, te adversus me concionatum esse: nam, etsi id verum fuisset, exercitii spiritualis loco habuissem. Et sicut hoc dico charitati vestrae, ita amicus Dei sim; et egressus ex ista sancta aede sum majori devotione accensus, quam dum ingressus sum; fuissetque mihi gratum, si benedictio per reliquias S. Vincentii impertita fuisset; sed adverti, charitatem vestram visam esse a me fugere. Ac facile credo, Angelum fugisse a demone, qualis ego sum, imo etiam pejor magisque abominandus. Quamquam vestrae charitatis parum asperere me habuerit in isto sancto triclinio, istud caput piscis manducans, affuit mihi deinde consolatio a patre meo S. Dominico, sanctoque Vincentio, quae minime parva fuit.

quae hic

113 „Ad magnam Dei gloriam dico; sive in intellectu fuerit, sive in visu corporeo; Deus novit. Pater, pater, pater, a quo times? Ne metue, Pater; Deum habemus, et veritatem ejus; nihil est timendum. Et quis dicat, animae quae de Deo cogitat, continuamque illius servat memoriam, male esse? Et suspiciosum esse, non placet Deo. Charitas vestra Catholicus es et servus Dei. Oramus divinam Majestatem, ut te servet, et sub divina manu te protegat. Pro me, supplico, Deum ores, ut me faciat servum suum; et praedica contra me, me esse demonomem. Deo gratias ago, quod quidem pater magister me quinquies per S. Franciscum adjurarit, et charissimus meus Bertrandus fugerit me. Quod si mihi nunc propitius non esset, nec fiduciam faceret meus S. Vincentius Ferrerius, quo me verterem? Confido, dominum meum S. Vincentium non futurum mihi ingratum; Sancti enim non sunt tales.

dantur.

114 „Pater, Pater, Pater, cur me deseris? Cur me fugis? Ego autem veniam quotidie te visurus, istosque favores excepturus; et quando non, adest ista sancta porta, a qua pater janitor me, velut pauperem, non repellat, dumque minime putabitur, videbunt inter pauperes manducantem, quod jucundissimum mihi est. Hodie Deo obtuli vitam Jesu Christi ex ictibus meis, quod Deus acseptum habere velit. Magnum gaudium sensi cœnando inter tot angelicos, qui in ea sancta aede sunt. Videbar mihi esse sathan inter filios Dei. Ora Deum pro me, sancte Ludovice Bertrande. Crastina est vester Sanctus, ac etiam meus. Unum crede, me, quando ad te visendum venturus sum, prius de pec-

„catis meis confessurum. Tuus in Domino Jesus Christus crucifixo iste abominandus draco inferni

„Frater Petrus Nicolaus Factor. „ cum Avignoni in illas observationibus.

115 Observandum ad hanc epistolam est, beatum fratrem Nicolaum fervori spiritus totum intentum quaedam in scribendo imperfecta reliquisse. Quod de S. Dominico sanctoque Vincentio Ferrerio innuit, est, quod, quando in praedicto conventu cœnavit, viderit cum aliis Religiosis assidentes mensae ac pariter cœnantes duos istos gloriosos Sanctos (uti ipsemet narravit B. Ludovico, hujusque fratri domino Jacobo Bertrando) quibus erat devotissimus, ac specialiter S. Vincentio. Quod ad confessionem, antequam B. Ludovicum invisurus esset, praemittendam spectat, id ait, quia tantopere eum venebaretur, tantam conceperat de ejusdem perspicacitate in penetrandis cogitationibus opinionem, ut, quoties ad eum accessurus erat, prius confiteretur: quod ipse quoque met domino patriarchae aliisque declaravit. Per oblatam Christo vitam significat, flagellasse semet ipsum triginta tribus fictis ictibus, quot annis Christus inter nos in terra vixit; atque interim pro B. Bertrando orasse.

Idem Nicolaus S. Ludovici cellam

116 Altera occasione idem B. Nicolaus, B. Ludovicum invisens, insigne de sanctitate illius testimonium dedit hoc modo. Ad Praedicatorum procedens, in planitie istius conventus obvium habuit clericum amicum suum, Lucam Porsina, quem secum duxit. Ingressi conventum, cum pertigissent ad portam, per quam e claustrum itur ad dormitorium, invenerunt B. Ludovicum, sibi obviam procedentem, ut B. Nicolaus exciperet, ubi postquam se magno cum amore et charitate complexi fuerant, dixit B. Ludovicus: Pater, frater Nicolae, bene venerit paternitas vestra. Ego scribebam sermonem, quem Dominica proxima ad populum habere debeo, et incidente mihi cogitatione, paternitatem vestram venire me visum, veni obviam. His dictis, nitebatur uterque alterius manus osculari; cumque id neuter posset, ambo in terram proceriderunt, ut oscularentur pedes, et postquam aliquantulum certassent, tandem ad cellam S. Vincentii invenerunt, ubi flexis genibus orationi incubere, praesentibus praedicto clerico, et socio B. Nicolai, fratre Pedro appellato, qui ambos Dei Servos spectarunt magna luce circumdatos, quae illos sic tegebat, ut eos non amplius viderent.

honorandum praedicti.

117 Tali modo ibidem paulisper morati invenerunt ad cellam B. Bertrandi, in qua dum de rebus caelestibus more solito colloquebantur, beatus Nicolaus duabus horis in ecstasim raptus haesit, quo interim tempore B. Ludovicus collocutus cum clerico est, praecelara de B. Nicolao referens, eumque velut insignem Dei servum laudans, asseruit, ipsum in hac civitate regnoque pro Sancto honorandum esse. Sensibus suis redditus B. Nicolaus abeundi veniam petiit, quod jam serum esset, et deducenti B. Ludovico, dum ante cellam S. Vincentii pertransiret, dixit ei: Non post multos annos videbimus in hoc dormitorio alterum cellam veneratam, ut hanc, et ea erit Paternitatis vestrae. Tum B. Ludovicus, honesto rubore vultum tinctus, oculisque in terram directis, ait: Dicit haec paternitas vestra ad humiliandum hunc magnum Peccatorem; et paterni-

A tas vestra, dum crastino mane confessura est, habebit et hoc, de quo se accuset. Verissima fuit ipsa propheta; nam paucis post B. Ludovici obitum annis illius cella mutata est in oratorium, in ea Missæ celebratæ fuerunt, pie visitata fuit, quemadmodum cella B. Vincentii. Altera insuper occasione in publica concione B. Nicolaus hæc verba clare edixit: Non sum ego sanctus, sed frater Ludovicus Bertrandus certe est. Post mortem autem B. Ludovici præclara de eximia illius sanctitate ac gloria dixit, quæ sequenti capite XIX narrabimus.

ANNOTATA.

a Tolosani, de quo actum est tom. 3 Augusti ad diem XIX ejusdem mensis.

CAPUT VII.

B *Corporis infirmitates, quas Sanctus passus est, et quedam mirabilia, quæ ante ejus obitum contigerunt.*

CAP. XII.
Ab ineunte
ætate infirmitates pati solitus.

V isus est Deus nullum firmæ valetudinis voluisse beato fratri Bertrando diem concedere, ut tanto majori præmio patientia ejus potiretur in cælo, et cum S. Paulo gloriari posset infirmitatibus suis a. Ab ipsa infantia vixit infirmus, et in Religione, cujus observantiæ multo asperiores sunt, quam alii credant, accesserunt semper novæ infirmitates. Fuit valde myops, et auditus debilis, ac medelæ gratia multa remedia expertus fuit, et magnos sustinuit cruciatus. Multis annis dolorosam plagam in crure passus est; vehementi capitis vertigine laboravit. Duobus postremis vitæ suæ annis fluxus ventris perpressus est, nec ullum profuit remedium; ac proinde erat C semper debilis ac pallidus, habebatque oculos nonnihil depressos, sed tanto spiritu plenus erat, ut, cum vel tantillum minus male se sentiret, resumeret exercitia et corporis castigationes in Ordine solita, aliæque multa, quæ his addebat; ac propterea cito relabebatur in morbum.

alios, quæ curavit ipse, sanitatem dedit;

119 Ut hisce infirmitatibus mederentur, cognati amicique ejus multos medicos advocarunt, et extraordinariis medicinis usi sunt; verum hæc omnia tandem non valuerunt, nisi ad eum cruciandum. Quare aliquoties dicebat eum lacrymis: Ah, permittite Deum agere, et ipse faciat voluntatem suam. Inter hæc, agente Deo, mirabile erat, videre devotionem plurimorum accedentium ad sanitatem expetendam ab eo, qui ea numquam fuerat gavisus. At non erat magnum quid, si ipse, quam non habebat sibi, aliis daret; quia non dabat in nomine suo, sed Jesu Christi, omnis salutis omniumque bonorum fontis. Solebat recitare super infirmis orationem, a S. Vincentio pariter usitatam, quam supra dedimus b, quaque multos sanabat, ut etiam dictum est: sed ut suæ propriæ valetudini mederetur, dicebat istud

S. Augustini: " Domine, hic ure, hic seca; ut " in æternum parcas. " Alias etiam aiebat: " Domine, hic non parcas, ut in æternum " parcas. " Satisfecit Deus desiderio ejus, cum (ut supra dictum est) nullum integræ sanitatis diem duxerit; et pro insigni patientia, quam in morbis suis semper exercuit, Deus concessit ei gratiam sanandi alios.

120 Ineunte anno MDLXXXI, postquam in die anno 1881 Epiphaniæ in majori ecclesia civitatis, et Dominica sequenti in ecclesia templi, rogantibus Magistro Montese, et uxore ejus marchionissa de Navarres, ipsi addictissimis concionatus fuerat, veteres ejus infirmitates tantum auctæ fuere, ut omnino inhabilis fieret ad prædicandum, ut condixerat, per proximam Quadragesimam in parochiali ecclesia S. Stephani, in qua baptizatus fuerat Servus Dei; quam ob rem patrem magistrum, fratrem Vincentium Antist rogavit, ut vices suas subiret; quod iste admisit, Beati orationibus fretus, quibus etiam maxime adjutus fuit. Tempore Quadragesimæ mala ejus tantum invaluerunt, ut patres conventus illius deliberaverint de administrando ipsi sacro Viatico; quod et fecere, assistente domino Joanne de Ribera, patriarcha Antiocheno, qui ipsum tenere amabat, eique continue adfuit. Astiterunt insuper dominus Michaël de Spinosa, Marrochianus episcopus, et gubernator dominus Jacobus Ferreri, cum aliis viris illustribus, ac primæ conditionis personis. Priusquam sanctissimum Sacramentum suscipere, Bertrandus prolixam protestationem præmisit, sanctam fidem Catholicam, et quidquid credit sancta Romana Ecclesia, confessus, multisque cum lacrymis misericordiam a Deo petiit per merita passionis Jesu Christi, et intercessionem Matris ejus semper Virginis Mariæ.

121 Invocavit præterea choros Angelorum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum et Virginum. Posthæc peculiariter se sancto patri Dominico, et omnibus sanctis fratribus Ordinis sui, qui in cælo sunt, commendavit, nominatim exprimens S. Petrum martyrem, S. Antoninum, S. Thomam Aquinatem, sanctumque Vincentium Ferrerium. Tum paulisper moratus, subjunxit: O pater sancte Vincenti, pater mi, pater mi, " Currus Israël, et auriga " ejus c! Deinde invocavit S. Raymundum, S. Catharinam Senensem; ac postea S. Franciscum, omnesque sanctos fratres ejus: S. Augustinum, S. Benedictum, S. Brunonem, omnesque Sanctos Sanctasque Ordinum eorum; ac denique omnes beatos spiritus cæli; precatusque Deum est, ne sententiam corporalis mortis suæ revocaret. Hæc ac similia alia proferebat B. Bertrandus tanto cum fervore, ut, quotquot aderant, solverentur in lacrymas. Post sumptam Eucharistiam amplexus illum patriarcha est, dextereque e digito ejus abstulit anulum osseum, quem Bertrandus ratione infirmitatum suarum gestabat.

Ecclesiæ Sacramentis multus.

122 Tam graviter decumbente Servo Dei, puellæ nobili, domina Isabella, filia nobilis domini Joannis Boyl de Arenos, tam vehementer ægrotabat, ut medici eam non ultra quatuor horas supervicturam, pronuntiarent. Ob quam imminentem jacturam agræ, graviæque damna tranquillitati pacique familiæ inde secutura, decrevit illius pater B. Bertrandum convenire, ut opem ferret in tanto periculo. Advenit ad conventum

A. **Avigoso.** ventum tribus horis ante mediam noctem; et quamvis sciret, Dei Servum pessime se habere, eoque jam adductum, ut nemini posset loqui, invenit tamen patrem magistrum fratrem de Salamanca, qui, intellecta gravi necessitate, introduxit illum in cellam B. Bertrandi, qui Crucifixum manu tenens, facieque conversus ad parietem angustiabatur.

*mortis proxima
sanitatem in-
petrat:* 123 Is strepitum audiens, verso vultu, conspexit dominum Joannem, qui ad ipsum ait: Mi Pater, da veniam mihi, quod hac hora veniam: afflictio gravis, qua premor, coëgit me esse tam importunum. Cumque inciperet luctum suum breviter exponere, Beatus illum sedere jussit, tamque tranquille, acsi minime ægrofasset, multa rei adjuncta quæsivit, ac deinde dixit: Domine Joannes, dominatio vestra tranquillo sit animo, sciatque, filiam suam ex eo morbo non morituram: Deus enim incolumem præstabit: dicatque illi, ut denuo confiteatur et sacram Eucharistiam sumat in gratiarum actionem. His dictis, faciem suam rursus ad parietem convertit, ut ante, et

B animam agere coëpit. Advertens dominus Joannes, eum nihil amplius respondere, manus ejus osculatus est, et domum suam rediit. Nondum pervenerat, ubi ægra decumbebat, cum renunciatum ei est, suam filiam se melius habere et loqui. Ingressus cubiculum, Sume animos, chara filia, dixit, quia ex hoc malo non morieris; adjecitque cetera; ipsaque brevi integram sanitatem recepit.

*paululum con-
valescens, sa-
cris operam
dat; recrudescit
mali* 124 Paulo etiam melius se habuit Beatus, et quotiescumque exiguae vires permetterent, surgebat ad celebrandam Missam in sacello S. Vincentii; quamvis aliquoties accideret, ut, finita Missa, deliquium animi pateretur, non propterea abstinere a celebrando postredie. Admonitus a Religioso, ut maneret in lecto, quod surgendo mortem sibi acceleraret, reposuit: Mi frater, Sacramenta Ecclesie neminem occidunt, sed juvant ad salutem, non solum corporis, verum etiam spiritus, quando sic convenit salutis animæ. Medio mense Maio malum ejus tam vehementer recruduit, ut solo liquore admodum alibili sustentaretur. Acerbissimos per totum corpus patiebatur dolores, tolerabatque patienter et hilariter, dicens, licet sentiret sibi dividi pectus, conteri ossa, secari crura, hæc tamen toto mundo sibi cariora esse, quod magna misericordia esset donumque sibi a Deo destinatum.

*dolores patientissime tolerat;
quotidie peccata confessus,
Eucharistiam sumit,* 125 Audiens illum nonnumquam lamentantem dominus patriarcha, et sui corporis agitatione magnum indicare cruciatum, ait illi: Pater frater Ludovice, an non contentus es es, quod Deus tibi mittit, volens, ut aliquantum patiaris e multis, quæ ipse pro te passus est, ut purior ex hoc mundo recedas? Revera, domine, respondit ille, nolim ego hos dolores quocumque terra bono commutare; et erubesco, quod Dominus noster tantos mihi immerito favores præstet, qui magnus peccator sum; addiditque istud suum consuetum dictum: „ Domine, hic ure, hic seca etc. „ Pium erat videre, ipsum non tantum quotidie de peccatis suis confitentem, sanctamque Eucharistiam sumentem, sed duas insuper horas, unam mane, alteram vesperi, orationi dantem. Rogaverat autem nosocomii curatores, ne iis temporibus quemquam intromitterent, ne im-

pediretur, et exhortabatur eos, ut nullum sibi elabi diem sinerent, cujus non aliquam partem impendissent orationi, quod hæc alimentum animæ esset, et occasio augmenti omnium virtutum.

126 Adverterunt nosocomii curatores, post ac Sanctos invocant, fusas preces ad gloriosissimam Virginem Mariam, cujus imaginem semper habebat, invocare solitum multos Sanctos canonizatos, multosque Religiosos, in eodem conventu superioribus annis mortuos, ac specialiter beatum martyrem et reformatorem fratrem Dominicum de Monte-majore, venerabilem patrem Micone, fratrem Michaëlem de S. Dominico, fratrem Laurentium Lopez, fratrem Bartholomæum Pavia, fratrem Bartholomæum della Costa, confessorium suum, et fratrem Carolum di Mencos, ex Tafalla d oriundum, paulo ante mortuum ætatis annorum viginti, quem B. Bertrandus Angelicum appellabat, dicebatque de eo: „ Eripuit eum Dominus, ne malitia „ immutaret intellectum ejus e. „ Aliquoties amici illius ad eum recreandum curabant apud ipsum musicam fieri, quo tempore ille, ut læstia posset melius contemplari, cooperiebat faciem suam, quæ deinde discooperta madebat lacrymis.

*fame sitique
premitur,* 127 Per multos dies acerbam famem et intolerabilem sitim passus est, quia medici non permittebant ipsum bibere et manducare, nisi valde modice, quod, cum extraordinarium illius malum esset, cautissime procedendum censerent: cumque ipse interiori feбри, quæ humidum radicale consumebat, laboraret, usque adeo fame sitique premebatur, ut patrem magistrum fratrem Justinianum Antist precatus fuerit, ut per vulnera Jesu Christi induceret medicos, ut in jusculo suo aliquot panis segmenta sibi dari concederent. Quod quidem admirationem movit, hominem scilicet, qui corpus semper tam asper tractaverat, tunc tam humiliter, ac veluti eleemosynæ loco exiguum istud levamen expetere. Et vero patuit, B. Bertrandum eo tunc maxime indignuisse, quod rogabat; post sumptum enim cibum extemplo tanto se melius habuit, ut stupori esset, atque ita paulatim aliquantulum convaleuit.

*e conventu ad
nosocomium
clericorum;
inde ad archiepiscopi
villam
transferitur;* 128 Ut autem facilius convalesceret, frater ejus, dominus Jacobus, facultatem petiit illum conducendi ad confraternitatem Domini nostri in nosocomium clericorum, cui ipse præerat, ubi dum Beatus hospitabatur, gaudebat solatio, non solum quod patres conventus sui aliquoties ad eum accederent, ut confitentem audirent, sacraque communione reficerent, verum etiam ut ipsemet aliquibus diebus se vestibus suis indueret, Missamque in nosocomio celebraret cum consensu patriarchæ, qui ipsum quoque sæpe invisebat, neque in hac parte, neque in opportunis munusculis ei mittendis cuiquam cessit. Post aliquod tempus medici censuerunt expedire, ut Servus Dei, priusquam calores caniculares ingruerent, mutandi aëris gratia Valentia excederet. Quo audito, patriarcha institit, ut in locum de Godiglia, ubi ipsemet tunc morabatur, se reciperet.

vulgares tantum cibos admittit, 129 Ivit illuc B. Bertrandus, et duobus circiter mensibus hospitatus est: quo interim tempore dignum erat divina laude bonum exemplum,

A xemplum, quod patriarcha præbuit, Beato inserviendū tanta cum sinceritate ac simplicitate, cibumque suis propriis manibus præbendo, non secus atque is alter S. Vincentius Ferrerius fuisset: at Servus Dei adeo turbabatur in admittendis qualibuscumque deliciis cupediisque ut nec is prælatus, nec ulli e nobilibus viris ejus ausi sint quidquam non vulgaris cibi ei offerre, veriti, ne ejusdem sanitati noceret molestia, qua hinc afficiebatur. Repetebat frequenter maximo cum animi sensu has voces: Egone, qui magnus peccator sum, tantam debeo experiri charitatem ac misericordiam? Probe scio, quid Deus sibi velit illustrissimam dominationem vestram impellendo, ut mihi tantos favores præstes; id eo facit, ut me magis magisque obstringat, ut incipiam divina Majestatis servare. Cujuscumque dignitatis conditionisque personam patriarcha penes se haberet, instante hora, qua B. Bertrandus comesturus erat, deserebat eam, ibatque ministraturus infirmo, benedicens mensæ, panem secans et aliquando etiam modicum carnis minutatim scindens.

agere mortem
uti et propriam
prædicat,

B 130 Absoluta comestione, Beatus, qui interrim semper silebat, expetebat manum patriarchæ ad osculum, et osculabatur eam. Post cœnam ambo ad quamdam fenestram se conferebant, ubi de rebus cœlestibus tractabant, gaudebatque Beatus oculos suos in cœlum fixos habere; nec immerito, quia hoc ejusdem futurum erat domicilium. Medici nihil omittentes, quo ille perfectæ sanitati restitueretur, dixerunt, ei plurimum profuturum, si modico corporis exercitio uteretur, per montem illum ambulando. Quam ob causam jussit patriarcha fellam fieri, quam duo leccarii gestarent; eoque modo die iv Augusti se contulit ad Burgiazor, locum parva leuca Valentia dissitum. Ibi cum sacram Eucharistiam sumpsisset, eam ecclesiam optime instructam cernens, a Joanne Pegliesciero, uno ex auditis majoribus ecclesiæ cathedralis Valentinae, qui aderat, petiit, quis eam tam belle exornasset. Respondit hic, id fecisse Mariam Pagliares, uxorem Bernardi Simo, ejus loci dynastæ; adjecitque: Pater, ora Deum pro ipsa, quia vehementer ægrotat. Tum Beatus, Joannes, inquit, dic ei, Deiparam ipsi brevi soluturam, quod ipsa ecclesiæ contulit: brevi enim moritura est nec multo post etiam ego. Atque ita contigit; obiit enim illa in festo Assumptionis B. Mariæ Virginis, ipse vero die ix Octobris proxime secuto, ut suo loco dicemus.

scapulare, quo
usus fuerat,
fragrat

C 131 Postridie duxerunt B. Bertrandum ad conventum patrum Augustinianorum in vico de Rocca forte, ubi, priusquam sacram Eucharistiam susceperat, scapulare illius infectum est macula, eaque occasione pater magister, frater Gregorius Satore, commodavit ei suum: quod ubi postea recepit, sensit tam copioso insolitoque odore (qui octiduo duravit) fragrare, ut magnopere miraretur. Festo Assumptionis B. Mariæ Virginis patriarcha ivit Valentiam prædicaturus; cumque in loco non fieret Missa præter sollempnem, cui B. Bertrandus ob suam infirmitatem non poterat interesse, summo mane surrexit, curavitque se portandum in Rocca-forte, ubi dictus magister, frater Joannes, ipsum confitentem audit, et sacra Communionem refecit; ac post hæc Bertran-

duus reversus in Godeglia est. Prodebat Beatus manifeste, quanta fame sanctissimum Sacramentum expeteret; cum totis viribus nitetur quotidie accedere ad ecclesiam, quamvis longe ab ædibus dissitam, ut illud susciperet, quod ei passim administrabat dominus patriarcha in Missa, quam solebat coram ipso celebrare.

A. Avignoso.

132 Tot amicis obsequiis Servus Dei in ædibus patriarchæ eo usque convaluerat, ut medici sperarent, fore ut integram sanitatem reciperet: at ipsemet semper persistebat in revelatione de morte sua divinitus sibi facta. Cumque ipsi diceret patriarcha, medicos quidem, eum victurum, promittere; sed tamen vereri propter id, quod ipse anno proximo elapso magistro fratri Petro de Salamanca dixerat; reposuit Beatus: Domine, recte memini diei, quo id ipsi dixi, et præsto sum, ut exsequatur in me Dominus Deus voluntatem suam. Cum quodam die Beatus sacrae Communionis percipiendæ gratia adisset ecclesiam Godeglia, spirante vehementi et noxio vento, tantum inerudit ejus malum, ut reportandus Valentiam fuerit in nosocomium clericorum, in quo, ut dictum est, frater ejus habitabat.

Ad nosocomium clericorum

133 Invaluit ibidem eum in modum illius morbus, ut patres conventus ejus veriti, ne extra ædem ac sodalium suum (quod summæ illis afflictioni fuisset) moreretur, apud patrem Priorem, magistrum Franciscum Alemani suis precibus institerint, ut ipsum ad conventum reduci curaret; quod et magno cum gaudio voluptateque Servi Dei factum fuit, quem in domestici nosocomii cella deposuerunt, in qua per unum mensem ad mortem usque mansit. Ut magna erat de sanctitate Ludovici Bertrandi existimatio, ita multi desiderabant eum videre cum eoque agere, maxime quod pro certo haberetur, illum die festo S. Dionysii ejus anni MDLXXXI moriturum esse: idque erat publicum, quia ipsemet dixerat anno tum proximo elapso, ac sæpius etiam eodem anno; cujus rei sparsa fama ad multos pervenit; ac nominatim pater dominus Laurentius Zamora, Cartusianus, Prior conventus Portæ-cæli, audita hac ex patriarcha prophetia, in monasterium reversus sequentia verba annotavit. "REVELATIO. Anno MDLXXXI. In festo sancti Dionysii moritur Frater Ludovicus Bertrandus."

xiii.
ac dein ad
conventum
suum reportatur et ex prædicatione ejus

134 Hanc chartam complicatam, sigilloque conventus obsignatam sic inscripsit: "Secretum in festo Omnium Sanctorum anni MDLXXXI reserandum: mandavitque patribus, penes quos erant claves arcæ communis, ne sine sua licentia chartam istam ante festum Omnium Sanctorum aperirent; statim tamen post B. Bertrandi obitum, prophetiam jam completam sciens, monachis indicavit, eos jam posse illam legere. Quod dum facerent, vehementer admirati sunt, quod tanto tempore ante tamque certo B. Bertrandus mortem suam scripsisset. Eadem charta a patribus Cartusianis data fuit patri magistro Vincentio Justiniano, qui primus omnium vitam B. Bertrandi conscripsit.

S. Dionysii festo moriturus creditur:

135 Vulgata deinde per Valentiam instanti morte B. Bertrandi, concurrerunt magno numero ad eum invisendum, ejusque benedictionem impetrandam, adeo ut nosocomii curatoribus viriliter laborandum fuerit, ut ab ejusdem cella tantam multitudinem omnium conditionis

hinc multus ad illum fit.

A. Avigoso.

nis hominum arcerent. Qui intramitti non poterant, his satisfaciebant, si saltem Rosaria sua stragulum et linteamina ejus attigissent; quibus vero contingebat, ut eum possent videre, se felicissimos reputabant; multaque e principalioribus personis pro singulari beneficio habebant, si ante Beati lectum genibus inniti liceret. Inter plurimos viros nobiles honorificis titulis ornatos, qui B. Bertrandum variis vicibus inviserunt, unus fuit Magister Ordinis Montese, dominus Petrus Ludovicus Galzerano de Borgia, filius Gandiæ ducis, domini Joannis, qui, cum deberet abesse Valentia, metueretque, ut eo redux ipsum inveniret in vivis, benedictionem suam ab eo petiit, et ante lectum procumbens in genua, ejusdem Beati pedes magna devotione et lacrymis osculatus est.

invita ejus humilitat, concursus.

136 Haud parum displicuit id B. Bertrando, qui intimo animi sensu ait: Qui fieri potest, ut illustrissima dominatio vestra hoc faciat tam magno peccatori? Id ipsum etiam fecit B dominus Joannes, commendator Major Montese, humilem patrem suum imitatus; Bertrandus vero, qui se movere nequebat, debili sua voce, quantum poterat, se tutabatur. Dignum spectaculum erat ambos cernere lacrymantes, alterum ex pietate, alterum ex humilitate. Cum desiderium istud commune esset, ardebat etiam in feminis; sed hæc claustrum intrare prohibita, se conferebant in ecclesiam, ut per alios continue dicerent, quæ circa ipsum agebantur.

Religiosa femine divinitus datur, ut ejus pedes osculetur;

137 In Vigilia S. Dionysii curator infirmorum ad B. Bertrandum visendum ingrediens, audivit eum, dolentis instar simul atque admirantis, dicentem: Quomodo huc intrant feminae? Quod miratus curator est, probe gnarus, id fieri non potuisse; et venienti patriarchæ, ut ei, ut semper solebat, assisteret, narravit ei, quæ audierat. Ingressus autem patriarcha a Beato petiit, qui se haberet. Respondit: Quomodo huc intrant feminae? Quæ feminae? ait patriarcha: Beatusque reposuit: Certe feminae, quæ adfuerunt hoc mane. Tum a patriarcha rogatus, quid illæ dixissent, Nihil, respondit; quod miratus antistes est. Postridie soror Angela Agugliona, Ordinis S. Francisci Religiosa magnæ sanctitatis, patriarchæ dixit: Dominus noster mihi heri mane, dum devotissime orabam pro patre fratre Ludovico Bertrando, quem desiderabam videre, hanc mihi concessit gratiam, ut potuerim ipsius pedes osculari. Mox recordatus patriarcha est, quæ pridie sibi dixerat ipsemet Beatus; rogataque monacha, an ipsa Beato, hucque illi quidquam dixissent; respondit: Nihil; sed permissum sibi fuisse illius pedes velociter osculari.

idem fit

f

g

138 Hisc mensibus in locum Torrente f advenerat infirmus dominus Petrus Angelus Cernovicus, princeps et dux de Sabiaca, et despota Bulgaria g, gravissime afflicto, quod in flore ætatis suæ et in regione procul a suis remota moreretur. At postquam de peccatis suis confessus, et sacra Communionem per magistrum Natalem, loci rectorem, reffectus fuit, visus fuit tranquillior esse, et consolationem admittere. Paucis diebus post jussit illum rector bono animo esse, ac sperare in Deo, se sanandum. Respondit princeps: Accesserunt ad me duo, qui me Valentiam portarunt ad conventum Prædicatorum, et in cellam cujusdam sancti

Monachi (sic enim semper appellabat B. Bertrandum, quoties de illo loquebatur) qui me multum corroborans dixit, moriendum mihi ex hoc malo esse die Dominica.

139 Hoc responso obstupefactus est rector, gnarus, principem jam a tot diebus non surrexisse e lecto, utque in rei veritatem inquiret, ivit Valentiam et casum multis Religiosis aliisque civitatis incolis narravit; atque ipsum B. Bertrandum adiens, ab eo petiit, si quis princeps illum invisisset. Respondit Servus Dei: Veniunt huc multæ personæ. Ex quibus verbis rector intelligens, Beatum id illibenter manifestaturum, nihil præterea addens, abundi veniam petiit. His auditis, patriarcha Beatum secreto interrogavit, si quis exteris princeps eum visitasset. Cui ille respondit, ita esse, adjectique: Bonus vir est, unoque ex hisce diebus migrabit ad cælum. Pater frater Franciscus Ferreri, Ordinis S. Francisci de Paula, cum altero Religioso ad dictum principem visendum accesserat, quo tempore sacrum Viaticum ei administrabatur, eoque peracto, ingressus cubiculum ejus vidit magnam claritatem, sed principem, nec in lecto, nec in cubiculo vidit, nisi aliquo tempore post; petensque, quis iste splendor fuisset, responsum ab eo tulit, S. Dominicum sanctumque Vincentium Ferrerium duxisse se ad invisendum sanctum Monachum Ordinis Prædicatorum.

140 Subsecuto Sabbato, quod in diem vii Octobris incidit, princeps, præsentem rectore, manus suas ex linteamine exseruit, dicens: Nonne vides, domine rector, quanta cum gloria beatissima Dei Mater in hoc cubiculum ingrediatur? O benedicta! o gloriosa, o pulcherrima Regina cæli, o Domina mea, o dulcedo cordis mei! Unde umquam ego promerui, ut me sic inviseres? Sed quid ego dicam de te, pulcherrime Puerule, qui illius brachiis insides, ejus venustas omnem aliam pulchritudinem superat? Hisc et aliis similibus verbis in ea cælesti visione exsultabat. Postera autem die Dominica idem ipse dixit: Hæc est dies lætitiæ, quia hæc ipsa die Deum videbo; ac tribus horis ante mediam noctem denuo confessus peccata sua rectori, ac sæpius repetens hæc verba Latina: « Jesu, esto mihi Jesus. » Jesu, esto mihi Salvator, et salva me, animam suam cum magno sanctitatis indicio Deo reddidit. Corpus ejus sepultum fuit Valentia in sacello B. Mariæ Virginis de Monte Carmelo, uti ipse testamento caverat, quod devotissimus esset B. Mariæ Virgini de Monte Carmelo, cujus habitum portabat: sequenti vero die obiit B. Bertrandus, sicut nunc dicemus.

qui pridie obiit S. Ludovici feliciter moritur.

ANNOTATA.

a 2 Ad Cor. cap. 12, v. 9.

b Numm. 19 et 199 in Vita 1.

c 4 Reg. cap. 2, v. 12.

d Navarræ oppido.

e Sap. cap. 4, v. xi.

f Distat Valentia una paulo amplius leuca.

g Natione Apulus, patria Barletensis, professione Carmelita; Helix Cernovicchi et Helenæ Castriotæ, ducum comitumque Sabiaccæ etc., filius, ut ait Marcus Antonius Alegre in Paradiso Carmelitici Decoris pag. 419 et seq.

CAPUT

A

CAPUT VIII.

*Pius obitus, et mox manifestata
Sancti gloria.*CAP. XIV.
Mortis desiderium quotidie
caelesti pane,

Cum summo desiderio expectabat B. Ludovicus tantopere sibi felicem diem, quo desideratissimo Dei conspectu portiturus esset, ac vel minimum momentum temporis mille anni videbatur. Die Veneris a ante obitum suum rogavit patrem fratrem Joannem Lescano (cui sæpe dixerat, se die S. Dionysio sacra moriturum) quis tunc præsens dies esset, eoque respondente, esse diem Veneris, digitis suis computavit usque ad diem Lunæ *b*, dixitque: Benedictus Deus! quatuor etiam supersunt dies! Sed quamquam mors tardare ei videretur, solabatur se, disponebatque per Panem cælestem, quo roboratus montem gloriæ erat ascensurus. Postquam divinum Sacramentum pro viatico acceperat, quotidie confessus est sacramque Eucharistiam suscepit usque ad diem obitus sui; hoc servato ordine, ut usque ad mediam noctem qualecumque medicamentum aut jusculum sumeret, sed inde ab ea hora nullo modo poterat induci, ut aliquid alimenti admitteret, expectans tempus, quo aliquis Missam celebraturus erat in valetudinario et sacram Communionem sibi porrecturus.

et pius cum Jesu, Maria et S. Vincentio Februario colloquis levat:

142 Habebat piam Crucifixi iconem ad cervical suum, quam sæpissime sumebat in manum, ejusdem manus pedesque venerabatur, ac multa verba ex tenero cordis affectu et amore proferebat; ac simili modo oculos suos figens in quandam B. Mariæ Virginis imaginem, devotissime colloquebatur, cujus verba audierunt multi, qui in cellam, illo insecio, intrabant, quia diligenter cavebat, ne intelligeretur, quod omnem exteriorem sanctitatis speciem semper aversatus fuisset. Plurimum gaudebat patriarcha multis horis cum solo Servo Dei in cella versari, uti fecit aliquot diebus ante mortem, ac semel rogavit ipsum, an sanctus Pater Vincentius Ferrerius eum numquam tempore illius morbi invisisset. Id semel factum esse, respondit, addiditque: Et nunc etiam stat ibi, digitoque locum indicavit. Nec est, cur id quisquam miretur: nam, ut multa, quæ in hac historia jam retulimus, omittamus, aliquando quandam dominam, admodum afflictam ob miserandam mariti sui mortem, quam die Jovis Sancto ex ecclesia egrediens obierat, consolans Servus Dei dixit, illius animam jam esse in cælo, utque eam multo certiore faceret, adjecit hæc verba: Ne dubita hac de re, domina: nam S. Vincentius eam revelavit cuidam fratri, qui cum eo loquebatur, sicut ego nunc loquor cum dominatione vestra.

suscepta biduo ante mortem extrema Unctione, paroxysmum patitur,

143 Morbo vehementer aucto, Beatus ad extrema deductus est; quare biduo ante mortem suam Sacramentum extremæ Unctionis petiit, quod cum solita sua devotione suscepit, respondens dum oportebat, ac tacite psalmos recitans. Quo peracto, perstitit in magna quiete, cælestem quietem expectans. Die Dominica, quæ erat Vigilia S. Dionysii, paulo ante
Octobris Tomus V.

horam xxiii corripuit ipsum paroxysmus adeo vehemens, ut crederetur mori. Pulsata igitur, ut fieri assolet, moriente Religioso, tabella, omnes fratres ad nosocomium concurrerunt, quorum alii flebant, alii gembant, dolebant omnes. Aderant ibi etiam patriarcha et episcopus Marrochianus dominus Michaël de Spinoza, et postquam ibidem aliquantulum fuerant, Beatus oculos aperiens ait: Recedant, poterunt adesse in tempore. Quam ob rem patriarcha inde abiit, quod non moriturus esset ea nocte, tamque firmam fidem habuit verbis ejus, ut, lices paulo ante significasset, velle se ea nocte apud infirmum vigilare, ad palatium suum reversus sit, nihil suspicatus, eum tunc moriturum, nec ante posterum mane redierit.

144 Post aliquot horas infirmorum curator a medico Almenara petiit, quid infirmo postriedie in cibum dandum esset; quod Beatus audiens, Nihil opus, inquit, quidquam cibi mihi in diem posterum apparari: verumque dixit, cum postriedie, antequam quidquam sumperat, excesserit e vivis. Dicto die, qui fuit S. Dionysio sacer, circa mane, quamquam sensus jam notabiliter defecissent, nihilominus, cum interula sua lanea visa ipsi fuisset linea esse; quia valde candida erat et aliquantum mollis: hac imaginatione impulsus dixit, etiam cum lacrymis: Per amorem Dei, per charitatem, per amorem, Jesu, tollite mihi hoc indusium, et date mihi tunicam S. Domini, patris mei, totiesque hæc repetiit, ut oportuerit solandi gratia illum sua illa tunica exuere, ac paulo post eadem, velut altera iterum induere. Atque hac ratione tranquillus mansit, hac quoque in re manifestans, quantum semper amasset sui corporis castigationem, cui jam inde ab adolescentia assueverat. Tenebat Beatus Crucifixum in manibus, in quem tam ferventi affectu obtutum fixerat, ut ad singulas lacrymarum eruptiones videretur spiritum effundere per oculos, corque suum per os, quoties divinis illius plagas osculabatur.

A. AVIGNONO.

ac in tunica
Dominicana
mori cupit:

145 Audita hora xv c, ex indicibus apparebat malum ad extrema pertigisse; idque advertens moribundus patriarcham precatus est, ut sibi Evangelium prelegeret, suam benedictionem impertiret, flagitando, ut cito faceret, quia sentiebat se mori. Hoc officio patriarcha perfusus lacrymis functus est, dolensque pro ratione teneri amoris, quo ipsum prosequabatur, et Servus Dei pari cum affectu ac devotione gratum habuit. Circumdabant illum ibi multi Religiosi et personæ præcipuæ conditionis, omnes lugentes, pulsataque tabella, fratres pro more Ordinis sui recitabant Officium Commendationis animæ, cumque finivissent hæc verba: " Ut vinculis carnis exutus pervenire mereatur ad gloriam regni cælestis, præstante Domino nostro Jesu Christo, qui cum Patre et Spiritu Sancto vivit et regnat in sæcula sæculorum "; beata illa anima ex hoc carcere terreno migravit, eamque gloriosi angeli susceperunt, et comitati sunt ad æternam requiem in cælo, quam tot laboribus lucrari studuerat hic deorsum in terra.

acceptaque a
patriarcha be-
nedictione, san-
cto obit

146 Solvebantur in lacrymas fratres, quamvis haberent, quod lætarentur de beatitudine ac gloria tanti Servi Dei, et prostrati in genua certabant quique præ aliis sæpius oscula ejus pedibus figere. Quamvis autem Defunctus ha-

anno 1581, die
ix Octobris,
ejusque gloria
tum tum suavi
odoro ex ejus
corpore emis-
so,

A. AVIGNONO.

beret in uno crurum diu inveteratam plagam, erumpebat nihilominus ex ea lecti parte suavissimus odor, diversis a cunctis aromatis, quæ in hoc mundo reperire est. Neque solas manus aut pedes, verum etiam fragula et linteamina lecti et vestimenta, quæ omnia pro rebus benedictis sacratisque habebant, osculabantur. Mortuus est B. Ludovicus Bertrandus die Lunæ, IX Octobris, die S. Dionysii martyris, anno MDLXXXI, ante meridiem, uti ipsemet accurate prædixerat, ætatis annorum LV. Cella, in qua obiit, mutata in oratorium est, in quo ad solatium eorum, qui in nosocomio sunt, celebratur Missa. Erat Beatus procerus statura, macilenta facie, maxillis nonnihil elevatis, naso acuto aquilino, carne in vultu extensa, crinibus coronæ albis nigrisque mixtis, oculis admodum lucidis.

xv.
et prodeunte
ex ejus ore
splendore :

147 Eodem, quo animam reddidit, temporis momento visus est ex ore ejus ingens prodire splendor, qui totam cellam illuminavit, eratque velut fulguris, ac spectatu jucundissimus, et duravit, quo tempore quis AVE MARIA recitaret. Viderunt illum multi Religiosi ac sæculares, inter quos fuere Franciscus Ludovicus Blanes, nobilis eques, frater Michaël Ferreri, frater Joannes Martínez, frater Petrus Foix, frater Michaël Luca, et Honophrius Dassio, civis et sindicus Valentinus. Dominus Mathias Paglias, ecclesiæ cathedralis Valentiniæ canonicus, Beato addictissimus, desiderans morienti adesse, festinanter accurrit; cumque in aream Prædicatorum pervenisset, vidit in fastigio claritatem, ut obstupesceret; deinde ad nosocomium perveniens comperit, illum eo ipso temporis momento exspirasse, audiensque ab illis, qui ibidem aderant, de vito in cella, dum moreretur, splendore, narravit ipse quoque, quod viderat. Sed et pater Præsentatus, frater Hieronymus Almenara eodem momento magnum splendorem supra cellam conspexit.

cum celesti
musica,

148 Frater Antonius Bagliester, ecclesiæ janitor, qui Beatum tenerrime diligebat, eodem mane, quoties per munus suum licebat, invisit eum, cumque adesset, dum ille moriebatur, non potuit ibi se continere; sed in ecclesiam rediens, dum illum exspirasse, nuntiatum est, audivit musicam insolitæ dulcedinis, et admirans, cur ea fieret, tanto etiam magis mirabatur, quod non posset recte discernere, quo loco fieret, cum modo ad altare majus, modo versus sacellum Rosarii, modo versus clastrum haberi videretur; bonaque temporis parte illam audivit. Sed advertens, eandem non ab omnibus, qui in ecclesia erant, percipi, intellexit, cæleste melos esse, quo Deus indicare vellet festivitatem, quæ propter novum Aulicum suum celebrabatur in cælo. Audita pariter a multis est ea musica eodem vespere, dum Defuncti corpus jacebat in ecclesia, ac postero mane, priusquam sepeliretur; et rursum tempore exsequiarum, quæ sequenti die Veneris peractæ fuerunt. Jurarunt omnes musici civitatis, se prædictis horis nec cecinisse, nec musica instrumenta pulsasse in iis locis, imo nec in eorumdem vicinia; et quamvis etiam cantassent aut sonuissent, nullo modo audiri poterant in ecclesia propter nimium strepitum ex concursu populi.

149 Mater soror Augullona, Religiosa Tertii Ordinis S. Francisci, quæ vivens et mortua

magnæ Dei famulæ famam obtinuit, paucis diebus ante obitum Beati vidit cælum apertum supra conventum Prædicatorum versus cellam, in qua ipse morabatur. Quædam pia persona, in nocte S. Dionysii precibus intenta spectavit animam ad cælum ascendentem, corona aurea redimitam, et a duobus angelis portatam; viditque, in ecclesia Prædicatorum apparari tumulum ejusdem corpori collocando; ex quorum altero intelligens, B. Bertrandum obiisse, accessit ad dictam ecclesiam, comperitque, quod spiritu viderat, et aspiciens vultum ejus, qui in tumulo jacebat, facta certior est, animam, quam viderat, B. Bertrandi esse.

varisque, quæ
varis seu paulo
ante,

150 Alteram admodum præclaram de B. Bertrandi gloria visionem habuit quidam pater Ordinis S. Francisci, quam secretissime cum jurejurando revelavit patri magistro fratri Justiniano Antist d, et patri magistro fratri Hieronymo Baptistæ della Naza e, episcopo Lobetano; qui Religiosus per biennium desideraverat B. Ludovicum cognoscere, de quo magna mirabilia audiverat, nec unquam potuerat videre ante mensem Augustum anni MDLXXXI in Godeglia in domo patriarchæ, quamvis nullum ei verbum dixerit. In Vigilia S. Dionysii, quæ in Dominicam inciderat, eidem Religioso post Matutinum Officium oranti in choro pro B. Bertrando, quem audiverat moribundum esse, exhibita fuit ecclesiæ resplendens, ex qua prodibat lux maxima; ad quam ecclesiam ille propius accedens, vidit muros illius ex crystallo et auro esse, in eaque media elevatum tumulum panno auro contexto cooperatum, ac super eo B. Ludovicum Bertrandum mortuum: retro tumulum multas cruces aureas, et quatuor fratres S. Dominici, duos ad caput illius, iique videbantur senes, ac duos ad pedes, qui videbantur juvenes.

seu paulo

d
e

E

151 Omnes quatuor e facie sua emittebant splendorem, in modum radiorum solarium: sed eo cum discrimine, quod ille, qui circa caput erat a dextris, emitteret ex fronte unum radium ceteris splendidiorem, qui supra ecclesiam elevabatur: ille, qui a sinistris erat, similem emitteret radium; sed ex ore suo; quodque pari modo ei, qui circa dextrum pedem erat, prodirent e manibus duo radii, qui etiam superabant ecclesiam, tenebatque iste manus expansas, velut admirabundus; quarto denique prodiret similis radius e pectore, isque habebat palmam in manu. Præterea vidit duos angelorum choros, accensos cereos candidos gestantes, subito per ecclesiam venientes usque ad altare majus, canentesque: " Sanctus, Sanctus, " Sanctus Dominus Deus Sabaoth. Pleni sunt " cæli et terra gloria tua, Osanna in excelsis. " Exhibebant hi angeli mirum honorem corpori B. Bertrandi, et ante illud procedentes in duos divisi sunt choros. Post illos sequebatur multus populus, mares et femine canentes, dictumque corpus venerati, manus pedesque osculabantur, prosequentibus interim angelis cantare: " Bene- " dictus, qui venit in nomine Domini, Osanna " in excelsis.

post ejus mor-
tem

F

152 His visis, Religiosus iste suos sensus recepit. Mane conatus fuit discere, quæ nova de B. Bertrando haberentur; nec potuit scire usque in diem Martis sequentem, qui fuit dies sepulture illius. Petita igitur a superiori suo licentia, ivit Valentiam, ac sequenti die Veneris ejusdem exsequiis interfuit; ita ut Deus ejus

oblata fuerunt,

A ejus mortem uno die prius, quam accideret, ipsi significaverit. Deceverat Religiosus iste visionem nulli revelare, quam confessario suo, a quo eam jussus est publicare. Sed cum id aliquot dies facere distulisset, vehementi serupulo anxius statuit eam cum B. Nicolao Factore communicare, una cum aliquibus aliis rebus ad animam suam pertinentibus. Nocte autem sequenti apparuit ei idem B. Nicolaus, dicens: Surge, fili, et vade ad Prædicatores, et dicito illis, quæ de B. Bertrando nosti; in altero autem negotio, de quo me consulere volebas, sic et sic agito. Biduo post ita Prædicatores adivit, iisque inter multas lacrymas visionem exposuit: rogatusque, an sciret, quinam essent quatuor isti Sancti, negavit, dicens, id sibi non fuisse a Deo revelatum.

visionibus

153 Non minor demonstratio gloriæ B. Bertrandi fuit, quod contigit magistro Natali, Rectori in Torrente *f.*, qui simul mortem illius intellexit, Missam solemnem cantavit, ut ejusdem animam juvaret ad egrediendum e purgatorio, si in eo detineretur. Sed ad MEMENTO non solum oblitus fuit, eam ipsi applicare, verum etiam ejusdem nullo modo recordatus est, nisi post Missam absolutam. Imputabat id vitio suo, ac proinde postridie alteram Missam Defunctorum celebravit, in qua illius similiter oblitus fuit. Idem accidit in tertia Missa; quo admirabili eventu observato, agnovit, ita Deo placere. Quam ob rem inde in vicem orandi pro dicta anima, velut alios Sanctos illum invocavit, eumque singulari devotione coluit.

xvi. manifestatur.

154 Simul atque ea sancta anima excesserat e corpore, nobilis eques Franciscus Ludovicus Blanes, priusquam illud vestiretur, pro eximia devotione, qua erga Beatum ferebatur, accessit osculaturus pedes illius, atque inter amovendum operimenta lecti tam suavem fragrantiam odoratus est, ut quædam aromata ibi latere putaret. At certior factus, nihil ejusmodi ibidem esse, cruraque Beati plagis infecta conspicatus, perpendensque, illum jam a multo tempore in lecto decubuisse (quæ omnia a suavi odore aliena erant) conclusit, rem cælestem esse, ut vere erat, eo etiam magis, quod non esset similis odoribus terrenis. Eandem fragrantiam pariter senserunt alii, ut dictum est cap. vi hujus libri.

quam insuper-
Deus, dum ad
ejus feretrum

155 Indutum vestibus concinneque compositum Beati corpus a patribus sui conventus ubertim flentibus in ecclesiam fuit illatum, quam confestim ad illius manus ac pedes osculandos et segmenta vestium auferenda tam numerosus occupaverat populus, ut mirum visu esset. Erat sacrum illud cadaver tam pulchrum, ut non solum nullum horrorem, ut solent cadavera, pavoremque incuteret, sed magnam devotionem et jucunditatem aspiraret, adeo ut viderentur spectatores non posse suos oculos ab eo avertere. Augebatur hæc admiratio, quod, dum manus, faciem brachiaque palpabant, corpus vivum, frigidum tamen, palpare sibi viderentur; et quicumque volebat, ea membra tractabat flectebatque. Crevit in hunc modum multitudo accurrentium, ut, ne quid indignum fieret, merito timeretur: quapropter Prior conventus misit, qui supplicaret comiti d'Aytona, Valentia proregit, ut sui corporis stipatores ad coercendam turbam concederet, atque interim corpus detulerunt in sacristiam, maxi-

me, quod jam tum unus illi abscissus essent digitus.

A. Avigonno.

156 Populus, qui assidue magno numero accurrebat, lamentabatur (nec immerito) quod eo thesauro privaretur, orabatque, ut is proferretur in publicum: quam ob rem patres, ut illius devotioni facerent satis, consenserunt, ut reponeretur in quodam sacello intra eandem sacristiam, quod habet januam in claustro, cancellis ligneis instructam, per quos oculari manus permittebant iis, qui poterant appropinquare. Cum advenissent stipatores, corpus Beati e sacristia, succollantibus domino Christophoro de Cardona Aragoniæ architalasso, domino Joanne de Borgia commendatore Majore Montese, domino Michaële Mercader, aliisque nobilibus viris et devotis personis, in ecclesiam translatum fuit, et cum feretro depositum intra postremos clathros ferreos altaris majoris, stipatoribus multisque Religiosis illud circumdantibus; nec hæc tamen omnia satis erant ad reprimendum vim et impetum devotissimi populi.

ingens hominum.

157 Eodem tempore comparuit in supplice agmine universus clerus ecclesiæ cathedralis cum suo musicorum collegio, qui Defuncto Responsorium cantarunt, quod similiter fecerunt omnes duodecim parochiæ et conventus civitatis, manifestis lachrymis lugubrem cantum sociantes. Advertentes autem patres Prædicatores, non posse per adhibitam cautionem corpus Beati a crescentibus turbis tutari, illud ad sacristiam denuo detulerunt, quo prorex dominus Franciscus Moncada, comes d'Aytona, cum proregina domina Lucretia de Graglia suisque filiis venit osculaturus manus ejus; uti etiam dux Cardonæ, marchio de Comares, dominus Jacobus de Cordona, qui tum opportune Valentia aderat, comes Albayda, alique viri nobiles ac præcipui equites, ac pene omnes concilii regii doctores præstiterunt.

E
tam laicorum,
quam clericorum.

158 Post duas elapas horas, ne tot personas sine solatio, maxime, quæ in sacello majori erant, duas honorifico titulo insignitas dominas aliasque multas dominas et viros nobiles dimitterent, corpus Beati denuo sustulerunt, dimittentibus, quotquot potuerunt, portasque obserantes, ne rursus orientur tumultus. Quamvis autem tunc sero esset, prohiberi nequirit, quin, dum hi egrederentur, intrarent alii, qui in area ante ecclesiam congregati erant. Intravit insuper admodum sero marchionissa de Navarres cum pluribus dominabus et illustribus viris, quibus junxit se ingens multitudo hominum, quos excubiæ nulla ratione poterant ab ingressu prohibere. Tenuit hæc devota confusio usque ad horam noctis tertiam; quod displicuit patribus, quia desiderabant, ut Beatus posset ab aliquo in naturali sua statura sine perturbatione accurate depingi, eaque ratione tum charo sibi monumento gaudere. Depictus solummodo est usque ad medium corpus, Crucifixum manu tenens in eo corporis habitu, in quo mortuus fuit, oculis demissis, cum prodeunte ex ore scedula, inscripta his verbis: " Domine, hic ure, hic se-

multitudo concurret.

ca, ut in æternum parcas; " quæ frequenter in ore habuerat.

159 In aurora subsecuti diei tam numerosus affuit populus, ut illius precibus indulgenti causa oportuerit ante solitum tempus ecclesiæ fores reserare. Collocatum fuit sacrum corpus

vatis beneficis testatam voluit.

A. Avigoxo. pus in suggesto ligneo valde elevato, cooperto panno holoserico auroque contexto, aptatoque, ut illius manus osculis paterent. Ad feretrum stabant tres Religiosi ad accipienda coronas Marianas et Rosaria, Beati corpori admovenda. Duravit magnus iste concursus toto tempore matutino, maxime accedentibus etiam aliis e vicinis locis. Allati quoque fuere multi infirmi et sanitatem consecuti, volente Deo per ejusdem intercessionem multa miracula patrare, quorum aliqua sequenti capite narrabimus.

ANNOTATA.

a *Adi Annotata in Vitam primam cap. 12, lill. b.*

b *Consule eundem locum lit. c.*

c *Horæ Italicæ ab occasu solis numerantur; ad extrema igitur deductus fuit S. Ludovicus sub horam decimam matutinam, nostro horas a media nocte computandi more.*

d *Auctori Vitæ primæ.*

B e *Vide Annotata in cap. 1, libri 2 lit. f, pag. 406.*

f *Vide Annotata in cap. proxime præcedens lit. f.*

CAPUT IX.

Varia beneficia paulo post Sancti obitum variis præstita, et ejusdem sepultura.

CAP. XVII.
Priusquam sepeliretur, splendor prodit ex ejus corpore,

Placuit Deo per infinitam bonitatem suam bonum Servum suum, antequam sepeliretur, multis ac insignibus honorare miraculis, quæ duobus supra relatis de splendore cantuque angelico addenda in hoc capite recensebuntur. Raphaëla Soler annorum LV, Beatum pariter splendenter conspicata, volebat manus pedesque ejus osculari, sed correpta scrupulo, an id licitum esset, quo tempore ille nondum fuerat canonizatus, ivit ad confessarium suum, eoque non reperto, reversa ad Beati corpus est, illudque splendore, quo ante, coruscans denuo conspexit. Id ipsum etiam Eugenia Specchio vidua, annorum L, pariterque frater Antonius Bagliester, conversus ætatis annorum XL, spectarunt. Andreas Armengol, restium e seta opifex, ex Moreglia a oriundus, sed Valentia incola, accessit, quamvis magno cum labore ob frequentiam populi, ad Beati defuncti manus osculandas, dumque id faceret, vidit eas tam claras lucidasque, ut in iisdem, velut in speculo vultum suum spectaverit.

quod et sponte motum fuit;

161 Dominus Joannes Vives de Canamas ætatis annorum LXX, Beato devotissimus, eadem de causa illuc accedens, cum jam prope feretrum pervenisset, vidissetque, unum e Religiosis ad sacrum corpus excubantibus, qui sinistram ejusdem corporis manum, ut eam minus incommode frequens populus posset osculari, tenebat, eam tunc, quod alia quam re occupatus esset, paulisper remisisse, non potuit pertingere ad osculandum; viditque Beatum corpus suum vultumque movisse, seque eo aspici, manumque sibi extendi, ita ut

ipse Joannes eam attingere et osculari potuerit. D Isabella Joanna Salone, uxor Antonii Perez, ex vico de Benifaraig b, ætatis annorum circiter duodecim, habitabat Valentia in domo materera c sue, conjugis Hieronymi Vagliadolid vestiarii, et a pueritia sua passu fuerat fistulam sub gena dextera, quæ usque in guttur penetraverat, unde multa defluebant, et quamvis multa pluribus annis adhibita fuissent medicamenta, nihilo malum imminutum, imo auctum est adeo, ut inciperet os maxillæ putrescere. Quam ob causam medici chirurgique asserentes, malum esse immedicabile, ei vale dixerunt.

162 Eodem die, quo B. Bertrandus obiit, prædicta illius materera et Sperantia Vagliadolid, Ordinis S. Dominici, conduxerunt eam ad ecclesiam Prædicatorum, et quia propter frequentiam populi non poterant usque ad corpus B. Bertrandi pertingere, monuerunt, ut ipsamet niteretur eo pervenire, et Sancti manu, aut saltem veste afflictam partem devote attingere. Pertigit illuc magno cum labore juvenula, et cum adjutorio piorum hominum apprehendit manum Beati, qua signum Crucis ter formavit super fistulam, et ad locum, ubi erat materera sua, reversa dixit, quid fecisset, ac domum reducta fuit. Ibi materera ex quadam indignatione impigit ipsi alapam, cumque illa vellet abstergere sanguinem, qui, quoties ejus facies percutiebatur, semper inde affluebat, nudato collo, non modo non apparuit sanguis, verum etiam comperta est fistula omnino sanata. *fistulam sanat,*

163 Gaspar Gari subdiaconus, ætatis annorum XLIV, dum erat parvulus annorum v, odoratum penitus amisit, ejus nares infecit tam foedum malum, ut præ foetore nemo posset prope illum consistere. Triennio ante mortem Beati negotium quoddam cum eo tractandum habuit, cumque, antequam loqueretur, vellet manum ejus osculari, recusavit Beatus, recusavitque denuo abeunti, omni vi renixus. Qua re dictus Gaspar graviter afflictus fuit, veritusque ne id ob peccatum aliquod sibi contigisset; post ejusdem Beati obitum ivit ad conventum Prædicatorum, arreptaque illius manu dextera, ait: Serve Dei, cum me vivens afflixeris, solare nunc, liberando hac infirmitate, quam tot annis passus sum, eamque manum osculatus est. Deinde volens etiam dexteram osculari olfecit odorem tam suavem, ut magno gaudio repleretur, nec minus lætaretur de recepto sensu odoratus. Domum redux; nares emungens, omne malum in sudarium expulit, eoque dehinc semper mansit immunis. *odoratum redidit, narium foetorem pellit,*

164 Mariam Tudela, Joannis Gremoli uxorem, malum ventris, quod LLOSA MATRIS vocatur, invaserat, eamque in afflictissimam valetudinem reducerat, et ad officia sua reddiderat inhabilem, multis remediis nequidquam adhibitis. Ut hæc B. Bertrandi obitum famamque sanctitatis ejus intellexit, decrevit, quam posset optime, licet maximo cum cruciatu, se ad ecclesiam Prædicatorum conferre, salutem suam flagitatura, ut labore suo familiam posset sustentare, et parietibus (alias enim non poterat) innixa paulatim progrediens ad dietam ecclesiam pervenit. Sed, cum nequiret transire ante altare S. Bernardi, prope portam a dextris positum, nec animus, nec vires sufficerent, ut posset, maxime in frequenti turba, ad ipsum Beati corpus pertingere, ibidem perstitit. *malum ventris,*

A tit, seque Beato devotissime commendavit. Qua in oratione notabili temporis spatio perseverans, visa sibi est subito se melius habere, nec tantum sui corporis pondus doloremque sentire, ac denique suis nixa pedibus incolumis domum rediit tanta cum agilitate, velut numquam ullum malum passa fuisset.

dolorem dentium laterumque sanat :

165 Uxor Antonii Joannis Isola, vestiarii, jam quatuor vel quinque diebus tam acerbo dolore dentium cruciata fuerat, ut nequiret quiescere, et per domum discurreret, vociferans instar amentis. Ipso die, quo B. Bertrandus obiit, versus vesperam quidam cœcus præ foribus illius transiit, quem quædam preces recitare jusserunt. Audiens autem cœcus magnos femine clamores, ejus rei causam petiit, hacque ex ejusdem marito intellecta, subjecit, ut ipsa B. Bertrandum invocaret; se habere penes se sudarium, quod ejusdem Beati corpus attigerat; ac proinde illud morbidæ maxillæ, signum Crucis eodem formans, applicaret. Fecit id mulier devotissime, eodemque momento temporis non solum mitigatus est dolor, sed omnino sublatus, nec eo deinceps umquam denuo ipsa correpta fuit. Isabella Anna, Christophori Sancez de Ayala notarii uxor, graviter cruciabat doloribus laterum, qui ipsam bis terve singulis mensibus acriter invadebant; idque longo tempore duravit cum vomitu. Ipso, quo Beatus mortuus est, die iisdem acerrime correpta, ivit ad osculandum manum ejus, et pro sua incolumitate precata est, atque eodem momento sanata fuit, nec umquam relapsa est.

B 166 Habebat Euphemia Ayala, filia Christophori Ayala, magni momenti litem, cujus felix exitus unice pendebat ex testamento Angelæ Serra. Pridie, quam moreretur Beatus, Christophorus Sancez de Ayala, notarius, juserat testamentum quæri a Francisco Bitor notario, sed illud inveniri nequirit. Dicitur Ayala eo die, quo Beatum sepelierunt, qui fuit dies x Octobris, ad conventum Prædicatorum accessit, ac post data Beati corporis manus oscula precatus est pro reperiendo isto benedicto testamento, quod invenire tanti filie suæ intererat. Inde recedens, notarium denuo adiit; denuoque oravit, ut scriptum istud iterum quæreret. Respondit ille, se, cum jam omnem adhibuisset diligentem operam, nolle amplius tempus perdere; sed ipsemet Ayala quæreret. Erant ibi multi libri in mensa positi, quorum primum, qui inciderat in manus, aperiens, dictum testamentum reperit. Quam ob rem cum ex admiratione, tum ex gaudio, ille adeo percussus fuit, ut surrexerit totus sudans, idque magni miraculi loco habuerit.

testamentum deperditum recuperatur,

C 167 Vincentia Josepha Burdeus, enata ipsi in oculo macula, quæ visum tollebat, in tempore ivit ad ecclesiam Prædicatorum ipso die sepulture B. Bertrandi, tentatura, an ejus manum posset osculari, quod pridie præ turba non potuerat facere. Cum ad sacrum corpus pertigisset, manu impedito oculo imposita, illico dissoluta est macula, viditque, ut prius, quam impedimentum istud ei ortum fuerat. Sperantia, adulta virgo, filia Petri Tudo Pelayre, jam toto anno sanguinis excreatione laborans, tentatis frustra remediis, ad B. Bertrandum, dum in feretro jacebat, accessit, et pedes ejus osculata extemplo incolumis evasit, nec quidquam sanguinis dehinc exscreavit. Sperantia Vincentia puella, Jobi Perez ignivoma-

visum redditi, sanguinis excreationem sistit, falsum cupitis humorem, fœdum sub aure tubæ

rum fistularum opificis filia, ætatis annorum xv, jam triennio affligebatur falso humore in capite, quod inde intumesceret ac fœdabatur velut crusta, et aliquando spargebatur is humor per collum in apostemata. Postquam mater ejus multa in medicinas (nam omni mense renovabatur malum) frustra expenderat, duxit eam ad Beatum, curans, ut infirmæ caput attingeret caput Beati: quo facto, evanuit malum, nec deinde eam umquam denuo corripuit. Joannæ Villalua, ætatis annorum xviii, sub aure dextera acceverat tuber carneum tam fœdum, ut altera auris videretur, quod illa aliquot menses velis aliisque ornatibus abscondere studuit; sed semel osculata B. Bertrandi pedes quaterque manus, quarum una accrementum istud attingit, sine ulla mora eo malo penitus caruit.

168 Jam quartus currebat annus, ex quo vidua Arenosa vehementem sanguinis fluxum patiebatur, qui, simul ac illa B. Bertrandi pedes osculata fuit, subito cessavit, ipsaque usque ad obitum suum incolumis dehinc vixit. Filius Simonis Alvarado, annorum xii, in Museros radicem, quæ in hoc regno gignitur, Ciufa d, appellatam et esui aptam, dextræ nari suæ inseruit, eamque spiritu sursum attrahens tam profunde infixit, ut amplius videri nequiret: unde et puer magnum dolorem sensit, et parentes ejus admodum affligebantur, quod malum immedicabile esset. Ad pulsum æris campani pro AVE MARIA accepit dictus Alvarado schedulam Valentia, qua certior factus de obitu B. Bertrandi, de magno concursu populi ad illius manus osculandas et ingenti fama miraculorum ejusdem; mox in genua procidens filium suum eidem devotissime commendavit, eodemque omnino tempore decidit radix, quæ in naribus jam multum intumuerat. Vincentia Beneita, puella novennis, febris continua cum angustia pectoris laborabat. Ejus mater Francisca Ferreri, nobilis viri Michaëlis Joannis Beneito conjux, ivit B. Bertrandum veneratura, indeque domum redux annulum, quem Beatus aliquo tempore in infirmitate sua gestaverat, infirmæ digito inseruit; moxque eam febris deseruit, pectusque liberum mansit.

sanguinis fluxum, narium dolorem, et febrim sanat.

E

d

F 169 Die Martis, x Octobris anni MDLXXXI post Missam sollennem, cum Beati corpus jam humandum esset, audita in ecclesia est magna et flebilis lamentatio, omnibus, qui aderant, ex ardenti devotione conantibus auferre vestimenta, quæ istud sacrum corpus tegebant; et quamquam horum piorum furum manus accensis facibus adurerentur, impediri nequirit, quin illud paulo minus quam nudatum manserit. Elatum e feretro presentibus solitis excubitoribus, quam cellerrime fieri potuit, delatum est ad sepulturam, in qua erat reponendum. Patriarcha perfusus genas lacrymis sancto suo Amico processit obviam, eumque amplexus est magna cum devotione, quam pariter in omnibus spectatoribus excitavit. Non cedente vero importuno populo, nec locum dante, ut solitæ fratrum nostri Ordinis sepulture Officium posset compleri, sacrum corpus, quam potuerunt, occyssime in sepulcro collocarunt, et sepulcrali saxo cooperuerunt, qua sola ratione id officium finiri potuit.

xviii. Corpus ejus, acre ad sepulcrum delatum,

170 Circa vesperam comparuit altera multitudo extenorum tam numerosa, ut admiratione pariter ac commiseratione dignus esset dolor

A. AVIGNON-
dum sepul-
tura completur,
candidum
et instar vivi
tractabile cer-
nitur,

dolor, quem prodebant, quod sacrum corpus tam cito sepultum esset, antequam illis id videre licuit. Succedente nocte, clausis conventus foribus, solum introducti fuere reverendissimus pater magister Franciscus Maldonado, Generalis Ordinis de Mercede, Prior Portacali, dominus Laurentius Zamora, Cartusianus, magister frater Georgius Olivares, Commendator monasterii de Mercede Valentiae, cum aliquot saecularibus Beato addictis. Peractum tunc complete est Officium sepulturae. Descenderant in sepulcrum quatuor Religiosi, ac notabili tempore in eo perstiterunt, ut Rosaria, annulos gemmasque sacro corpori admoventer: observarunt denuo ibidem, quod omnes fecerant, antequam sepeliretur, videlicet, cum omnia cadavera soleant nigrescere et rigere, corpus B. Bertrandi non solum deformatum non fuisse, sed etiam pulchrum cum vultu angelico, manusque ac pedes instar alabastrum candidos; atque insuper totum corpus (ut jam dictum est) tractabile, non aliter, quam vivum fuisset.

locaturque in-
ter sanctorum
religiosorum

171 Post haec sustulerunt illud reverenter ac devote, ut par erat, et ligneo ioculo incluserunt, et coopericulum super sepulturam resposuerunt; intra quam (quae non erat communis omnium fratrum, sed aliquorum eminenti sanctitate insignium, sitaque erat sub choro a dextris altaris principis) in qua erant aliquot corpora Beatorum, qui magnis miraculis claruerunt. Jacebat ibi in arca lignea corpus beati patris magistri fratris Miconis, qui, ut dictum est, B. Bertrando habitum Ordinis concessit, cujusque corpus translatum fuit in honorificum sepulcrum, in quo hodieque servatur, constructum a nepote suo, magistro fratre Joanne Vitali, insigniter docto ac concionatore, qui hujus conventus prioratum magna cum laude ac civitatis emolumento ter gessit.

corpora :

172 Jacebat ibi pariter corpus beati fratris Michaëlis de Fabra, fundatoris ejusdem conventus, qui cum rege Jacobo Aragonio fuit in expeditione Majoricae, visusque fuit in pugna evaginatum gladium manu gestans beatissimam Virginem Mariam per aërem sequi, magnamque Maurorum stragem edere. Est et corpus insignis speculi religionis ac sanctitatis, fratris Michaëlis a S. Dominico; ac duo corpora gloriosorum martyrum, magistrorum, fratris Dominici de Cordoua de Monte-majore, et fratris Amatoris Epis, qui fuit Prior ejusdem conventus Valentini; quorum Vitae scriptae sunt in Historia provinciae Aragoniae, auctore magistro fratre Francisco Diago f. Corpora horum beatorum Religiosorum fuerunt in tribus arcibus ligneis translata in sacristiam ejusdem conventus, et inter alias reliquias deposita.

sollennes vero
illi exsequias a
patriarcha
sunt habitae die
xiv Octobris.

173 Die Veneris sequenti, quae erat xiv Octobris, patriarcha sollennissimas exsequias Beati celebravit, cui omnes Religiosi Ordines interfuerunt, sed quod plenior esset ecclesia, oportuit eos ingredi per conventum et per aliam viam procedere ad chorum ad cantanda Responsoria sua. Missam cantavit episcopus Marocchianus: pulpitem concionaturus ascendit illustrissimus dominus patriarcha, sed praestrepitu frequentissimi populi nulla ratione obtineri potuit silentium, ut sua illustrissima dominatio eloqui posset, quae in Beati laudem di-

enda paraverat. Dixit tamen, licet hic benedictus Pater tunc non esset canonizatus, nec proinde tam certa ipsius sanctitas et gloria coram Deo, concurrere nihilominus tot indicia, ut nihil ipsi deesset praeter caeremoniam canonizationis. Hisque solis verbis prolatis, recessit e pulpito propter strepitum populi, qui non cessabat. Quod quidem omnibus displicuit, cum quisque desideraret ex ore patriarchae audire quaedam ex multis scitu dignissimis, quae ipse de Beato noverat.

ANNOTATA.

a Hispanis Morella, regni Valentini oppido in Aragoniae Cataloniaeque confinibus.

b Videtur is locus esse regni Valentini vicus, Benifarache dictus, cujus meminit Escolanus tom. 2 Historiae Valentinae col. 343, num. 9.

c Nescio, an Amitae: utrumque enim significat vocabulum zia.

d Hispanis est Chufas: Lexicon Academiae Hispanicae cyperim vocat a Graeco vocabulo χυπερος, quod juncum angulosum significat: ad ejus radices fructus nascitur, qui pueris in amore est.

e Capta a rege Jacobo fuit anno 1229 die postremo Decembris.

f Agit Diago de Michaele de Fabra, conventus Valentini fundatore, lib. 2 Historiae provinciae Aragonicae Ordinis PP. Praedicatorum cap. 45: de Michaele a S. Dominico cap. 74 ejusdem libri; de Dominico de Cordova de Monte-Majore lib. 1, capp. 51 et 52; item lib. 2, cap. 74: de Amatore Espi lib. 1, capp. 50 et 52; item lib. 2, cap. 74. Vide etiam Annotata in cap. 7 Vitae primae lit. e.

CAPUT X.

Alia Nicolai Factoris de illius sanctitate testimonia, et translatio corporis.

Post Beati sepulturam, insigne de sanctitate et gloria illius testimonium dedit beatus frater Nicolaus Factor. Postquam enim sepulturae interfuisset, post aliquod cum istis patribus colloquium recepit se in cellam, ubi sequi horae spatio haesit in ecstasi, qua finita, ipse tamen adhuc velut sensuum usu destitutus, coram reverendissimo patre Generali Ordinis de Mercede fratre Francisco Maldonato, magistro fratre Michaële Salon Priore Ordinis S. Augustini, patre fratre Georgio d'Olivares Commendatore de Mercede Valentiae, patre fratre de Figueroa Augustiniano insigni concionatore, multisque aliis dicti conventus Religiosis, quorum multi flebant, cepit crebris vicibus spatio circiter mediae horae loqui, modo Latine, modo vernacule, ipsum passim S. Ludovicum, nonnumquam Fratrem appellans, prout sequitur.

cap. xii.
Insigne

A 175 Sancte Ludovice, dilecte Deo et hominibus, jam vides Deum facie ad faciem; jam non amplius es melancholicus; jam tibi dictum est: Intra in gaudium Domini nostri. Festive te susceperunt angeli, dum caelum ingressus es, sed et mox dixerunt tibi: Amice, ascende superius: id ipsum tibi dixerunt archangeli, principatus, potestates, virtutes, dominationes, throni, atque ipsi etiam cherubini. "Ascendit" super cherubim et volavit super pennas ventorum *a.* "Cherubini te in chorum suum admiserunt apud S. Dominicum, S. Franciscum, sanctumque Vincentium Ferrerum. Ibi rursus stas ardens amore Dei ejusque conspectu bearis. Jam certus es de eo, de quo disputabant S. Thomas et Scotus, quodque nos nescimus, an beatitudo essentialiter consistat in videndo Deo, an in amando. Jam nunc cantas cum Davide: "Sicut audivimus, sic vidimus in civitate Dei nostri *b.*" In caelo es, oblectans te in ea abyssio divinae essentiae, instar magni piscis in profundis aquis maris. Jam completum est istud Canticum: "Introductus me Rex in cellam vinariam *c.*"

B 176 O quam similis es sancto Jordano *d*, qui diversis vicibus ac temporibus concessit habitum mille novitiis; ita et tu admisisti, qui nunc illustrant, illustrabuntque vestrum Ordinem. Non vocabunt posthac Fratrem Ludovicum, sed Sanctum Ludovicum. Sancte Dominice, ora pro me; S. Petre Martyr, ora pro me; S. Antonine, ora pro me; S. Thoma, ora pro me; mi domine S. Vincenti Ferreri, ora pro me; S. Ludovice Bertrande, ora pro me: cum jam in caelo cum iis sis, recte dixisti mihi, te non amplius concionaturum esse. Vestimenta tua tibi hodie certatim ablata sunt a saecularibus; quid supererit vestris fratribus? Supererit illis humilitas vestra, et vestrum bonum exemplum. O quantum eras humilis! O quando amici mei dicebant mihi, ut te infirmum in vestra cella inviserem; confitebar prius peccata mea: Tu vero, Amice mi, dicebas mihi, ut tibi legerem Evangelia, et orarem pro te: cum tu, qui vere Sanctus eras, debuisses orare pro me.

C 177 Recordare, te mihi duo promississe in hac vita mortali: unum jam servasti, restat aliud. "Sancte Ludovice, omne promissum, debitu. " Observa, justi viri esse, facere, quod pollicetur: ego plurimum confido, et sto verbo tuo. O quam ego gaudeo! Recte dixit S. Paulus: Gaudete semper in Domino; ac secundo dixit: Gaudete *e*: sed ne modum excedat istud gaudium, adjunxit idem Apostolus: Modestia vestra nota sit hominibus *f*. Haecenus verba sunt beati Nicolai Factoris, dum erat in ecstasi. Ex nonnullis indicis colligitur, beatum patrem Nicolaum a B. Bertrando, dum hic etiam in vivis esset, petiisse, ut post obitum suum duo sibi indicaret, quorum unum erat ejusdem B. Bertrandi status in altera (huncque ipsi jam revelaverat, uti apparet ex predicta ecstasi) alterum, an ipse Nicolaus salvandus esset; idque credibile est, ei post multas preces pariter significatum fuisse, cum ille, priusquam suis sensibus redderet, dixerit, se multum gaudere, ac post finem ecstasis tantopere laetaretur, ut admirationi esset, proferretque quaedam verba tam accensa amore divino, ut lacrymas cieret audientibus.

178 Peculiariter etiam dixit magno cum spiritu patri Generali Ordinis de Mercede: O pater Generalis, iste fuit frater: an non credit, etiam in suo Ordine esse in variis locis aliquot sanctos fratres? Sunt sane; et iste Ordo, cum a S. Raymundo de Pennaforte fundatus sit ad redimenda mancipia, plurimum tenetur imitari Christum, universi generis humani Redemptorem, de quo S. Paulus ad Ephesios ait: "Propter nimiam charitatem, qua dilexit nos *g*"; (quam vocem ΝΙΜΙΑΜ aliquoties repetiit et amplificavit) obligaturque ad exercenda eximiae charitatis opera; manentibus patribus redemptoribus mancipiis Algerii, ut alia mancipia redimant. Dum haec beatus frater Nicolaus diceret, oculos suos ad quemdam Religiosum e Praedicatoribus, dictum patrem Praesentatum fratrem Lucam, convertens ait illi: Frater, para te; quia moriturus es. Et quamvis id eidem Religioso videretur sine ulla ratione assertum, fuit tamen iste, de quo id dixerat B. Nicolaus, primus ex ejusdem conventus patribus mortuus, licet aliquot mensibus post; obiit enim die secunda Julii anni sequentis.

179 Post haec aliaque sacra alloquia, inter quae identidem recidebat in ecstases, dixerunt ei, ut veniret pransum; jam enim tres horas elapsas esse post meridiem; quibus ille respondit. Quod prandium potestis mihi dare, quod exaquet illud, quod mihi dedit frater meus S. Ludovicus? Tum velut vi conductus ad triclinium, cum ante cellam S. Vincentii transiret, admirabili devotione exclamavit: O si hanc gratiam mihi concederet Deus, et ego aliquando hanc aedem ingressus morerer, ut sepelirent me in hac cella prope altare, ubi toties oravit S. Vincentius, Missamque celebravit frater S. Ludovicus! Dum ad triclinii portam pervenerat, digito in caput mensae transversae ad sinistram positae intento, ait: Quid vultis, ut ego comedam? Sinite me sedere eo in loco, in quo mihi Deus tantum favorem praestitit. Haec autem ait, quia ibi in caena viderat cum Religiosis S. Dominicum et S. Vincentium, ut supra dictum est: subitoque raptus spiritu multa dixit de gloria B. Ludovici Bertrandi, nec induci potuit, ut quidquam alicujus substantiae comederet.

180 Reverso ad suum monasterium Jesu, aliquantulum a muris civitatis dissitum, vix biduo triduoque persuadere potuerunt, ut cibum caperet. Simulatque enim ea de re sermonem facerent, loquebatur ille de convivio a sancto fratre Ludovico sibi exhibitio, et ecclesiam ingressus cum sua solita simplicitate dicebat sanctissimo Sacramento: Adeone, Domine, omnis amor tuus, omnes blanditiae sunt pro vestro fratre Ludovico; et pro paupere fratre Nicolao nihil est? In aliis quoque occasionibus idem pater B. Nicolaus insignia testimonia pro B. Bertrandi sanctitate dixit. Cum Religiosis conventus sui veniens, ut apud B. Bertrandi funus in ecclesia Responsorium recitaret, procumbens in genua illius pedes osculatus fuit, ac bono temporis spatio innixus genibus permanens frequenter repetiit: Ora pro nobis, beate Ludovice Bertrande. Pari modo, quamdiu supervixit B. Nicolaus, in litaniis inter alios sanctos confessores semper invocavit B. Bertrandum his verbis: "Sancte Ludovice Bertrande, ora pro nobis."

181 Alio

A. AVIGSONO.
idem Ordinem
B. Mariae de
Mercede lau-
cat, et P. Do-
minicano mor-
tem praedicat:

laudare S. Lu-
dovicum,

quod et alias
fecit, pergit:

A. AVIGNON. S. Ludovicum sibi apparentem habet;

181 Alio tempore B. Nicolaus ad conventum Prædicatorum accedens, ut cellam, in qua B. Bertrandus vixerat, inviseret, pro sacris reliquiis accepit piam imaginem prelo excusam, quæ una erat ex iis, quæ ad B. Bertrandum spectaverant, aliasque ejusdem reliquias petiit. Rursum alias, dum vesperi esset, in ecclesia Prædicatorum cubitum cuidam patri impingens, ait: Non vides, frater, non vides? Quid, pater Nicolae, Religiosus respondit. Cui ille, altare majus indigitans, retulit: Amicum, Amicum. Unde intellectum est, B. Bertrandum ei tunc apparuisse. In conventu suo de Jesu quodam die fixos in cælum oculos tenuit tanto cum fervore et affectu, ut videretur velle se elevare a terra, ac exultabundus dicebat: Vis ut ascendam, Fratercule mi, frater Ludovice, vis, ut ascendam? frequenter hæc eadem repetens. Alio die post celebratam Missam notabili tempore ante altare majus flexis genibus mansit, deinde vero velut usu sensuum destitutus circumstantibus inquit: Cur me ita habere putatis? Vidi patrem S. Franciscum, patrem S. Dominicum, atque inter eos medium istum benedictum, istum benedictum fratrem Ludovicum Bertrandum. Itane, an, quia non simus omnes ejusdem habitus, non simus omnes fratres?

commemorationem

182 Similiter reliquo tempore, quo vixit, in sermonibus suis, habitis Valentiniæ et in Catalonia (ubi habitum Capucinorum induit, frater Franciscus a Plagis appellatus) semper multa cum laude de B. Bertrando locutus fuit, ac pro sua particulari devotione commemorationem de eo composuit, in qua evidenter prodidit, quam certus esset de gloria et beatitudine, qua B. Bertrandus fruebatur in cælo. Est autem hæc commemoratio, quæ sequitur: « De beato Ludovico Bertrando Valentino, Ordinis Prædicatorum, commemoratio. ANTI-PHONA. O Proles Valentiniæ civitatis præclarissima, o jubar, omnium virtutum perfectione ornatum decoratumque; o rosa rubicundissima lum florigera Dominicæ Religionis gratissimum et odoriferum; o gemma sacerdotum præfulgentissima; o Fili sanctissimi patris nostri Dominici legitime, beatæ Ludovice Bertrande divinæ legis amator, ora pro nobis ad Dominum Jesum Christum, qui te in numero Beatorum suorum coronare dignatus est.

de S. Ludovico componit,

183 « y. Ora pro nobis, beate Ludovice Bertrande. y. Ut digni efficiamur promissionibus Christi. ORATIO. Præsta, quæsumus, omnipotens et misericors Deus, ut, qui beati Ludovici Bertrandi sanctitatem et vitam gloriosam celebramus, ejus etiam virtutes imitemur, et imitando proficiamus, et proficientes ad regna cælestia pervenire feliciter valeamus. Per Dominum nostrum Jesum Christum etc. » Postea scripsit ad quemdam doctorem consilii regalis regni Valentini, suum carissimum sanctum Ludovicum Bertrandum quamdam gratiam a Jesu Christo Domino nostro sibi impetrasse, et, antequam eam impetraret, illum a se visum esse coram Deo uno modo, ac deinde altero; moxque subjunxit: Hisce inter venerunt gloriosus pater meus S. Dominicus, et dominus meus S. Vincentius.

184 Denique beatus pater frater Nicolaus graviter infirmus ex morbo, quo obiit, visitatus fuit a patre superiore conventus Valentini Prædicatorum ac venerabili patre fratre Dominico Anadon bonæ memoriæ, ab iisque illi allatus B. Bertrandi digitus; quo tantum exultavit, ut non desineret eum osculari, suoque vultui colloque admoovere dicens: O sancte Ludovice! O sancte Ludovice! Bis terve quoque repetiit, sibi in hac infirmitate SS. Dominicum, Vincentium et Ludovicum Bertrandum adfuisse, ac diserte affirmavit, se eos vidisse. Ait insuper, adesse istas volucres, quas pater S. Ludovicus Bertrandus die Paschatis Resurrectionis viderat: rogatus autem, quo in loco eæ essent, respondit, evolasse ad cælum. Denuo rogatus, quænam istæ volucres essent, reposuit, angelos esse. De hoc argumento etiam actum est supra lib. i cap. xxiv. Præterea narravit, se aliquando ad B. Bertrandum adivisse, ut aliquid ex eo, exquireret, verum ipsum, ut erat secreti amans, id dicere noluisse; rogatum deinde, an ipse (B. Nicolaus) salvandus esset, cum singulari affectu ter dixisse: Imo, E imo, imo.

185 Aucto in dies singulos miraculorum numero, quæ Deus per intercessionem B. Bertrandi operabatur, concurrebat ad conventum Prædicatorum maxima populi frequentia ad ejusdem sepulcrum honorandum; quod, ut dictum est, erat sub choro, ad quem non patebat invisentibus pro suo desiderio ingressus. Quam ob rem, ut populi votis satisfaceret, Beatique corpus debita cum decencia servaretur, frater ejus Jacobus Bertrandus curavit ipsi fieri sepulcrum e saxo in modum parvi sacelli, in quo sacrum corpus tumbe saxæ inclusum collocatum fuit cum consensu ordinarii (qui jantum multa acceperat testimonia, ex quibus constabat de sanctitate vitæ ac miraculis ejusdem B. Bertrandi); hæcque translatio contigit die xxv Martii, sollemnissimo festo Incarnationis Filii Dei, anno MDLXXXII.

186 Quamquam autem student eam facere secreto, ut strepitum et concursum vitarent, utque solum aliquot spectatoris conditionis personæ adessent, nequit ea res celari; sed in vigilia Annuntiationis tanta adfuit frequentia hominum, existimantium, translationem ea nocte peragendam, ut admirationi esset. Ex qua re pater Prior intelligens, civibus persuasum esse, translationem noctu faciendam, statuit illam medio die peragere. At ubi patriarcha, et cum eo episcopus Marrochianus cum aliquot domesticis suis per portam conventus, et per ecclesiam proregina cum exiguo comitatu, videlicet filio suo domino Gastone de Moncada, nunc marchione Aytonæ, suisque filiabus, ac genero domino Hieronymo Coreglia, primogenito comitis de Cozentayna, atque aliquot paucis domesticis, visi sunt tam insueta hora intrare, intellexit populus, quod res erat, et, utut fores ecclesiæ subito oclusæ fuerint, nihilominus plures quam quingentæ personæ in ea adfuerunt, inter quas erant multi nobiles equites, viri illustres, doctores ac Religiosi.

187 Aperuerunt sepulcrum et in illud ad levandum corpus descenderunt Provincialis magister frater Joannes Loares, Prior magister frater Franciscus Aleman, et magistri frater Joannes Vitali, et frater Vincentius Justinianus Antist, qui reserata arca, in quo sacrum corpus

et ad extrema redactus illius summo gudio digitum succipit.

xx. Corpus ejus, aucto miraculorum numero, anno 1582

coram patriarcha, viris principibus, et populi multitudine

incorruptum repertum.

A pus jacebat, invenerunt illud illæsum ac sine ulla corruptione, ut manifestum erat omnibus, licet locus iste esset admodum humilis; substitueruntque ibidem aliquantisper, ut sacrum cadaver novis vestibus induerent, veteresque pro reliquiis servandas tollerent; itaque ipsum re-cta per ostium sepulturæ, non secus atque vivum fuisset, in conspectum circumstantium produxerunt. Dum tumba aperiebatur, quidam litterarum studiosus ætatis annorum xxiv, Josephus Monleo appellatus, sensit ex ea procedentem magnam fragrantiam, atque majorem, dum corpus eximebatur. Eandem etiam senserunt dominus Henricus Ferreri, Franciscus Vaziedo, multaque aliæ personæ, qui affirmarunt, fuisse suavitatem omnibus aliis ordinariis odoribus dissimilem.

188 Itum præ devotione in lacrymas, Deoque laudes datae sunt, dum sanctum istud corpus tam incorruptum ac tractabile, velut paulo exanimatum fuisset, conspectum fuit. Posuerunt illud in feretro, et patriarcha lacrymabundus pedes ejus osculatus est, imitativoque eum sunt, quotquot potuerunt appropinquare, Coronas, Rosaria gemmasque ei admoventes, quæ summa cum devotione ac lætitia facta fuerunt. Sed, crescente postea osculantium et Coronas aliaque admoventium multitudine, festinarunt illud deponere, ubi nunc est, tanto etiam magis, quod sublatis jam essent duo manuum digiti, et minimus unius pedum; quamquam pater Provincialis, cognito fure, ambos manuum digitos recuperaverit. Veriti igitur, ne etiam aliæ corporis partes auferrentur, reposuerunt illud velociter in prædicto loco, et præ nimia festinatione sepulchrale saxum inverso modo imposuere.

189 Quapropter postridie tempore meridiano reversi, ut saxum recte locarent, sacrum corpus denuo exemerunt; at quamquam id tam secreto fieret, ut vix innotesceret fratribus conventus, præterquam iis, qui peragebant, affere tamen supra ducentos sæculares; fuitque pium spectaculum. Pater Prior conventus induit se pretiosissimo pluviali ex auro textili, et ministri et acolythi paribus vestimentis induti sunt, omnesque simul sanctum corpus in humeros sublevarunt, intonante patre Priore Hymnum patris S. Dominici: « Gaude, mater » Ecclesia, lætam agens memoriam, quæ novæ » Proles gaudia mittit ad cæli curiam, » dumque responderet organum et alternarentur versus, per tempus Religiosis atque etiam sæcularibus licuit ejus sanctas manus singillatim osculari. Post hæc, dicta Oratione de S. Dominico, collocarunt sacrum corpus in prædicto sepulchro, in quo hodieque servatur honoraturque undecim lampadibus argenteis, quæ ordinarie ibi semper ardent.

190 A die xxvi Martii anni MDLXXXII usque in præsentem annum MDCCXXI numquam amplius apertum fuit istud sepulchrum, nec sacrum corpus visum. Jacet ibi integrum præter tres digitos unius manuum, et minimum digiti pedis. Et quia, dum duo digiti abscissi fuere, animadversum est, etiam minimum digiti ejusdem manus ceptum esse rescindi, qui non nisi tenui nervo amplius adhærebat, resciderunt illum penitus, ut in conventu aliquæ reliquæ superessent, ad infirmos deferendæ, argenteoque inclusum in sacristia deposue-

Octobris Tomus V.

runt, quo multa miracula facta fuerunt. Ex duobus aliis pater Provincialis unum dono misit Cardinali Alexandrino, fratri Michaëli Bonello, Pii V nepoti; alterius digiti unum articulum donavit patri Priori, reliquos duos patri magistro fratri Vincentio Justiniano, qui eos dono dedit partim serenissimæ Infanti dominæ Isabellæ Eugeniæ Claræ Austriacæ, filiæ Philippi II regis, dum fuit Valentia anno MDLXXXVI; partim dominæ Guiomar de Moncada, filie marchionis Aytonæ, et matri comitis de Cozentayna, quæ has reliquias hactenus servat. Minimus pedis digitus venit in manus Inquisitoris, domini Petri Zurate, qui eundem cuidam monachæ nepti suæ dedit. Vestimenta ejus et arca lignea, e priori sepulchro elata, adversus varias infirmitates adhibita multo miraculis claruerunt.

A. AVIGNON.

ANNOTATA.

- a Psalmo 17, §. xi.
 b Psalmo 49, §. 9.
 c Cant. 2, §. 2.
 d Illustrata sunt ejus Acta ad diem 15 Februarii.
 e Ad Philip. 4, §. 4.
 f Ibidem §. 5.
 g Ad Ephesios 2, §. 4.

LIBER III.

CAPUT I.

Sancti apparitiones.

Octiduo post B. Bertrandi e vivis excessum quidam eremita de Cullera a, Michaël Pons nomine, qui aliqualem familiaritatem cum illo contraxerat, gravissime laborans ex febris, quæ eum jam toto mense ac medio afflixerat, noctu tacitus ait: O pater, frater Ludovice Bertrande, si ego fuisset sanus, morti tuæ interfuissem; et extemplo vidit per januam cubiculi sui eundem Beatum cum uno socio ingredientem. Ipsemet autem Beatus rogat ipsum dicens: Quid agis, frater Michaël? Qui valet? Lætare, quia nil tibi mali fiet: formatque signum Crucis in fronte illius, et genam ejus attigit. Quærenti eremita, quis esset illius socius, respondit, esse magistrum Micconem; subitoque ex oculis evanuit; eremita vero omni febris liber ac omnino incolumis mansit.

2 Hieronymæ Julianæ, Jacobi Caldet setarum restionis conjugis, guttur ipso die, quo Beatus mortuus est, tam atrox malum invasit, ut os ejus usque aurem dextram contorqueret adeo, ut loqui nequiret, ac vehementer patere- retur. Audiens autem, Beatum multa miracula patrare, quadam vespera sese illi devote commendavit, ac nocte subsequuta Beatus cum S. Vincentio Ferrerio ipsi apparuit, et juxta cervical ejusdem lecti assidens monuit, ne sibi elici sanguinem sineret, brevi sanandam, data-

CAP. I.
 Michaëli Pons
 febricitanti.

F

Hieronymæ
 Julianæ malo
 gutturis labo-
 ranti, Religio-
 sa, sanctita-
 tem ejus non
 credenti, appa-
 ret.

A. AVIGNONO. que ipsi sua benedictione, ambo evanuerunt e conspectu, osque illius ad suum locum reductum est, restituta loquela est, omnis dolor abscessit, et ipsa sanata fuit. Ursula Clara Ayessa, tertii Ordinis S. Francisci, non credebat, Bertrandum esse sanctum; sed paulo post mortem ejus quadam vespera, dum signum daretur ad AVE MARIA, orandi gratia inclusæ oratorio suo apparuit Beatus in habitu albo nigroque, quo utuntur Prædicatores, plurimum coruscans, et capucium gestans pretiosis gemmis conspersum, odoremque suavissimum spirans, frontem ejus tetigit, aitque: Nunc credes, Qualis sim? et, hoc dicto, non amplius apparuit.

nobilem equitem,

3 Anno MDLXXXII, die v Februarii Valentie obiit nobilis eques, multæ virtutis et honoratæ conditionis, Guilielmus Raymundi Catalano, cui tempore morbi sui pluries apparuit Beatus, singulariter post suscepta Sacramenta Confessionis et Eucharistiæ, et conditum testamentum. Quædam persona, quæ ei assistebat, B. B. audivit ipsum notabili temporis spatio modo loquentem, modo auscultantem, deinde respondentem hilariter; petiitque, quæ causa esset. Ignoscat tibi Deus, respondit infirmus: aderant mihi beata Virgo Maria, S. Dominicus et S. Vincentius Ferrerius cum beato fratre Ludovico Bertrando. Paulo post eandem personam per amorem Dei oravit, ne cui mortalium referret, quæ dixerat. At oportet, Sanctos ei postea mandasse, ut ea revelaret: nam coram domina Francisca Vives, uxore sua, dominoque Francisco Valterra, et aliis visionem ipsemet narravit: utque gestabat in capite pileum nocturnum, ad collum rotarium, et sub cervicali cingulum, quæ omnia B. Bertrandi fuerant; addidit, eundem Beatum de iis reliquiis locutum fuisse, seque ab iis invitatum esse, ut cum iis iret.

e morbo decumbentem,

4 Post aliquot horas rursus ait, eosdem Sanctos sibi etiam alias adfuisse cum aliis ejusdem Ordinis, qui velut supplicantium ritu seriatis retro lectum constiterunt, recitantes Litanias, officio cantorum fungentibus sancto patre Vincentio et B. Bertrando, nominantibus in Litanis non solum canonizatos, verum etiam alios ejusdem Ordinis tunc nondum sollenni ritu Sanctis adscriptos, ac specialiter martyres fratrem Dominicum de Monte-Majore, et fratrem Amatorem Espi, et sanctum fratrem Joannem Miconem, et sanctum Pontificem Pium V b, a quo aiebat, se multa obtinuisse beneficia. Recitantibus illis Litanias, cubiculum etiam ingressus est gloriosus S. Nicolaus Tolentinas, quem illi omnes venerati sunt et prope S. Dominicum locarunt, qui scipionem manu tenebat, et ex ejus fronte splendidissima lux prodibat; isque ex speciali favore scipionem ejusdem cervicali supposuit, itaque infirmus nocte sequenti dormire potuit, cum antea multas exegisset insomnes.

iterato

5 Tam sancto consortio fruens oravit omnes, ut sanitatem sibi obtinerent, quam ad solandum uxorem suam filiosque desiderabat. Quam petitionem sibi displicere innuit B. Bertrandus, dicens, eum non moriturum ex eo morbo, ac deinde percusso collo illius, tota visio cessavit. Cum ad quartumdecimum sui morbi diem multo se melius habens pertigisset, sed e collo dolens, ait uxori suæ: O domina, quantum icium mihi Sanctus infixit! quantum mihi dolet!

Accedentes postea medici et chirurgi nullum mali vestigium compererunt; sed biduo post eandem colli partem iniecit gravis inflammatio, unde vehementer lamentabatur, et intra duos alteros dies mortuus est, facto probans, verum fuisse, quod Beatus asseruerat, non moriturum ipsum ex eo morbo, quo tunc laborabat.

6 Pridie mortis ejusdem viri nobilis post receptam extremam sacram Unctionem, vehementem morbi accessionem passus est, ex qua sibi redditus, sed loquela destitutus, duos digitos versus cervical extendit; cumque nescirent, quid sibi vellet, regarunt tandem, an eo in loco B. Bertrandus et S. Vincentius Ferrerius consisterent; quibus ille hilariter claudendo oculos annuit. At, qui aderant, illusionem veritatis, asperserunt ipsum aqua lustrali, petieruntque, an visio cessaret; ille vero nutu abnuvit. Tum filius ejus, magister frater Vincentius Catalano, ex simili suspicione dixit: " Verbum caro factum est: " ipseque clare subjunxit: " Et habitavit in nobis; et vidimus gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti a Patre, plenam gratiæ et veritatis. Laus tibi, Christe; " rursusque monitus, ut præterea diceret: " Jesu Christe, Fili Dei vivi, miserere nobis: " respondit: Satis est, fili, nil opus tot verbis est.

7 Rogatus deinde idem infirmus, quid sibi a Sanctis dictum esset, respondit, se ab iis vocatum esse, ut cum iis velociter iret. Præterea rogatus, quid ipse tunc iisdem respondisset; reposuit, se eosdem libenter comitaturum. Rursusque rogatus, quis ipsum retinisset; Vos ipsimet, inquit. Idque verum est: nam omnes pro servanda ei vita Deum deprecati fuerant. Tunc etiam impletum est, quod B. Bertrandus aliquot menses ante ipsi promiserat. Cum enim ille quadriduo, antequam Beatus obiit, ad illum accessisset, ut eum inviseret et benedictionem flagitaret, audivit ab eo hæc verba: Vade, Deo propitio, domine Catalano, ego meminero dominationis vestræ, uti reipsa comperies.

8 Sorore Margarita Saliglias, Religiosa Ordinis S. Clare, die S. Valentini, xiv Februarii anni MDLXXXII, ex morbo ad extrema deducta sine ulla spe convalescendi, mater abbatisa jussit Missam de Defunctis cantari, eamque obtulit B. Bertrando. Dum hæc Missa canebatur, soror Joanna a Cruce invisit infirmam, monuitque, ut commendaret se B. Bertrando, cui ea Missa oblata erat, ut ille pro sua salute intercederet. Respondit infirma: Jam hic adest B. Bertrandus. Hoc audivit altera infirma, nomine soror Maria Anna Figuerola, quæ decumbebat in lecto habens brachium tam male affectum, ut de eo resecano ageretur, quæque B. Bertrandum jam invocaverat devotissime, ut et altera monacha pariter ægrotata.

9 Ut autem audivit soror Figuerola, adesse B. Bertrandum, dixit illi, quæ eum viderat: Amica, ubi est? Ibi in ista sede, respondit soror Margarita. Vah! reposuit soror Figuerola, cur non medetur mihi, quæ eum tandem invocavi! Respondit illa: Jam statim benedictionem suam tibi aliisque ægrotantibus impertivit; ac proinde vos omnes sanatas putate: mihi vero impetravit quidem salutem animæ meæ, sed non corporis sanitatem. Rogavit soror Figuerola, quam ille senex esset, et qua

veste

A veste indutus. Nec multum senex, respondit illa, nec omnino canus; indutus autem veste alba et nigra. Hæc contigerunt hora decima sexta c; media autem hora post Margarita animam placidissime exspiravit; aliæ vero duæ infirmæ subito cœperunt convalescere, et sororis Figuerola brachium perfecte sanatum fuit.

Spectatur a quadam domina, quam ac toleranda fortiter adversa animat.

10 Domina Maria de Castelui interfaerat translationi B. Bertrandi; sed præ nimia frequentia populi non potuerat usque ad sacrum corpus pertingere. Unde maxime dolens tempore Vesperarum ingressa est ecclesiam majorem dum canebatur hymnus MAGNIFICAT; erectaque in pedes apparuit ecclesia e crystallo plurimum splendente, eaque in media vidit B. Bertrandum, corona aurea redimitum, indutum habitu candido admodum lucido, cum caputio, in quo non nisi suprema ora apparebat nigra, reliqua vero erant ex auro textili; circum collum autem habebat multos torques et unionum series, mediamque catenulam argenteam, ex qua ingens lucidaque margarita pendeat. Cum vero Maria timeret, ne sibi illuderetur, B. Bertrandus, retro quem multi stabant fratres, dixit ei: Ne dubita, quin ego sim frater Ludovicus Bertrandus; et elevato capucio, Vide, inquit, me fratrem Dominicanum esse; eaque in cælo fruor gloria, in qua me nunc spectas. Esto forti animo; nam præter adversa, quæ passa es, restant alia toleranda, idemque meo nomine dices confessario tuo. Quem nuncium cum domina ferre metueret, ne inanem gloriam inde captaret; vetuit eam Beatus timere.

et genæ dolore liberat.

11 Ipsa autem quamquam jam finite essent Vesperæ, jamque populus ex ecclesia recederet, habita tamen visione, percussa persistebat etiam in pedibus suis: quam ob rem quædam famula sororis ejus, pomine Catharina Blesa, illius pallium traxit, ex qua concussione velut perturbata ait: Quare sic traxisti pallium meum? Tuncque cessavit tota visio. Domum reversa, postero mane accessit ad conventum Prædicatorum Sacramenta Pœnitentiæ ac Corporis Domini susceptura, et visionem suam cum confessario suo, magistro fratre Andrea Perez communicavit, qui factum hoc in Processu testatus fuit, nomen dominæ tacens, quod, quia illa jam obiit, hic apponitur. Cum eidem dominæ Mariæ genarum altera tanto cum dolore intumisset, ut nullam ei quietem concederet a vespere ad matutinum, quando paululum somni cepit, apparuit illi B. Bertrandus cum magistro fratre Honophrio Clemente, qui ipsius confessarius fuerat, rogavitque, quid sibi vellet; cui illa respondit: Sanitatem. Beatus autem Bertrandus ejusdem genam attigit; hoc que eo faciente, ipsa expergiscens se sanam et omnis doloris, expertem comperit.

Apparet puellæ ex ictu dolenti, clerico iacredulo,

12 Puella, filia dominæ Franciscæ de Castelui, ex inflicto ictu vehementes dolores patiens, B. Bertrandum sæpius invocavit, cui dormienti apparuit ille ostendens ei frustulum carnis digito suo impositum, dicensque, istud fuisse doloris causam, quam modo sustulerat; et expergefata se sensit incolumem. Quidam clericus, qui per quatuordecim annos B. Bertrandum a sacris confessionibus habuerat, audiens insignia miracula, quæ patrabat post mortem, eum ultra totum annum preceat est, ut quamdam gratiam a Deo sibi impetraret; vidensque, se non exauditum, conquestus apud quosdam de Sancto est, ejusdemque mi-

ricula in dubium revocavit. Quadam nocte ad visitandum ægrum procedens, cum ante ecclesiam S. Stephani pervenisset, sensit, sibi vim inferri, et portari ad aream Prædicatorum, ubi positus ante fores ecclesiæ, nec potuit progredi, nec retrocedere. Invocavit B. Bertrandum, subitoque vidit in cælo magnum splendorem, et in medio B. Bertrandum sanctumque Vincentium Ferrerium; at veritus; ne diabolica fraus esset dimittens oculos ait: « Et Verbum » caro factum est; » sensitque singularem erga B. Bertrandum devotionem in se excitari, ac deinde elevatis demum oculis eadem oblata ipsi est visio, eumque mediæ horæ spatio prorsus attonitum tenuit. Tum locutus ad ipsum Beatus ait: Propter incredulitatem tuam apparui tibi revelavitque ei multa secreta, de quibus, dum vivebant, ambo contulerant, aliaque insuper, quæ intra duos menses successerunt: et cessavit hæc visio.

A. Avignone.

13 Joanna Navarro della Ragoyen, virgo annorum xxx, mortifera laborabat lethargo, propter quam extremam Unctionem susceperat. Huic interulam B. Bertrandi imposuerunt, eidemque commendarunt, ut ipsamet etiam fecerat, priusquam suis sensibus destitueretur. Intra spatium temporis, quo Symbolum Apostolorum bis recitari posset, recepit sensus, afferens, apparuisse sibi B. Bertrandum cum S. Vicentio Ferrerio, et mandasse, ut, quod promiserat, S. Dominici habitum indueret. Eo ipso temporis momento præter parum debilitatis in posterum plane incolumis mansit. Hieronymus Cardiglias, cliens domini Joannis Boli, laborans in horto cœpit cum quodam operario jurgari, a quo lapide percussus in capite graviter læsus fuit et in periculum mortis adductus; cumque sic posceret vulneris ratio, chirurgi volebant cutem illi postridie tollere, ut illud inter curandum secarent, ceteraque ad artis leges perficere possent. Noctu infirmus B. Bertrandum invocavit, Pater, inquit, cum ego te comitatus in Indiis fuerim, tibi que exilem illum famulatum, quem potui, præstiterim, adjuva me in hoc discrimine. Post hæc obdormienti Beatus apparuit, et manum suam illius capiti imposuit: postero vero mane accedentes chirurgi invenerunt vulnus sic commutatum in melius, ut jam nil amplius opus esset illud secare; ipseque intra breve tempus sanatus fuit.

virgini lethargicæ, graviter percusso,

E

puellæ e guttore, tribus

d

e

14 Anna Ludovica puella, dum apud avunculum suum Michaëlem Pellegrino, vicarium perpetuum in Rusaffa d, habitaret, gravissimo malo (in hisce partibus Papera e dicto) laborabat, ex quo sic tota intumuerat, ut ejus oculi non apparerent: eoque tempore multi ex eodem malo moriebantur. Qua de causa etiam ipsi Sacramentum extremæ Unctionis collatum fuit, asserentibus medicis, parum vitæ ipsi superesse. Subsecuta nocte audiit infirma ad cervical lecti sui vocem dicentis: Ego sum frater Ludovicus Bertrandus; vertens se ad eam partem, ubi vocem audiverat, neminem vidit; sed paulo post apparuit ei Frater admodum splendidus, qui elevata manu ei benedixit; nec mora evanuit omnis tumor, et ipsa simul convaluit. Elviræ Herrera, ex vico de Almansa f, ex lethifera febri ad extremum vitæ adductæ, ea ipsa nocte, qua eam medici morituram pronunciaverant, apparuit B. Bertrandus, et manu ejusdem faciei imposita, ait ipsam ex isto gra-

vi

A. AVIGNONO.

vi morbo evasuram, eodemque tempore immunis a febris fuit, et paucis diebus post priori restituta valetudini multos annos supervixit. Dum vero obiit, quod accidit Dominica Palmanum, conciones Quadragesimales in Mora Aragoniæ habente ejusdem fratre, patre Michaële Herrera, apparuit ipsi B. Bertrandus, eamque mortem nunciavit.

febris

15 Laurentius Roig, litterarum studiosus, annorum xxiv, ex febribus periculose decumbens sese, addicto voto, B. Mariæ Virgini de Rosario commendavit; apparuitque hæc ipsi, asserens, eum ex illo morbo nequaquam moriturum; sed per emittendum e naribus sanguinem sanandum; quod et factum est. Verum de implendo voto minime cogitavit. Non multis abinde diebus in eumdem morbum relapsus est, ac voti memor non ausus fuit B. Mariam Virginem de Rosario pro salute sua denuo deprecari; sed commendavit se B. Bertrando, qui sequenti nocte in somnis apparens consolatus est eum, dicens, secuturum aliquem ventris fluxum, itaque ipsum sanatum iri. Visionem hanc narravit ille parentibus suis, itaque eventit, ac secundo post die egressus e lecto est, tertio e domo.

B

laborantibus,

16 Andreas Gaglient e febris graviter laborans, adeo ut nequiret quidquam sumere, ad extremum vitæ pertigerat. A quodam patre Prædicatore, qui ipsum invisebat, persuasum ei fuit, ut B. Ludovicum invocaret, accepitque ab eo frustulum habitus ejusdem Beati, quod pie acceptavit, promisitque novem continuis diebus illius sepulcrum invisere. Succedente nocte apparuit ei B. Bertrandus, dicens: Da mihi hoc malum; moxque cessante febris, bene se habuit. Deinde cœpit promissam devotionem (Novenam appellant) implere; quam cum ex oblivione non perficeret, denuo feblicitavit, lenius tamen. Ad beatum igitur Bertrandum precibus suis denuo recurrit, atque ita febriens promissa exsequi perrexit, quibus expletis, rursus sanatus fuit.

mulieri venenosa pustula infecta,

C

17 Sperantia Escobar, uxor doctoris Petri Torres, assessoris gubernatoris Valentini, feria quarta hebdomadæ Sanctæ ad sacra Officia accedens, ingentem subito in humeris dolorem sensit, et premens fortiter locum, unde dolebat, rupit quamdam pustulam valde venenatam, moxque febris correpta fuit, et domum reversa in lecto decubuit. Acciti medici, tantum malum mirati emplastrum applicuerunt, quo videbatur illa magis amburi, ac velut acutissimis spinis pungi, eoque dolore totum subsequutum diem sine ulla quiete conflictata fuit. Deinde vesperi recordata multorum miraculorum B. Bertrandi, magnæque sanctitatis patris fratris Joannis Miconis, ad hunc patrem Miconem se convertit, ut is apud B. Bertrandum intercederet, familiæque ac liberorum suorum miseretur. Nocte sequenti versus auroram quemdam strepitum circa lectum suum audivit, et volvens oculos suos in loco vicino vidit B. Bertrandum, et in alio B. Miconem, qui ipsam motu capitis salutavit. Conversa illa, ut B. Bertrandum intueretur, experta est, eum abcessisse, uti etiam B. Miconem, sed simul sensit sese doloribus liberatam, et advocata ab ea filia malum cessasse, eamque febris immunem deprehendit.

18 Vincentius Ludovicus Andrea feria se-

cunda Pentecostes anno mdcxii postquam piluluserat, totus sudans, magnum vas aque frigidæ hauriens, morbo comitiali correptus fuit, qui illum sæpissime ac etiam sexies et septies uno die invadebat: et, durante malo, adeo luctabatur, ut etiam multi simul nequirent illum continere. Per medicamenta vero ita exasperatum est malum, ut sæpius trigesies per diem in id incideret, tamque vehementer, ut, cessante tremore, amentis instar inhonesta et injuriosa verba jactaret etiam in parentes suos; qui in tanta afflictione constituti opem B. Bertrandi sanctique Vincentii implorarunt. Post hæc nocte sequenti ambo Sancti infirmo apparuerunt, quorum S. Vincentius ad cervical lecti sedens benedixit ei ter, monuitque, ne parentes suos imposterum tam indignis verbis male exciperet; B. Bertrandus vero, qui circa ibidem aderat, vetuit ipsum timere, et ad eumdem accedens ejus frontem unico signo Crucis, gemino oculos geminoque aures signavit, eodemque momento æger amissum ex gravitate mali auditum recepit: monuitque eumdem Beatus, ut se bene gereret ac Deum precaretur, ut etiam capitis sui plagas sanaret.

19 Demum præcepit ei, ne, quæ viderat, cuiquam revelaret, præterquam parentibus suis fratrigue suo Antonio doctori theologo (qui Religiosus discalceatus Ordinis S. Francisci obiit) sanatusque infirmus est, et incolumis perstitit usque in diem xxv September ejusdem anni, quando ipsi die Martis eumdem diem præcedente, Missam in sacello S. Vincentii intra ecclesiam Prædicatorum audient, ambo Sancti denuo apparuerunt, dixeruntque, eum eodem malo sequenti, Dominica die g iterum corripiendum, ut proinde oraret Deum et ipsam personarum preces pro se posceret: eam tamen infirmitatem trimestre tempus non excessuram, nec ei quidquam eventurum, unde in combustionis, submersionis, aut alterius damni discrimen adducendus esset. Hæc omnia ille suis parentibus retulit, ac subsecuta Dominica die idem malum ipsum invasit, duravitque toto tempore a Sanctis prædicto, quinquies sexiesque singulis diebus eumdem corripens; sed sine priori violentia ac sine indecoris istis vocibus, quibus ille antea usus fuerat. Nallum tamen tunc adhibitum remedium fuit, quia monuerant Sancti, nullum naturale remedium ei profuturum. Ita omnia reipsa evenerunt, et præfixo tempore omnino sanatus fuit.

20 Joannes Portero multo tempore malum, quod Hispanice LOBANILLO dicitur, Italice autem NATTA h, passus fuerat in pulsus arteriæ brachii sinistri, quod ipsum vehementer cruciabat, nec permittebat labore manuum familiam suam sustentare. Cum quadam nocte se B. Bertrando commendasset, apparuit hic eidem in somno eadem nocte, et afflictam partem manu sua strinxit; seque sanatum comperit. Jacobus Almanar, gravi febris continua mensibus decem vel undecim conflictatus, in tantam imbecillitatem incidit, ut medici affirmarent, eum nulla ratione posse convalescere. Quadam autem nocte vigilantibus apud ipsum uxore et socru, ipsi pariter vigili apparuit B. Bertrandus cum aliis Religiosis Ordinis S. Dominici, qui lectum circumcinxerunt, ac postquam Bertrandus manum suam infirmi vultui imposuerat, recesserunt. Cum vero uxor et socrus locum occuparent,

ii.
morbum comi-
talem

sæpius passo,

9

ex brachii tu-
bere laboranti
viro

A occuparent, qua illi exhibant, dixit eis æger, ut inde recedentes egredientibus fratribus transitum præberent; quos quia illæ non videbant, ait socrus: Heu, filia, maritus tuus moritur! Audin, ut deliret? Non deliro, non (inquit infirmus) nec morior; sed probe scio, me sanum esse et omnis febris expertem: et quamquam etiam admodum debilis esset, vires suas brevi post recuperavit.

mulierique febricitantibus, itemque amentiam apparentem sanitatem reddidit.

21 Catharina Francisca Vilana, Joannis Seguarra caligarii conjux, e febre decubuit totaque purpureis maculis infecta fuit. Quo in statu cum quindecim dies absque ullo remedio utili exegisset, commendavit se B. Bertrando, isque sequenti nocte ei apparuit, et quamvis nullum esset in cubiculo lumen, eum tamen clare vidit; tuncque cessante febre, mane lectum deseruit, et omnino sana permansit. Cum mater Thomæ Petri Andrea custodis officinæ ædisque monetariæ regiæ Valentiniæ affligeretur morbo pessimo, ex quo triduo amens hæsit, oculis oreque clausis, ac nihil interim sumens; advertens se eo loci esse, interna cordis voce B. Bertrandi opem imploravit, eodemque ipsi apparente, sine ulla mora suis sensibus reddita ait, Beatam salutem sibi impetrasse, seque ex eo morbo non morituram: itaque intra paucos dies perfecte convaluit.

ANNOTATA.

a Regni Valentini oppidum ad oram maris Mediterranei.

b Anno 1572 defunctum; dein vero a Clemente XI Sanctis adscriptum anno 1712.

c Circa octavam matutinam, inquit rei gestæ testes apud P. Joannem Roca Tract. 2, cap. 6, § 2.

d Vico prope Valentiam.

e Gutturis tumore.

f Hujus nominis locus in Castellæ Valentiniæque confinibus situs est.

g Quæ anno 1592 incidit in xxiv Septembris, stylo scilicet veteri, seu Juliano, ita ut dies xxv Septembris a tempore, quo a comitali morbo æger immunis fuit, sit excludendus.

C h Latine Panus, cujusmodi tuber Joannis alam, aliamve brachii sinistri partem occupasse videtur.

CAPUT II.

Ejusdem argumenti continuatio.

Lethaliter vulnerato,

Franciscus Perez, civis ætatis annorum octodecim, in Vigilia S. Petri ex Mislata a Valentiam rediens, circa mediam noctem invasus a tribus hominibus fuit et lethaliter vulneratus; quo in periculo B. Ludovicum (erga quem devotus erat) invocans, omni graviori malo, quod ab iisdem ei inferri poterat, liberatus fuit. Dum curabatur, sanguis ejus quinque dierum spatio sisti nequii. Allatum ei est Rosarium B. Ludovici, quod tunc possidebat

Catharina Spina, ipseque commendavit se S. A. AVIGNONE Mariæ de Succursu, beatumque Ludovicum de novo invocavit. Deinde cum dicto Rosario, suo capiti imposito, obdormivit, viditque in somnis beatissimam Virginem eo habitu, quo in ecclesia de Succursu Valentiniæ visitur, et cum ea B. Ludovicum magna luce circumdatos. Deipara caput ejus attigit; quod pariter fecit B. Ludovicus; et expergefactus infirmus, quod ante facere non potuerat, caput suum erexit, et advocatis matri suæ et ancillæ dixit, se bene habere, cœpitque sudare, recessit ab eo febris et sanguis cessavit effluere. Postero mane vulnus multo meliori in statu repertum est, ac intra decem dies perfecte sanatum fuit.

23 Francisca Paulæ, filia Ludovici Fababuix notarii, annorum sex, anno MDLXXXVI, nocte feriæ iv Majoris hebdomadæ variolis laboranti morbus ita auctus erat, ut destitueretur sensibus, oculis etiam obfuscatis, labiis pallidis, et ore clauso, ita ut nec quidquam cibi, nec liquoris posset admittere. Hoc casu afflicti parentes avique videntes, eam ad mortem prope-rare, B. Ludovici auxilium poposcerunt, polliciti ad illius sepulcrum pannum funebrem portare. Qua oratione ex devoto affectu finita, aperuit puella oculos, integramque sanitatem recepit. Tantam tamque subitam mutationem conspicati rogarunt eam, an aliquid vidisset. Duos Fratres, inquit illa, qui jam exhibant e cubiculo, et horam unum fuisse B. Ludovicum, huncque os sibi aperuisse. Eleonora Montfort, ex Mirambel prope Valentiam, virgo annorum quadraginta, comitali morbo qui ipsam sæpe diuque invadebat, pessime afflictæ, miseriam suam dolens ad B. Ludovici sepulcrum se contulit, pro salute sua precatura. Ibi per duas integras horas sopore correptæ in somnis idem Beatus apparuit, deinde ipsa expergecens omni malo liberatam se comperit, neque illud imposterum experta fuit.

24 Cuidam annorum quatuordecim filia Baptistæ Tibona repente accidit tam vehemens malum, ut prolaberetur in solum, ac copiose spumaret ex ore, tantumque id mali cresceret, ut pro mortua haberetur, et jam funebria ei pararentur. Sed matre illius Ursula March beatissimam Virginem de Rosario, sanctumque Vincentium Ferrerium et B. Ludovicum invocante, utque filia suæ misererentur, precante; eo ipso momento ægra sensus suos recepit, atque, apparuisse sibi Matrem Dei cum S. Vincentio et B. Ludovico, et ab iis se sanatam esse; uti reipsa sine ullo malo incolumis mansit. Cum Franciscus Dominicus, continua febre laboraret, jamque vena ipsi quatuordecim vicibus secta fuisset, et medici de eo desperarent, ex quodam litterarum studioso audiit aliquod miraculum, quod B. Ludovicus patraverat, ei se devotissime commendavit. Tum quodam mane vigilans vidit duos fratres Dominicanos cubiculum suum intrantes, et quamvis nesciret, uter esset B. Ludovicus, apprehendit manum illius, quem illum esse credebat; isque ei dixit, ne timeret, nam sanatum iri: et intra biduum æger omni febre caruit, non tamen dolore corporis, donec ei secundo apparente, is quoque repente cessavit.

25 Catharina Augustina Borgia cœperat horridam sentire infirmitatem, quam rabiei speciem vel initium esse credebat. Dominica Palmarum

aliqua rabiei specie laborantibus,

A. AVIGNONO. marum mane contulit se ad conventum Prædicatorum, ubi se male sentiens, reversa domum est. At priusquam ex ecclesia recederet. B. Ludovicum pro valetudine sua ferventer precata est, eademque oratione vesperi, dum cubitura erat, iterata; eadem nocte in somnis vidit in cubiculo suo tantum splendorem, ut solaris ei minime comparandus videretur, in eoque B. Ludovicum, qui manu sua illius capiti imposita tria verba dixit, lente quidem, sed quæ ipsa tamen non intellexit, quod nimium stuperet in conspectu Sancti ejusque splendore, qui paulo post evanuit, ipsaque se salvam comperit.

persona, quæ
peccatum diu
reticuerat,

26 Erat alicubi in Hispania quædam persona clarissimæ conditionis, quæ quoddam peccatum suum annis octodecim in confessione ex verecundia celaverat. Hæc, auditis insignibus miraculis B. Bertrandi, multo tempore ipsum precata est, ut Deum oraret, ne permitteret eam huic peccato obnoxiam mori. Deinde in morbum lapsæ et in sua prece perseveranti quadam nocte ille Beatus in somno apparuit, monstrans ei quemdam Religiosum, habitu Dominicano indutum, qui iter faciens per eum locum transibat, dicensque: Aspice diligenter hunc fratrem, qui mei conventus Valentini est: apud ipsum poteris tua peccata confiteri. Postridie advenit Religiosus iste in conventum, quem Ordo S. Dominici in eodem loco habet, rogatusque a quodam ejusdem conventus patre, ut comitaretur ad ægrum visendum, ad ejusdem personæ ades ductus fuit. Hæc, viso peregrino Religioso, turbata est, et visionem suam veram esse reputavit; cumque etiam intellexisset, eundem conventus Valentini alumnus esse, dixit, se illum accessituram postridie, quod vellet ipsi confiteri. Ita fecit, cum uberrimis lacrymis veniam delictorum suorum a Deo petens; narravitque confessario visionem suam, illumque vere Religiosum sibi monstratum, et maximas Deo gratias egit de magna misericordia, qua per Beati patrocinium erga se fuerat usus.

diuturna in-
firmitate de-
tento puero, pe-
riculose de-
cumbentis filio

27 Petro Fos de Rusafa b ob quamdam infirmitatem plus trigesies imminutus fuerat sanguis, qua de causa brachiis sustentandus erat, eoque in statu bene novem mensibus perstitit. Quadam vero nocte cum Beato se commendasset, obdormivit, ac deinde expergiscens vidit B. Bertrandum, eodemque momento temporis, quo eum vidit, se sanum sensit. Proinde e lecto prosiliens, ascenso equo, ad ecclesiam Prædicatorum perrexit, et ante Beati sepulcrum gratias pro obtenta salute persolvit, et per omnem ecclesiam incessit, non secus atque nullo malo umquam correptus fuisset. Joanni Marco, notario Valentino, periculose decumbenti, quadam nocte aderant uxor ejus Susanna Carzegliera, filiique et aliæ personæ, et inter eos puer septennis, nomine Gregorius, ejusdem infirmi filius, qui pariter vigilabat, eratque corpore ac mente bene sanus. Hic parentibus suis, et quotquot aderant, dixit, sanctum patrem fratrem Ludovicum Bertrandum in eodem cubiculo stare solum cum Crucifixo in manu, locumque, in quo staret, assignavit; at nullus eorum illum potuit videre. Compererunt tamen verum esse, quod puer asseruerat, quia infirmus eodem momento evasit incolumis, eumque medici postridie extra lectum conspi-

cati, factum admirati sunt, ac insigne miraculum reputarunt.

28 Simonam Cabanes, Honorati Toltrano conjugem, invaserat parotidis, quæ collum faciemque inflabat, unde illa contabescens eo fuit deducta (quod ultra tres hebdomadas nequisset dormire, ac propterea velut amens esset) ut medici eam paucis horis supervicturam affirmarent. Quædam amica sua ei suavit, ut se B. Bertrando commendaret, et aliquod ejusdem Beati habitus frustulum illius capiti imposuit; ac quantumvis ipsa, ut supra dictum est, non plene sui compos esset, intellexit verba amicæ, ac post invocatum Sanctum obdormivit. In somno autem vidit B. Bertrandum cum altero Religioso, qui curavit illam; ipsaque expergiscens in eo se statu comperit, ut nullis amplius medicamentis egeret. Brevi post domo egressa novem diebus Beati sepulcrum in gratiarum actionem pie venerata est.

parotide con-
tabescenti,

29 Isabella Moya, Michaëlis Martinez uxor, propter acutos lateris dolores gravenique febrim, quibus concutiebatur, a medico Almenara desperatæ salutis pronunciata fuerat, cum eam E magister Palmireno invisit, et calculum attulit, quem B. Bertrandus, dum calculus laborabat, ejecerat. Illa hunc suo lateri apposuit et invocata Sancti ope, obdormivit. In somno autem ei ille apparens ejusdem brachium ter percussit, quod ipsa extra stragulum produxit, rata, medicum esse, qui arteriæ pulsus vellet explorare; at Beatus dixit, non esse se illum, quem putabat; Sed confide, adjecit, Deo, te sanatum iri; eodemque tempore ipsa omni dolore liberata fuit, et e lecto surrexit. Undecimo autem inde die emisit calculum magnitudinis ovi palumbini, angulisque asperum: quod pro insigni miraculo habitum fuit.

ex calculo
egressa.

30 Quidam pauper, nomine Calderone, malo stomachi ac continuo sanguinis fluxu affligebatur adeo, ut medici de eo curando desperarent. Raphaëla Soler, tertii Ordinis S. Dominici, miserta illius, quod sororis suæ clienti esset, ac minime commode posset vivere, cepit pro ipso orare; eum B. Bertrando commendans. Quod dum faceret, manifeste vidit B. Ludovicum Bertrandum sanctumque Vincentium Ferrerium, qui eam monuerunt, ut ex illorum F reliquiis aliquid ad infirmum ferret; ita ipsum sanandum. Illa itaque reperit aliquid e veste S. Vincentii et tæniam B. Bertrandi, et infirmi stomacho applicuit, addito voto de imagine cerea ad Sancti sepulcrum appendenda; nec mora, dolor et fluxus confestim cessavere. Cum vero post duas horas reliquiæ ei tollerentur, sentiens denuo ingruere dolores, precatus est, ut eas penes se relinquerent. Postridie passus est deliquium animi, evomuit tres materias rudes, velut lapides, tamque duras, ut vix possent malleo contundi; atque ita incolumis permansit.

pro cacostoma-
cho oranti,

31 Cum Melchior Ruvio, velorum opifex nudus super tetrina dormisset, infectus fuit quibusdam tuberculis, cumque propterea sanguis ei sæpius fuisset diminutus, totum malum ad secretas corporis partes descendit, ita ut plurimum cruciaretur, nec ullum remedium reperiret. At postquam B. Bertrandum invocavit, et novemdialem devotionem ad sepulcrum ejus incepit, oleo lampadis illius se ungens, nocte subsecuta tres in cute apertæ sunt rimulæ, ex quibus

secretarum
partium dolo-
re afflictæ,

A quibus multum puris effluxit, quæque, dum a medicis curarentur, tam vehementer invaluerunt, ut jam ille amplius incedere nequiret. Qua de causa pro sua insigni in Beatum fiducia jussit uxorem suam novemdialem devotionem eidem pro se persolvere; qua cæpta, prima nocte bene dormivit, et expergefactus Beatum in cubiculo vidit, dicentem: Noli amplius de medicina et unguentis sollicitus esse; hisce enim nihil amplius opus esse. Ita ipse sanatus fuit.

fabricanti,

32 Cum soror Raphaële Soler Tertii Ordinis S. Dominici vehementi febris conflictaretur, rogavit prædictam sororem suam, ut, quam habebat, B. Bertrandi teniam sibi imponeret; illa verita, ne hæc commacularetur, et per loturam eximium suum odorem amitteret, paulisper anceps hæsit. Fecit tamen, quod petierat; moxque infirma somnum cepit, et in eo vidit Fratrem quemdam (erat is B. Bertrandus) qui ipsi ait: Ego sum hic; et expergefactus sanam se sensit, surrexitque e lecto nulla alia re usa; et quamvis postea lota fuerit tenia, eandem eximiam B fragrantiam conservavit.

in inguine ex lapsu læso,

33 Ludovicus Garzia cæmentarius laborans in collegio S. Mariæ de Succursu, Ordinis Prædicatorum Oriolæ c, lapsus e scalis ligneis læsus in inguine est per frustum ligni abruptum ab aliis scalis, in quas ille ceciderat. Ex hoc lapsu ac læsione putabat, viscera sibi e suis locis mota esse, linguæque et aurium usu destitutus fuit, omnibus, qui aderant, eum jamjam moriturum opinantibus. At post impositam ei particulam vestis B. Bertrandi sensibus reddito suaserunt ut beatissimam Virginem ac B. Bertrandum invocaret. Paulo post cæpit ille cedere in lecto, ad quem fuerat delatus, petitque, quo recessisset B. Bertrandus, a quo sanatus fuerat, et quærentibus, quid diceret, respondit, B. Bertrandum sibi apparuisse tactoque vulnere sanitatem reddidisse, uti optime experiebatur, admirantibus omnibus, qui paulo ante viderant eum velut mortuum ad lectum portari. Quamquam autem ille B. Bertrandum numquam antea vidisset, indicia tamen illius accurate dedit, asserens, ipsum veste linea stolaque indutum fuisse, quo modo solet die Dominica prodiere sacerdos lustrali aqua populum aspersurus. Volebat ipse tunc prætermissum opus suum resumere, sed prohibuerunt Religiosi, eumque domum suam, ut quiesceret, remiserunt, unde triduo post ad solitos labores reversus fuit.

in carcere delento,

34 Sesqui-anno post obitum B. Bertrandi quidam vir graviter commotus fuit in cujusdam vici judicem, quod ab inimicis suis, eum perendi causa, uno eodemque die sex accusationibus impetitus fuisset, judexque, hisce admisis, ipsum subterraneo carceri mancipasset, in quo erumpente aqua ubique humido, neque lectum habebat, ubi requiesceret. Post aliquos elapsos dies, sentiens, vitam suam periclitari, commendavit se B. Bertrando, orans, ut meminisse vellet aliquot obsequiorum, quæ ei, dum vivebat, præstiterat. Dumque has preces repeteret, et beatissimam Virginem invocaret, in somnum incidit, atque interim eadem beatissima Virgo et cum ea B. Ludovicus eidem apparuerunt: ipse vero expectatus voluit procumbere in genua; sed visio statim cessavit. Ac confestim catena (quæ erat admodum gravis,

et per foramen fornice descendebat, eratque firmata sera pensili validissima) frustatim in terram decidit. Paulo post idem vir, mandante altero iudice, liber dimissus est, et prior iudex, qui eundem tam crudeliter tractaverat, captus fuit, oportuitque, ut devotus ille B. Bertrandi cliens pro ipso intercederet.

A. Aviesono.

35 Isabella Joanna de Valgranera, illustris domini Josephi Stephani, Oriolensis episcopi d, mater, graviter agra et debilissima, subito se erexit in lecto, et innixa genibus oravit per quadrantem horæ. Qui aderant, veriti, ne deficeret, voluerunt eam denno ad quietem reponere: verum illa dixit, ut sic se dimitterent; adesse enim S. Dominicum, sanctumque Vincentium Ferrerium, ac B. Ludovicum cum magistro fratre Micome, eosque dicere, moriendum sibi ex eo morbo esse. Cum vero unus filiorum ejus observaret, ista posse illusionem diabolicam esse; negavit illa, atque, se recte recordari vultus magistri Miconis, dum viveret; eundemque sæpe proferre sanctissimum nomen Jesu, cujus fuerat cultor devotissimus, et de quo fecerat aliqua Opuscula e. Finita visione, exhibuit se lætissimam, et, susceptis omnibus Sacramentis, diem suum devotissime obiit. Susannam Carcellera et de Marco, febrî et animi deliquis laborantem accessit confessionem ejus excipiendi gratia magister frater Franciscus Aleman, Prior Prædicatorum, B. Ludovici digitum ei afferens, quo ipsius cordi imposito, extemplo deliqua cessarunt, noctuque idem Beatus ei apparuit, dicens, morbum istum non fore lethiferum; atque ita, contra quam opinati fuerant medici, subito convaleuit.

moribunda, febrim animique deliqua passæ,

E

36 Jam sextus annus currebat, ex quo Joannes Arcis operarius laborabat asthmate cum tanta difficultate, ut crebro oporteret, illum noctu e lecto surgere, ut liberum aëra spiraret. Post tentata omnia sine profectu remedia vovit novemdialem devotionem apud B. Ludovicum Bertrandi sepulcrum explere, et argenteum pectus ei appendere: sed finita novemdiali devotione, cum se non melius, quam ante, haberet, non impletum fuit totum votum. In nocte S. Dionysii (quo die Beatus obiit) somniavit, se, dum per Valentiam incederet, eodem malo correptum, magna cum angustia tussivisse, et obvium habuisse ignotum sibi fratrem, qui diceret: Quid agis hic, frater? Cui ipse morbum suum narravit. Tum iste: An commendasti te B. Ludovico? Imo, retulit, sed sine ullo profectu. Subjunxit frater: An pectus quoque argenteum, quod promisisti, attulisti ad sepulcrum? Non tuli, respondit infirmus; quia ille non sanaverat me. Jam fer illud, subjecit iste, nam ego spondeo tibi, te sanandum. Interea magnum fragorem infirmus audiit, et expergiscens, se prefecte sanatum comperit.

diuturno asthmate affecto,

F

37 Quædam monacha Cisterciensis in monasterio de Zayda f' totis duobus annis ex oculis laboraverat tam acriter, ut vix posset lucem pati, et nonnumquam etiam alienis manibus cibanda fuerit. Diligenter studuerunt medici eam curare, sed frustra. Postmodum experta ipsa, dum oculos quadam particula vestis B. Ludovici attigerat, eos melius habere; ab omni alio remedio abstinuit, et par conspiciolorum, quo idem Beatus usus fuerat, devote sibi imposuit, septemque Psalmos penitentiales per triginta continuos dies recitavit, in quorum

ex oculis

f

A. AVIGNONO. rum sine apparuit ei in somno Beatus, oculus
ejus benedicens, eoque facto, sani ac sereni
evaserunt.

febris,

38 Cum Jacobus Montiel, scriba publicus
Oriolensis, ejusque uxor Agnes Pedrazza peri-
culose ex febris decumberent, uxor, B. Ludovico
multum devota, instanter rogavit, ut ejusdem
Beati cilicium, quod in collegio Ordinis S. Do-
minici in eadem civitate servatur, sibi afferre-
tur. Cum hoc desiderio obdormivit, viditque ad
cervical suum patrem magistrum fratrem Joan-
nem Gauarda Oriolensem (virum insignis do-
ctrinæ et sanctimonie, in eodem collegio defun-
ctum) cum eoque alterum ejusdem Ordinis Re-
ligiosum; rogavitque ipsa patrem Gauarda,
quem viventem noverat, an tunc moritura esset;
qui respondit: Dum Deo placuerit: ad quæ ipsa
subridens, idem ab isto alio Patre petiit et ex-
pergefata est; allatoque cilicio, eodem die fe-
bris ab ea recessit. Quam ob rem etiam maritus
ejus eodem tactus cilicio fuit, ac postridie pariter
sanatus.

melancholia.

B 39 Beatrix Martinez Oriolensis, mulier ma-
gnæ pietatis, cum aliquando ignota ipsimet de
causa esset admodum melancholica, cepit glo-
riosum S. Dominicum ac B. Ludovicum, qui-
bus devotissima erat, ardentem invocare. Con-
tinuanti preces apparuerunt duo Religiosi Or-
dinis Prædicatorum, quorum unus dixit: Hic
est S. Dominicus, ego vero sum frater Ludo-
vicus Bertrandus, per ejus intercessionem Deus
te liberavit jactura, quæ tibi imminabat: perge
orare: hisque dictis, eos amplius non vidit.
Vesperis mater filium suum Andream ex agro
reversum interrogavit, an aliquid sinistri acci-
disset. Negavit ille; at subjungente illa, haud
dubie tamen ipsum anxium fuisse; id verum
esse, confessus est. Muli enim inter arandum
pavefacti in fugam se dederant, et raptantes
post se aratrum, sæpe percussi fuerant vomere
in cruribus et ventre, adeo ut pro mortuis
habuerit; sed Deus illos omnis damni immunes
servaverat.

erysipilate la-
borantibus.

C 40 Catharinæ Fongliana vultum erysipelas
invasit, quo non permittente loqui, signis illa
pro vocibus utebatur, innuitque, cupere se,
ut B. Ludovici cilicium quaereretur. Mater ejus
cuidam filio suo mandavit, ut quaereret; ve-
rum hic, quod alta nox esset, et importuna
Religiosos conveniendi hora, usque in matu-
tinum tempus eo ire distulit. Interea expecta-
bat infirma has reliquias, quibus non compa-
rentibus, B. Ludovicum devotissime invocavit.
Postridie in aurora sensit, suum brachium at-
tingi, respiciensque, a quo id fieret, vidit duos
fratres Dominicanos, quibus ait: Patres, quare
non apportastis reliquias heri vespere? Respon-
dit eorum unus: Filia, quia fratres non egre-
diuntur noctu: et acceptum ex alterius mani-
bus cilicium infirmæ capiti imposuit, prælegit,
que Evangelium; et confestim recessit febris et
cessavit inflammatio. Revisens mater filiam re-
cte valentem reperit, et audito, quod conti-
gerat, eo magis admirata fuit, quod fores
clausæ essent, nec quidquam de ingressis Re-
ligiosis inaudisset. Ex hisce patet, Sanctum
agræ apparuisse, atque ab ipsomet suum cili-
cium fuisse allatum. Confirmatur id ipsum etiam
ex dictis infirmæ, quæ interrogata de habitu cor-
poris Religiosi, qui cum illa locutus fuit, fi-
guram B. Ludovici accuratissime exposuit. Cum
aliquo tempore post per claustrum dicti collegii

fieret supplicantium processio, in qua inter D
alias etiam ejusdem Beati imago circumfereba-
tur, simulatque hanc conspexit Catharina, in-
quit matri suæ, hunc istum Fratrem esse, qui
Evangelium sibi prælegerat.

41 Soror Isabella Mires Oriolensis, Ordinis *reliquias ejus*
S. Dominici, magno tenebatur desiderio habendi *expetenti.*
frustrum tunicæ S. Ludovici, quem pluri-
mum venerabatur. Hæc aliquando orationi in-
tenta vidit altare splendide exornatum, a cujus
utroque cornu prodibat processio multorum
Sanctorum, inter quos cum prope ipsam in-
cederet B. Ludovicus, illa brachium suum super
humerum S. Martini episcopi extendens, laci-
niam amplitudinis sudarii ab illius tunica de-
cepserit. Visionem hanc cum patre magistro
fratre Josepho de Luchian, confessario suo,
excellens doctrinæ, prudentiæ ac religionis
viro, communicavit, qui jussit eam laciniam
ad se deferri, eaque in plura divisa fuit frustra,
quæ multis miraculis inclaruerunt. Eandem
visionem dicta soror Isabella etiam patri magi-
stro fratri Petro Joanni Saragozza enarrans, E
frustum quoque ex eadem donavit, per quod
Deus miraculum petravit Alicante, ut infra di-
cetur cap. XII.

42 Anno MDLXXXVII, die xxiv Septembris, *convulsionibus*
Lucia Gloriet, novem annorum in civitate Ali- *agitata.*
cante g, febris ac convulsionibus laborabat, *9*
quam afflicto genitor propinquam morti cer-
nens, accessit ad conventum Prædicatorum, ob-
secrans, ut aliquid ex B. Ludovici reliquiis,
cui filiam suam magna cum devotione ac uber-
rimis lacrymis commendabat, ad eam deferret.
Attulit ad eam pater magister frater Petrus
Joannes Saragozza caligam Sancti, et Evange-
lium cum aliis precibus legit. Ingreunte nocte
ait puellula matri suæ: Domina, quæ est ista
mulier induta pallio? Admiratus, eam loqui,
Gaspar pater ejus ex sua in Sanctum fiducia re-
spondit: Aspice diligenter, filia; nec enim de-
bet esse mulier. Tum puella subjunxit: Frater
est, domine: et, cessante agitatione ex con-
vulsionibus orta, obdormivit. Mane eam mater
valde hilarem invenit, petiit illa, ut sibi daret
manducandum, ac deinde ut inderet, se bene
habere asseverans. Vestita a matre, gradiebatur
pedibus suis per plateam illa ipsa, quæ pridie F
fuerat moribunda. Post aliquot dies pater ejus
imaginem B. Ludovici, clam omnibus in cubi-
culo bene clauso appendit, accivique Luciam
cum aliis sororibus ejus, tentandi gratia, an B.
Ludovicum agnita esset; ipsa vero, simul
imaginem vidit, non expectans, donec interro-
garetur, ait: Domine is iste frater est, qui me
sanavit: quia vero hæc imago inter multas alias
appensa erat, mandavit pater filia, ut eam di-
gito monstraret; hocque modo visionis veritas
confirmata fuit.

43 Joannes Cardona Oriolensis in lecto de- *decumbentibus*
cumbens e febris totiusque corporis cruciatu, ex *ex febris.*
nimio humore in diuturna navigatione marina
contractis, atque insuper captus uno brachio,
quo nequiebat uti; postquam omnia remedia
frustra tentaverat, SS. Dominici ac Vincentii
opem imploravit, vovitque B. Ludovico, itu-
rum suis pedibus ad visitandum sepulcrum Va-
lentiam, quod iter est triginta leucarum. No-
cte subsecuta apparuerunt ei iidem tres Sancti,
e quibus B. Ludovicus brachium ejus apprehen-
dit, illudque in altum elevans dixit: Cum
tantopere me inelamaveris, ecce, veni, ut vi-
sam

A sam te; et evanuit visio ex oculis. Tum, illo alta voce clamante, accurrerunt mulieres, quæ illius curam habebant, inveneruntque eum omni malo immunem.

ex purpureis maculis appareat, omniumque votis favet.

44 Cum Christophorus Rodriguez Valentinus ex purpureis maculis Matrili decumberet, desperante de salute ejus medico, uxor illius Gratia Picaza, eundem B. Ludovico commendavit, spondens se effigiem argenteam ad ipsius sepulcrum missuram; excerptamque e quodam libro paginam, quæ ejusdem Beati effigiem exhibebat, sub mariti sui cervicali posuit. Cœpit ille subito dormire; ac deinde experrectus ait: Ubi est frater iste, qui manu sua meam faciem palpavit? Respondit uxor, nullum ibi adfuisse fratrem, sed sese illum B. Bertrando commendasse, ejusdemque imaginem cervicali ejus supposuisse. Exinde cœpit æger convalescere, et postridie recte valuit.

ANNOTATA.

B a Regni Valentini vico, media leuca Valentia dissito.

b Vide Annotata in cap. 1 hujus libri lit. e.

c Vide Annotata in cap. 7 Vitæ Primæ lit. d.

d Adiit eam dignitatem anno 1594, in qua illi successit anno 1604 Albarrazinensis episcopus.

e Scripsit Rosarium sive Psalterium Nominis Jesu, atque, de quibus Echarlus tom. 2, pag. 54 Bibliothecæ Dominicanæ.

f Juxta Valentiam.

g Regni Valentini portus est mari Mediterraneo adjacens.

CAPUT III.

Miracula, quæ ob S. Ludovici intercessionem ad fontem, ab illo benedictum, Deus operatus est.

CAP. III.
Havriensis fonte, cui Sanctus benedixerat, febris liberatur;

Cum olim B. Bertrandus, ut passim, afflictæ valetudinis esset, quidam amicorum illius eum recreandi gratia assiduis suis importunis precibus rogavit, ut dignaretur secum ire ad fontem, in confinio Rusaffe prope muros Valentie scaturientem: cumque Servus Dei inter alias infirmitates suas continua siti premeretur, consensit precanti amico, cum eo ad dictum fontem pergere, ex quo, postquam eum sua benedictione lustraverat, bibit. Dum ibi colloquerentur, vidit quemdam infirmum (qui erat in obsequiis dominus illius agri, ubi fons erat) nomine Petrum Ximeno, ruricolam ex Rusaffa oriundum, rogavitque illum Servus Dei, quo malo laboraret. Respondit ille, jam sex menses esse, ex quo febrim patiebatur. Bibe (inquit Beatus) ex ista aqua. At ille renuit, quod malo suo noxia esset. Persuadente tamen Beato, ut biberet, non nocituram, bibit, et confestim sanatus fuit.

Octobris Tomus V.

46 Publicato post Beati obitum hoc miraculo una cum multis aliis ab eodem patris, cœpit frequens populus ad eum fontem concurrere suosque infirmos illuc conducere. Hanc ob rem rector Rusaffe, michaël Pelegri dictus, jussit eos, qui eleemosynas pro cultu beatissimæ Virginis Mariæ et in refrigerium fidelium animarum in purgatorio versantium colligebant, illuc etiam accedere, quia fons iste in Rusaffe parochia situs est; iique primo illo biduo triduo sex circiter scuta ibidem collegerunt. Tot autem ibi miracula Deus per Beati patrocinium operatus fuit, ut in eorundem memoriam arbores circumpositæ votivis donis onustæ essent. Nec inobservatum prætereundum est, eandem aquam, priusquam a Beato benedicta fuerat, modicam fuisse, ac facile exsiccata; sed postea nunquam desiisse scaturire.

A. AVIENNO.
hinc ingens eo fit concursus.

47 Isabella Gerb de Fortea ex loco Catarogia, una leuca Valentia dissito, filium habebat viginti trium mensium, tribus gravissimis malis correptum, hernia, capite humano ampliori, fluxu ventris, ac febris jam a multis diebus; E adeo ut ex medicorum judicio non posset convalescere. Hæc, audita mira virtute hujus benedicti fontis, licentiam petiit, ut infirmum eo ferret. Iverunt ergo pater et mater, cum sorore pueri, huncque nudum (qui velut exsanguis videbatur ac jamjam exspiraturus) mater, invocato B. Bertrando, in honorem sanctissimæ Trinitatis ter usque ad lumbos fonti immerisit; dumque eum tertio extraheret, vidit sublatam herniam, ne rima quidem, ubi viscera ante defluerant, superstitæ: cessarunt etiam eo momento febris et fluxus ventris: et quamvis puer adhuc esset debilis, brevi tamen post vires suas recepit.

ejusque virtute hernia, febris,

48 Hieronymæ Capegli, viduæ in Rusaffa, erat infans octodecim mensium, ultra modum herniosus, qui, defluentibus intestinis, præ nimio dolore tam vehementer clamabat, ut lacrymas vocesque etiam sanguine ex ore misceret. Audierat quidem illius mater mirabilia fontis, sed ex negligentia puerum illuc non duxerat. Cum vero aliquando ipsi adesset soror ejus, in agro non procul a fonte laborans, audissetque puerum miserabiliter clamantem, recordata fontis, illum eo tulit, ac B. Bertrando commendans, F panno lineo, quo fasciatus erat, aquæ intincto, herniam bis terve lavit: quo facto, ille extemplo sanus evasit. Eadem ratione uxor Ludovici Capegli, cujusdam nobilis equitis filium herniosum, quem nutrebat, eadem aqua lavans sanavit.

hinc item alia hernia,

49 Anna Monforte, vidua in Rusaffa, ex paralyticis, quodam morbo facta paralytica, longo tempore lecto affixa decubuit, usu pedum manuumque destituta; et quadam nocte accedente etiam alio malo, extrema Unctione munita fuit. Tum dicti fontis recordata, filium suum Benedictum, et quemdam patrum, ut potuit melius, distorto per morbum ore rogavit, ut, quantumvis alta nox esset, aquam ex eo sibi afferrent, freta, se per B. Bertrandi invocationem a Deo sanandam. Illi ergo aquam inde attulerunt, ipsiusque ori, licet difficulter, infuderunt; quam ut illa bibit, reductum est os in locum suum, ipsaque subito plane convuluit, ac perfectum pedum manuumque usum recepit; et postridie cum communi omnium admiratione surrexit e lecto. Adhæc testatus est filius,

A. Avignon.

claudicatio,
caecitas,

lius eam aquam, dum afferret, suavissimum odorem spirasse.

50 Cum Joannes Segarra, caligarum opifex, Valentinus, cum filio et ancilla ad dictum fontem accessissent, invenerunt ibi claudum, ligneis subalaribus fulcris nixum incedentem, qui, ubi ad fontem pervenit, invocato B. Bertrando, ea aqua lavit se; eodemque tempore viderunt ipsum sanum, et fulcra sua ex vicina arbore suspendentem. Idem ille Segarra filiam habebat sexennem, jam a biennio visu prorsus privatam; quam ad fontem adduxit, et post invocatam B. Bertrandi opem ejus oculos eadem aqua bis lavit; atque puella, se jam recte videre. Quod, an verum esset, pater experturus, denarium, frustulum panis aliaque hujusmodi projecit in terram, quæ omnia puella collegit. Altera quoque puella cæca ex molendino Philippi Martini, lotis eadem aqua oculis, beatique Bertrandi patrocinio implorato, visu donata et inde regressa est.

rupta dorsi
spina et pectoris
gibbus, crurum
ulcera,

51 Catharina Fuster de Pedros, vidua Valentia habitans, triennem filiam habuit, Isabelam Annam nomine, quæ in pergula domus ludens pedem offendit, et per aperturam prolapsa deorsum est altitudine duarum lancearum, tamque vehemens fuit concussio, ut ejus spina dorsi rupta sit, tantumque in pectore gibbum excitaverit, ut ipsa in modum arcus retrorsum incurvata fuerit. Hac infirmitate cum intolerabili cruciatu et difficultate loquendi sedecim menses afflicta fuit. Quo tempore cum nihil profuissent remedia, mater eam ad fontem duxit; ubi post fusas preces pectus filia suæ aqua lavit, et ex eodem fonte in vase secum domum delata eandem illius corporis partem lavit, Beati opem simul implorans: eaque ratione filia cepit convalescere, ac quinto die ejusdem pectus, sicut olim, dum recte valebat, complanatum fuit. Erat Jacobo Eliæ Buyrac filius, admodum ulcerata crura habens; quem pater, auditis istius fontis laudibus, eo duxit, aqua lavit, Beatumque pro sanitate sui filii devotissime precatus est, atque eodem tempore, quo ille lavabatur, plane convaluit, nullo deinceps remedio usus.

C
diuturna ani-
mi

a

52 Joannes Andreas Sapuerta, signifer turmae equitum Gaspari Vitali, in loco Canet prope Morviedro a correptus morbo fuit, eoque hic spatio duorum mensium crevit, ut ipsius vitæ timeretur. Huc se redactum videns, jussit se, quo commodius medicos ac pharmaca præsto haberet, Valentiam perducere, quo difficulter pervenit. Medici eum pro mortuo reputabant propter gravia animi deliquia, quæ cum diuturna sensuum destitutione ipsi interdum accidebant; ac peculiariter semel ultra horas viginti quatuor duraverunt; propter quod suavis ipsi est, ut B. Ludovico, qui multa miracula patrabat, se commendaret; ac specialiter facta est mentio de fonte. Commendavit se igitur eidem Sancto, proposuitque illuc suis pedibus ire, uti fecit octiduo, postquam diuturnum illud deliquium passus erat; et iverunt cum isto Rodericus de Soto, et Carrasco, ambo suæ turmae milites.

deliquia,

53 Domo sua, quæ in platea de Montanari sita erat, egrediens magna cum difficultate perrexit ad Prædicatores, ita ut ante portam B. Ludovicum oraverit, indeque capessiverit viam, quæ ducit ad fontem. Sed, cum pervenisset ad portam, qua itur ad mare, compulsus fuit se-

dere, quod præ nimia debilitate non posset ultra progredi. Quantumvis autem importunis precibus, eum urgerent comites, ut in equum, quem adduxerant, ascenderet, noluit, quia devotionis gratia voluit ceptum iter perficere pedibus sæpe sæpius subsistens et duobus militibus innitens. Ubi ad fontem pervenit, Beatum denuo invocavit, et bonum aquæ haustum sorbuit, ita ut omnes eum arguerent, quod nociturus esset; at non propterea prætermisit inde denuo bibere. Postquam autem unius horæ circiter spatio ibidem manserat, sanus et incolomis ac sine ulla lassitudine suis pedibus viam versus Valentiam relegit, rectaque processit ad Prædicatores, gratias Beato acturus.

54 Franciscus Polus, dum novennis puer esset, tam gravi catarro affectos oculos habuit, ut biennio cæcus manserit, orta etiam in eorum altero crucianti fistula. Adhibita fuere remedia, sed frustra: quam ob rem mater decrevit illum ad fontem ducere; uti fecit, comitantibus aliis e vicinia. Eo adventantes invenerunt tantam hominum turbam, ut ad aquam non potuerint pertingere. Proinde curarunt, ex ea sibi in vase dari, quam mater infirmo, Beatum simul invocans, bibendam dedit, et ex eadem ejusdem oculis lavit (qui visi puero sunt clarescere) et phialam aquæ plenam secum ferens domum reversa est, ubi eadem filii sui oculos quotidie lavare perrexit. Absumpta aqua, cum puer feliciter convalesceret, jussit aliam ex eodem fonte queri, continuataque lotura, ille brevi post sanatus fuit, nec simile malum deinceps unquam passus.

55 Dorothea, Martini Sanciz notarii uxor, puerum habebat trium annorum, qui, rupta spina dorsi, gibbum gerebat in pectore, tamque infirmus erat, ut velut immobilis esset, et tamquam jamjam moriturus observaretur. Mater dolore percita eum in carpento ad fontem adducens Beato commendavit, et intincto aquæ panno (ob frigidam tempestatem non ausa illum vestibus nudare) ejus pectus lavit, eoque facto, domum rediit, nullo indicio melioris valetudinis in puero apparente. Postero die eadem hora, qua puerum pridie laverat, mater et circumstantes adverterunt, illum se agitare et revolvere, quod ante non fecerat; ac Beatum denuo implorarunt; tuncque cepit ille paulatim repens, ut solent pueri, incedere, itaque ad matrem et amitam pervenit: adeo ut paulatim convalescens intra biduum eo malo liberatus sit, multisque annis bene sanus superfuerit.

56 Franciscus Doza operarius, ortis sibi in collo quibusdam tumoribus, qui in putida ulcera abierunt, postquam biennio nihil levaminis ex adhibitis interim medicamentis expertus fuerat, suadente sorore sua, B. Bertrandi opem imploravit, et ad dictum fontem accedens ulcera lavit, promittens fore ut per novem dies eodem loturus accederet: moxque cepit habere melius, ac in fine novem dierum perfecte incolomis fuit. Joannes Baptista, Hieronymæ Stephanæ, viduæ Philippi Perez mercatoris, filius, caput suum certis bullulis, quæ porrigo videbantur, infectum habuit, nec toto biennio quidquam opis in medicina invenit. Post commendavit se B. Bertrando, et aquam dicti fontis sibi afferri præcepit, qua loto capite

A capite, levamen experiens, jussit denuo inde hauriri, eaque pergens ablui, intra paucos dies omnino sanus evasit. Angelæ Roger, uxori Francisci Gomez operarii ex Rusaffa, frustum arundinis inter duos unius crurum claviculos infixum erat, nec quisquam chirurgorum quindecim mensium spatio illud inde eximere potuit. Videns igitur, nihil remediis profici, implorato B. Bertrandi patrocinio, quodam mane sola fontem petiit, infirmum crus lotura, ac in aurora sequentis diei e somno evigilans, se sanam comperit.

febris, morbus geminus,

57 Franciscum Gomez, dictæ Angelæ maritum, mense Augusto tam periculosa invasit febris, ut simul sacro Viatico et extrema Unctione munitus fuerit : proptereaque medici, qui eum curabant, monuerunt uxorem illius, ut de funebribus parandis cogitaret. In hac afflictione se positam conspicata infelix B. Bertrandi patrocinium imploravit, atque ipsamet, quam potuit ceyssime, properavit ad fontem, haustamque ex eo aquam marito potandam dedit, isque eodem momento, pulsa febrî, salvus mansit.

B Uxor Antonii Forte in Rusaffa quodam vesperi in tanto vitæ suæ versabatur periculo, ut sacro Oleo jam inunctæ ad Christianæ moriendum assisterent : sed portione ejusdem aquæ ori illius, quod moribundorum more apertum tenebat, per maritum ejus infusa, postero mane integræ sanitati restituta reperta est. Servulus Petri Ximeno piscatoris ex Rusaffa, Franciscus Gomez appellatus, ægrotabat in tugurio heri sui in ripa Albufere b, ubi eum in piscando juvabat. Ad quem tam male se in eo solitario loco habentem herus dicti fontis aquam attulit, qua ille, B. Bertrando invocato, epota, confestim sanatus est, et ad solitum laborem suum reversus fuit.

febris, et ventris tumor sanantur.

58 Catharina Grau, Joannis Salvatoris uxori, prope Alberaya c, cum jam multis diebus febrî laborasset, frustra tentatis remediis, ad fontem se ducendam se curavit, et postquam B. Ludovicum Bertrandum invocaverat, et ex fonte biberat, sanitatem recepit. Bernardo Torino sic intumuerat venter, ut quinque dierum spatio nihil quidquam manducare aut bibere, nec alvum exonerare potuerit. Jussit

C hic urnam ejusdem aquæ plenam afferri, eaque, quanta erat, epota, dissolutus est corporis tumor sine alio excremento, et sanus evasit. Baptista Ximeno, piscator ex Rusaffa, anno MDXCVI in confinio Olivæ, loco, Calapatat dicto d, artem suam exereens, tertiana febrî correptus fuit ; qua cum duodecim diebus laborasset, ac pessime mulctatus fuisset, jussit se per mare ad oram Valentiniam vehi, unde in Rusaffam tetendit. Postridie, quamquam febricitaret, curavit se portari ad fontem, ubi, implorato B. Bertrandi patrocinio, ex ea aqua bibit, eodemque momento reliquit eum tertiana febris, nec deinceps corripuit ; sed cum duobus mensibus post hæc in Albufera piscans nataret et inhoneste se gereret, in morbum recidit : invocatoque rursus Beato, et pota fontis aqua, pristinam sanitatem denuo recuperavit.

ANNOTATA.

a Regni Valentini oppidum, vetus, ut nonnulli tradunt, Saguntum.

b Seu lacus Valentini.

c Prope Valentiam versus mare. Escolanus lib. 7 Hist. Valentiniæ col. 341 scribit Alboraya.

A. AVIGNONO.

d Regni Valentini oppidum est, Comitatus titulo insignitum ; haud procul inde amnis fuit, Calapatat et Molinell dictus.

CAPUT IV.

Miracula ad solam Ludovici Bertrandi invocationem facta.

Cum dominus Ludovicus Esalva Castellar de Villa nova, toparcha de Bicorps a, ratione gravis morbi minuendus sanguine esset, inter secandam venam læsus nervus est, ac continuo ejus brachium intumuit, tantusque eum incessit cruciatus, ut biduo nullam seu interdiu seu noctu quietem capere potuerit, nec ipsam etiam mollem lineæ indusii sui manicam tolerare. In hoc malo et convulsionum periculo constitutus, B. Bertrandum invocavit, addito voto de argenteo brachio, si convalesceret, ad ejusdem sepulcrum mittendo. Nec mora, confestim cessante dolore, obdormivit, et postea expergiscens brachium suum madefactum, eumque in modum detumuisse deprehendit, ut vesperi ejusdem diei epistolam scribere potuerit : tam bene convalescerat.

cap. IV. Ad solam Sancti invocationem tumor brachii,

60 Illustris Bertrandus Boil, puer trium annorum, illustris viri Joannis Boil de Arenos filius a patre suo ductus ad Alsafar b, media nocte improvise correptus fuit tam terribili malo, ut in miserandum et inconsolabilem planctum eruperit. Quo pater non minus stupefactus quam afflicto, illico candelam accendit, filiumque se mirum in modum torquentem et clamorem ad cælos extollentem conspicatus, non ausus est ipsum solum relinquere, dum servos accesserit, qui procul inde erant ; imo nec vestire potuit, quod suo brachio sustineret infirmum, cujus malum semper ingravescebat, tumescente etiam ventre : qua de causa innocens puer acerbo dolore victus suas ipse manus mordebat. Pater tam miserabili spectaculo velut sui impos ad B. Bertrandi patrocinium recurrit, vehementissimo cum affectu supplicans, ut, quoniam puer nomen Bertrandi ex devotione erga ipsum in baptisate impositum haberet, saltem non permitteret ipse suum in baptismo filium tam crudeliter mori. Vix ea verba protulerat, quin sedatus puerulus in placidum incidit somnum, et detumuerit venter, ita ut mane sanus, ut antea, compertus sit.

et contris

b

61 Laborabat pater Simonis Alvarado pleuritide, de qua medici non bene sperabant. Mounit ipsum filius, ut B. Bertrando se commenderet, ipseque ad imaginem illius conversus eum devote invocavit, promisitque, si sanaretur, argenteum pectus illius sepulcro, se appensurum. Brevi itaque convaleuit, sed votum non implevit. Hinc octodecim mensibus post eodem malo iterum correptus rogavit filius, an votum, quo dudum se obstrinxerat, explesset : quod ille negans, perfusus lacrymis promissionem precesque iteravit, et sine ulla mora sanitatem

pleuritidis, convulsiones lethifera,

A. AVIGNONO. tatem recepit; neque distulit debitum argenteum pectus appendere. Quidam filius Joannis Pagliares medici, et Magdalene Quartada, ætatis unius anni in convulsiones inciderat, qui dum matris ulnis recumberet, subito pallidus, frigidus, mutus, aliisque mortis indicibus affectus apparuit. Qua re afflictissima genitrix in genua procumbens alta voce ait: O sancte frater Ludovice Bertrande, adjuva me, et intercede apud Dominum Deum nostrum, ne filius meus moriatur. Cum hæc tertio dixisset; pristinæ sanitati puer illico restitutus fuit, nec id mali deinceps unquam passus.

62 Candiam Esplugues, dum cum amita sua, Thecla Sangenis vidua, in ecclesia Prædicatorum Missæ intererat, invasit cordis dolor, quem sæpe alias passa fuerat tam acerbum, ut velut mortua maneret; isque tunc tam vehemens fuit, ut ultra horæ spatium pro mortua fuerit habita. Hoc casu vehementer consternata amita, eam B. Bertrando commendavit, vovitque fore, ut, si sanitatem recepisset, cor argenteum ad ipsius sepulcrum dono ferret. Illico reliquit eam malum, nec unquam denuo corripuit. Jacobus B. Cifre, presbyter beneficiatus ecclesiæ S. Catharinæ martyris Valentiae, laborabat acutis febribus, quæ aliquot dies tenuerunt. Propterea quinque minutus sanguine fuerat; ac præterea accesserat acutissimi lateris cruciatus. Mulier, quæ ei inserviebat, suavit, ut B. Ludovici Bertrandi opem imploraret; verum hæc se parvi facere innuens, iussit ea, quæ præscriperat medicus, parare. Dum vero hæc illa parabat, decrevit infirmum dictum Beatum invocare, invocavitque toto cordis affectu; eodemque temporis momento omni malo liber evasit; et medicamenta afferens mulier, nihil eis amplius opus esse,prehendit.

63 Isabella Joanna Ferrando virgo postquam multis diebus gravi febris conflictata fuisset, ex eaque tandem convalescisset, alterum erurum adeo contractum retinuit, ut extendere nequiret, et oportuerit eam uno mense in lecto decumbere. Tandem commendavit se B. Ludovico, addito voto de peragenda ad sepulcrum ejus novemdiæ devotione, et crure cereo ibidem appendendo. Tum cepit se melius habere, ita ut potuerit (quamquam admodum difficulter) promissam devotionem inchoare; cumque ad sepulcrum orasset, sensit sibi etiam melius esse, et commode reversa domum est, atque ante completam novemdiæ devotionem omnino incolumis fuit. Eadem virgo alias febris ac vehementi capitis dolore afflicta, ut multis diebus et noctibus nullum potuerit somnum capere, ad B. Ludovicum pia prece recurrens, eadem nocte dormivit, et postero mane se febris expertem et sine ullo dolore capitis sensit.

64 Agneti Valero, filiæ Joannis Gari pelliensis, pestilens in facie ortum apostema est, ex quo hæc tota intumuit, erantque ejusmodi illud venenum ac tumor, ut medici de ejusdem vita actum esse, pronuntiarent. Una e sororibus ejus, Ursula Antonia nomine, vicem illius miserata, B. Ludovici patrocinium pro eadem flagitavit, moxque detumuit facies, recessit febris, et infirma extemplo convalevit. Hieronymus Salvatore, velorum opifex, cum apud aliquot amicos suos, apud quos cœnaverat, se recreasset, rediretque Valentiam, prope conventum de Remedio e tam vehementi malo apostepectico correptus fuit, ut ex equo prolapsus

sensuum expers jaceret, ore ad aurem fere usque detorto, totusque nigrescens. Hunc scalis impositum circa mediam noctem ad ejusdem matris ædem portarunt; ubi, cum cœpissent medicamentum a medico præscriptum ei præbere, tantopere contremuit, ut reliquum non dederint. At mater afflictissima B. Bertrandum invocavit, supplicans, ut filium suum misericorditer respiceret: quæ illa precante, ecce os infirmi ad locum suum reducitur, aperiuntur oculi, et ipse mane se salvum comperit. Proinde ad sepulcrum Sancti debitas gratias persolurus accessit; grave, quod subierat, periculum admirans, cujus ipse non meminerat, imo nec ullum dolorem senserat.

65 Paula, Joannis Gregorii febris lignarii filia, annorum duodecim, in cannam incidens, eam ori suo infixit, indeque grave vulnus in palato recepit. Hinc ex ore naribusque tam copiosum sanguinem fudit, ut suffocari sibi videretur. Multa ad eum sistendum adhibita remedia fuere; sed frustra, eoque in statu illa tri-duo perstitit, nec quidquam interim comedere aut bibere potuit. Mater ejus Agnes Garzia eam B. Bertrando commendavit, promittens, se novemdiæ devotionem celebraturam, et guttur cereum ad sepulcrum oblaturam; stetitque sine mora sanguis, cœptaque novemdiæ devotione, priusquam hæc completeretur, puella convalescerat. Sperantiæ Vergara, Vincentii Monforte uxori, ortus in collo erat tumor magnitudinis capitis sui, qui ei per annos septemdecim adhesit magno cum dolore, nec permittebat eam laborare. Asserebant autem medici, illam, si tuber amputaretur, sine dubio morituram. Nihil igitur in humana ope sibi reliquum esse, cognoscens, nec posse se ad familiæ suæ sustentationem laborare, B. Bertrandi patrocinium expetiit; et quadam nocte post fusas preces dum dormiret, sine ullo sensu apertus tumor est, ex eoque copiosa aqua effluxit per exiguum foramen, quod deinde facile curatum fuit.

66 Vincentius Monforte, prædictæ Sperantiæ maritus, inter rixas cum aliquibus sibi parum amicis habitas, ignivoma fistula bellica pessime læsus in gutture est, ut ex ore in stomachum nihil posset transmittere, et præ sanguine erumpente destitutus sensibus et prolapsus in terram ultra horæ spatium velut mortuus jacuerit. Hoc audito, uxor ad maritum advolavit; sed non permissa fuit ad eum accedere, quia ille moriebatur. Projecit ergo se in genua, beatumque Bertrandum enixe precata est, ne saltem permitteret ipsum peccato mortali obnoxium mori. Paulo post erexit se vulneratus e terra, et obnixæ conatus est suis pedibus ac sine alterius adjutorio domum suam pergere, et perseverante in precibus suis uxore, intra breve tempus sanatus fuit, mirantibus omnibus, qui ipsum tam lethaliter læsum viderant, Antonio Joanni Poncet sutori, dum ratione levis febris sanguine minueretur, in ipsa venæ sectione vehemens in brachio ortus est dolor, ex quo duabus noctibus et uno die fremuit, neque dormire potuit, nec levamen aliquot reperire. Quam ob rem B. Bertrandum beatumque Nicolaum Factorem deprecatus est, pauloque post obdormiens tribus quatuorve horis quievit, et expergiscens se febris inflammatione omnique malo liberum expertus est.

67 Anna Ruuio Jacobi Angeli, setarum restionis,

cordis dolor,
febris acuta,

contractio eruris,
febris, capitis dolor,

apostema pestilens, apoplexia,

palati vulnus,
capitis tumor,

gutturis vulnus,
vehemens brachii dolor,

CAPUT V.

Miracula per S. Ludovici Bertrandi reliquias a Deo patrata.

stionis, uxor, post puerperium suum singulari fastidio capta fuit, ac postridie multa per corpus ejus sparsa tubercula apparuerunt, quæ rupta, maxime in cruribus plura foramina effecerunt, ac peculiariter unum in genu admodum profundum, tamque fœtidum, ut, dum fasciolarum ab eo tollerentur, ferri non posset; qua quidem infirmitate biennium sine ullo ex adhibitis remediis solatio conflictata fuit. Tandem post aliquot dies sine appositis emplastris elapsos quidam vir, nomine Gaspar Perez, persuasit illi, ut B. Ludovici patrocinium posceret, et ulceribus suis decussatim in modum Crucis applicaret aliqua folia vitis nigræ, quia ipsemet B. Ludovicus in suorum crurum morbo eo remedio usus fuerat, ac simul recitaret certam orationem de Passione Christi, quam Beatus pariter recitare solebat. Consilio obsecuta mulier, applicavit dictum remedium, atque insuper promisit novemdiem devotionem persolvere; quam cum biduo incepisset, omnino sanata comperta est, idque miraculum eo majus apparuit, quod, licet non omnibus plagis dicta folia apposuisset, ab omnibus tamen eodem biduo convaluisse.

B

corpus ex
partu tumor,

68 Joannæ Explugues, Guilielmi Picot Piscatoris conjugis, corpus ex partu tumidum manserat hebdomadis septem, ut illa se movere non posset: Medici, multis remediis frustra tentatis, eam inde morituram pronunciarunt. Quare animam suam generali peccatorum confessione expiavit, et, invocato B. Bertrando, vovit, curaturam se dicendam Missam ac bonæ molis cereum ad ejusdem sepulcrum oblaturam. Subsecuta nocte placide dormivit (quod antea præ dolore facere nequiverat) postero vero mane sanata fuit pristinasque vires brevi post recepit.

parturientis
femine febris,
et calculi
malum abi-
guntur.

69 Uxor Joannis Segarra, caligarum opificis, Catharina nomine, indes partum expectans, in acrem febrim incidit, et in pejus vergens maculis admodum nigris infecta fuit; quod malum ejusmodi est, ut pauci ex eo convalescant. Hoc in statu dolores partus ei exorti fuere, quæ, ne ex eo morbo moreretur, B. Bertrandum invocavit; cumque adducta esset obstetrix, illa jam pepererat, et libera febrim et maculis mansit; quod miraculum medicus non satis potuit mirari. Recto in Bicorni d, Aca-cius Frances appellatus, duobus mensibus Valentini calculis laboravit, continuo vociferans; at cum post multa remedia nequidquam tentata B. Ludovicum toto triduo invocasset, sine ullo dolore emisit calculum, instar nuclei palmulæ grandem, quem auro includi curavit, atque in tanti beneficii memoriam ad ejusdem Beati sepulcrum appendi.

d

ANNOTATA.

a Castelar comitatus, Bicorni baronatus est, versus regni Valentini, qua hoc Castellæ regnum respicit, limites siti.

b Imo ad Alfasar; Boylorum de Arenos antiquam possessionem, media leuca Valentini distans.

c Extra portam marinam juxta Valentini situm.

d Vide lit. a hic.

Philippus III rex a a nativitate sua quodam laboravit incommodo, propter quod pater ejus Philippus II rex voluit, ut ille in pueritia sua gestaret scapulare candidum, palma aurea acu pictum, ex devotione erga S. Petrum martyrem b, singularem teneræ ætatis patronum. Cumque laudatus rex anno MDLXXXVI Valentiam venisset, et cum eo prædictus serenissimus princeps, postquam conventum Prædicatorum ante omnes alias ecclesias, excepto archiepiscopatu, sua regia præsentia honoraverat, ad eundem conventum secundo venit; et sepulcrum B. Ludovici Bertrandi visitans, magistro fratri Vincentio Justiniano, ejusdem loci tunc Priori, mandavit, ut a scapulari ejusdem B. Ludovici abscindi juberet, quantum sufficeret ad parvum scapulare dicto regio principi faciendum.

cap. v.
Per Sancti reliquias Philip-
pus III

a

b

E

71 Fecit id prior in palatio regio, quod rex habebat Valentini, et accepit illud, quod princeps ferre soluerat. Post multum temporis perpendens, scapulare, quod princeps gestabat, jam fortasse detritum esse, misit aliud Matritum, factum ex residuo dicti scapularis B. Ludovici; quod cum regius princeps peculiari suo usui acceptasset, cepissetque gestare, sensit incommodum suum minui, eoque tandem plane liber evasit. Qua de causa accepti a sancto beneficii memor, simul atque cepit regnare, pro eodem inter Sanctos solemniter referendo ad Clementem VIII summum Pontificem litteras dedit, ac sæpius iteravit, ut in hujus Historiæ libro IV videbitur.

quodam incom-
modo liberatus,

72 Vincentia Moregli, filia Widnæ Casaus, septem menses affixa lecto fuerat graviter tumida, plenaque quibusdam ulceribus fœtidis, per totum corpus dispersis; quam medici plurimis medicamentis sanare frustra conati sibi reliquerant, nihil præterea tentantes. Allatum ei fuit frustum telæ, qua B. Ludovicus, tunc recens mortuus, ad tergendam cruris plagam soluerat uti; quod illa cum magna devotione et gaudio in manus suscepit, ac Beatum invocans, eodem frusto signum crucis super singulis ulceribus formavit, orsa a genu, quod, simul atque signatum fuit, illa potuit extendere; ac pari ratione, prout pergebat illa attingere, cetera ulcera curata fuere; ex quorum aliquibus, quæ brachia infecerant, frustula ossium prodierunt. Postquam omnia tangere finierat, cessavit omne malum, tamque incolumem se experta fuit, ut mox e lecto surgere et domestica negotia peragere potuerit, atque ad persolvendas debitas grates ad ejusdem Beati sepulcrum accesserit.

ulcera fugata;

F

73 Domina Isabella Eseriva desperata erat a medicis, cum mater ejus, ea usa occasione, quod tum temporis digitus B. Bertrandi (ille ipse, qui in sacristia Prædicatorum Valentini servatur) thecæ argenteæ includendus esset, oravit, ut infirma eo tangeretur; quo concesso, dum digitus iste illius capiti imponebatur, illa se melius habuit, ac brevi post omnino convaluit. Mater

relicta a me-
dicis, visu or-
bata,

soror

A. AVIGNONO.

foror Agugliona, Ordinis S. Francisci multos annos ex oculis laboraverat, eoque jam pertigerat, ut velut visu omnino destituta esset: sed simul ac illustrissimus dominus episcopus Michaël Espinosa cingulo B. Bertrandi crucis super eam signum formavit, perfectum visum subito recepit.

regni Valentini gubernator, ejus filius et filia,

74 Illustris dominus Jacobus Ferreri, eques S. Jacobi, ac civitatis regni que Valentini gubernator, dum anno MDLXXXV Montione c, ubi Philippus II rex suam regiam tum habebat, versaretur, in febrim incidit et ad extrema deductus fuit. Tum B. Bertrandi implorata ope, ejusdem pietam effigiem jussit in cubiculo in conspectu suo appendi, ejusdemque tunica, quam in magna veneratione habebat, se induit. Quibus factis, subito sanatus fuit. Eodem modo filius illius dominus Ludovicus, dum Valentia ægrotaret, filiaque vicecomitissa de Celua, in periculoso puerperio et abortu trium prolium septem mensium bonam valetudinem adepti fuere.

puer ex variolis contractus,

75 Gregorius Marco, quatuor circiter annorum puer, variolis laborans vi morbi sic fuerat contractus, ut genibus suis supra pectus contractis, se movere non posset. Eadem causa obstabat, quo minus eum possent portare ad B. Bertrandum, qui tum adhuc vivebat, licet hic servus Dei intra paucos dies dehinc mortuus fuerit. Primo post ejusdem obitum die Mercurii soror Joanna Marco, tertii Ordinis S. Dominici, dicti infirmi soror, illum B. Ludovico, in loco, in quo hic sepultus erat, flexis genibus, commendavit, et particulam vestis ejusdem Beati a patribus Prædicatoribus acceptam secum ferens, domum reversa rogavit puerum, in quia corporis parte maxime doleret; qui respondit: In genibus. His ipsa particulam vestis applicavit; eodemque tempore puer ait, nullum se amplius in genibus sentire dolorem.

ex aliis aliis laborans morbis,

76 Pari modo de aliis, quæ maxime afflicta essent, membris interrogatus sigillatim indicavit, ad quorum singulorum a sorore attackum aiebat ille singula non amplius dolere; ita ut jam in nulla sui corporis parte affligeretur, recteque extensis cruribus totus sanus esset. Altera quoque vice idem puer ægrotavit, ac impositis ipsi dictis reliquiis convaluit. Cum idem tertio in morbum, eumque maxime periculosum, incidisset, petiit ipsemet, ut ad ecclesiam Prædicatorum deferretur, ubi jussit se super sepulchrum B. Ludovici deponi, moxque optatam sanitatem sic assecutus fuit, ut postridie ad eandem ecclesiam suis pedibus redierit, perrexitque ambulare, quo voluit. Denique etiam alias per earum reliquiarum usum sanitate donatus fuit.

genu cruribusque tumida, lethargo oppressa,

77 Domina Isabella Boil, illustris domini Joannis Boil de Arenos, dynastæ de Alsafar d, filia ex partu unum genu et crus tam acerbo dolore afflicta retinuit, ut toto corpore inde male affecto, oporteret eam in sedili portare. Pater ejus illustris dominus Joannes accessit ad B. Bertrandi sepulchrum pro filia sua oraturus, et particulam tunicæ, in qua ille mortuus fuerat, multa prece a patre magistro fratre Petro de Salamanca obtentam eidem filia suæ, in Alsafar commoranti, transmisit, quam cum illa debita cum devotione recepisset, et invocato sancti nomine, genu applicasset, hoc simul cum cruce confestim detumuit, omnis dolor abscessit, ipsaque optime incedere potuit. Paucis diebus post ejusdem illustris dominae Isabellæ serva in pro-

fundum lethargum incidit, unde de vita periclitabatur; quæ cum antea vidisset mirabilem prædictarum reliquiarum in domina sua effectum, petiit, ut suo quoque capiti imponeretur particula vestis istius sancti Fratris (sic illum appellabat) confisa, se sanatum iri, ut vere contigit; nam ex eo tempore convalescens brevi post omnino sanata fuit.

78 Illustris dominus Balthasar Escriva ex suffusione oculi adeo debilis erat visus, ut velut plane cæcus esset; nec varia tentata remedia quidquam profuerant. Cum autem illustris dominus Joannes Valterra conspicilla, quibus B. Bertrandus usus fuerat, haberet, ea ipsi commadavit, qui, implorata ejusdem Sancti ope, iisdem per novem dies usus sine altero remedio amissum visum perfecte recepit, nec deinceps quidquam mali in oculis passus fuit. Quidam mercator, Perpignano dictus, desperato visu suo, curavit se ad domum laudati Joannis Valterra deduci, oravitque, ut B. Bertrandi conspicilla sibi imponi permitteret, fretus, hac ratione visum sibi restituendum. Annuente Valterra, ille continuis novem diebus ad eandem domum conspicillorum usus gratia accessit, elapsisque his novem diebus, visum integrum recuperavit.

79 Domina Francisca de Casteli, Hieronymi Dixar uxori, ex infelici partu adhæserunt quedam animi defectiones, quæ multis annis eam identidem corripuerunt. Postquam vero, remedia omnia, quæ adhibuerat, non modo inutilia, verum etiam noxia sibi esse compererat, suasit ipsi soror ejus, nomine Maria, ut fasciam, quam ex panno lineo, in quo B. Bertrandus obierat, abscissam habebat, cordi suo imponeret, seque eidem Beato devote commendaret. Fecit id domina Francisca, nec malum istud deinceps unquam experta fuit. Cum paucis post annis sinistra ejusdem Franciscae gena cum livore intumisset, ac subsecuta esset ex utraque aure surditas, adverteretque, malum viginti quatuor horarum spatio magis invaluisse, omne medicamentum respuens, B. Bertrandum invocavit, et extremam prædictæ fasciæ oram aures suis inseruit: quo facto, sine ulla mora detumuit gena, restitutus auditus est, nec istud mali eam dehinc unquam corripuit.

80 Paucis post B. Bertrandi obitum diebus domina Maria, illustris domini Philippi Casteli dominaeque Joannæ Ribot filia, tum trium circiter annorum, in morbum inciderat, febrim scilicet ac fluxum ventris, quæ ipsam tam vehementer debilitavit et nausea affectit, ut, cum per aliquot dies nihil cibi degustare potuisset, solo jusculo sustentanda fuerit: quam ob rem omni spe salutis ejus destituti medici affirmarunt, eam a solo Deo sanari posse. Petiit autem puellula, ut stomacho suo imponerent B. Bertrandi soccum laneum, qui in domo servabatur, allatumque ipsamet suo stomacho applicavit: eodemque momento temporis pulsa febrim, cibum petiit, comedit, et bene se habuit. Accedentes postridie mane medici potius rogaturi, an illa diem suum obiisset, quam visitaturi, ut audierunt, eam vivere, videruntque, admodum attoniti hæserunt. Dominus Joannes, ejusdem domini Philippi Casteli filius, dum quatuor circiter annorum erat, ex variolis brachia, manus pedesque impedita retinuit; at post multa remedia nequicquam adhibita, lacinia lintei, quod in lecto B. Bertrandi, quando

oculis male affecti.

E

animi deliquitum cerebro passa surdaque,

F

puella ex febris alteraque ex variolis a medicis desperata, membris impeditis sanitati restituit:

A quando obiit, stratum fuerat, involutus, subito convaluit. Alias quoque, cum idem dominus Joannes pedibus ita captus esset, ut in brachiis et lectulo gestandus esset, dixit dominæ Mariæ de Castelui viduæ, quæ fuit uxor illustris domini Francisci Martini, se, si fascia, ex B. Bertrandi linteis facta, sibi applicaretur, sanatum iri. Hoc facto, sine ulla mora ille per domum ambulavit.

dolor dentium, grave digiti malum, febris, distortio pedis,

81 Catharina Blesa, puella nubilis, magno dolore dentium affecta, fasciam B. Bertrandi suo ori imponens, liberata fuit. Sororis Raphaëlis Soler, Virginis Tertii Ordinis S. Dominici, unum e dextræ manus digitis grave malum corripuit, quod eam acriter cruciabat. Quo post varia applicata remedia nihil remittente, acceptam a patre fratre Michaële Herrero, confessario suo, fasciam, qua B. Bertrandus quondam usus fuerat, afflicto digito apposuit, eademque hora istud malum cessavit. Ejusdem fasciæ usu quædam ejusdem soror, graviter febricitans pari modo sanitatem obtinuit, ac confestim e lecto prosiluit. Eadem soror Raphaëla a distorto

B pede tantum cruciabatur, ut fractum crederet. Cui cum suaderetur, ut omni nisu contenderet ad B. Bertrandi sepulcrum visitandum; ibi enim sanandam; licet quidam cognatus ejus, datum consilium ridens dixerit, ut aliquem hujusmodi mali curandi peritum accesseret, illa tamen prædicto Beato freta noluit tunc aliquid remedii admittere præter frustulum habitus ejusdem pedi suo supponendum. Hoc facto, sat virium habuit, ut ad locum, ubi ille primo fuerat sepultus, posset conducere; ibique fuis precibus, exactaque novemdiæ devotione, sanata fuit.

luxatum brachium, pleuritique depulsio, sensus restituti.

82 Quædam puella, Justa Gliosa nomine, in obsequiis Raphaëlis Soler, luxatum brachium suum cuidam magni nominis ac experientiæ in ea professione viro novem dierum spatio curandum commiserat: sed cum dolor in eo semper ingravesceret, applicatis ad brachium istud reliquiis B. Bertrandi, nulla interposita mora, absque alio medicamento evasit incolumis. Vincentia Martinez in obsequio ejusdem Raphaëlis Soler, cum acri pleuritide laboraret, post varia medicamenta nequequam usurpata, admotis ipsi B. Bertrandi reliquiis, in somnum incidit,

C et expergiscens sanam se reperit. Isabella Joanna Lopez per sex hebdomadas vehementi febre conflictata, jamque triduo loquela, visu ac sensu tactu destituta fuerat, nec quidquam alimenti sumpserat, præterquam quod gossypio, aquæ intincto, ejus os refrigerarent; ipsis medicis admirantibus, quod tamdiu sine ullo alimento superesset in vivis. Aderant duo Religiosi Ordinis S. Dominici, qui illius domino, Francisco Blanes, nobili equiti, dixerunt, cum infirma destituta sensibus esset, ita ut non posset eam solari aut aliter juvare, se recessuros, relictis super corpore ejusdem aliquot variorum Sanctorum Reliquiis, quas attulerant; atque ita fecerunt. Singulis autem ei applicatis, illa nihil se movit; sed cum B. Bertrandi (cui eam dominus ejus commendavit, obsecrans per devotionem, qua ipsum vivum mortuumque semper fuerat prosecutus) reliquiæ eidem applicarentur, eo ipso temporis momento ægra aperiens oculos cœpit multo melius se habere, atque infra paucos dies omnino convaluit. In hujus miraculi monumentum allata ad sancti sepulcrum fuere, quæ pro ejusdem funere jam erant parata.

83 Filia Francisci Ferreri ac Benedicti, quæ postea monacha facta est in monasterio S. Juliani, Ordinis S. Augustini e, misere cruciabatur malo laterum, cujus digito cum mater sua inseruisset anulum osseum, quo B. Bertrandus olim fuerat usus, omnis dolor eam protinus reliquit. Thomasa Angela Alberola, Cosmæ Morat futoris uxor, ad id vitæ suæ extremum perducta erat, ut jam non amplius videret, nec loqueretur, jamque sacro infirmorum Oleo uncta esset. Attulit ei pater Franciscus Clemente B. Bertrandi digitum, ejusdemque ori inseruit, alta voce inclamans, ut se Beato commendaret. Percepit illa voces, et, quam potuit devotissime, illius opem in corde suo imploravit: cum ecce confestim visu ac loquela receptis, petiit, quid id esset, quod suo ori imposuerant; auditoque, fuisse digitum B. Bertrandi, extemplo sese etiam melius habuit, et brevi post integra sanitate potita fuit. Joannes Lopez, gubernatoris janitor, a quodam Mauro, quem, ut ad dominum rediret compellere volebat, præcuto fuste in ventre sic læsus erat, ut sanguis aliæque ex ejus ore profuerent. Quam ob rem medici vitam ejus certo deploratam affirmabant: verum, imposita eidem B. Ludovici tunica, ille subito cœpit melius habere, ac brevi sanatus fuit.

84 Frater Gaspar Lopez, Ordinis S. Hieronymi, antequam religiosum statum suscepisset, valida febre collique tumore laborabat, cum quædam mulier ei suasit, ut B. Ludovicum invocaret, ejusdemque vestimenti frustum, quod illa habebat, suo collo apponeret. Obtemperavit ipse monenti, moxque et colli tumor et febris abscesserunt. Quidam adolescentulus, Jacobus Eruas dictus, Alcludia de Carlet oriundus, mori folia carpens ex arbore decidit, itaque caput lasit, ut medici eum posse sanari, negarent; sed applicata capiti ejus particula habitus Beati, ea nocte dormivit ac melius se sensit: postridie autem mane accesserunt medici, an obiisset, rogaturi; auditoque, illi melius esse, medicari voluerunt; ac inventas dictas reliquiæ, quæ quid essent, nesciebant, projecerunt in terram: at, dicente adolescentulo, eas ex B. Ludovici habitu esse, sustulerunt et osculati sunt. Deinde vulnus examinantes, illum tam felici in statu esse compererunt, ut adolescentulus illico e lecto domoque prodierit.

85 Eugenia Specchio, Thomæ Gregorii Falegnæ conjux, magno in minimo sinistri pedis digito dolore laborabat, quod multis eam annis affligerat. Aiebant chirurgi, ad curandum necesse esse, extremum ejusdem digiti articulum amputari, quia alte radicatam malum esset, quod ipsam cum gravissimo dolore sex mensibus continuerat domi: cum vero quædam vicina ejus, nomine Gomiza, particulam habitus B. Bertrandi male affecto digito applicasset, subsecuta nocte dormivit, cœpitque notabiliter convalescere, adeo ut intra sex septemve dies perfecte sanata ad Beati sepulcrum actura gratias accesserit. Quædam vidua, Barranca vocitata, habebat filiulam, quam adhuc lactabat, apostemate in collo afflictam, quod chirurgi constituerant postero mane secare. Mattheus Benet Comes, notarius, miseratione motus dedit matri frustulum ex habitu B. Bertrandi, quod dum illa afflicte parti apposuit, infans postridie mane reperta incolumis est.

A. AVIGNONO. abactus laterum dolor, vulnus lethale sanatum,

pulsæ febris et colli tumor, curatum capitis vulnus,

pedis dolore extinctus, colli apostema sublatum.

ANNOTATA,

A. AVIGNON.

ANNOTATA.

- a Hispaniæ.
 b Ordinis Prædicatorum, de quo actum est in Opere nostro ad diem xxix Aprilis.
 c Montio munitum est Aragoniæ oppidum ad Cincaam fluvium, Hispanice Monçon dictum.
 d Vide Annotata in cap. 4 lib. b.
 e In suburbio Valentino, S. Bernardi via, quæ ad oppidum Morviedro seu Muros veteres ducit.
 f Inter fluvios, Siete Aguas et Xucar Hispanis dictos.

CAPUT VI.

Ejusdem argumenti prosecutio.

B

CAP. VI.
 Per Sancti item reliquias febris gemina,

Anna a Jesu, virgo ex loco Toro a in Castellana, annorum quadraginta, Valentini habitans, in discrimen vite deducta erat e febris, nec quidquam seu alimenti seu medicinæ, quæ ipsi dabantur, retinebat in stomacho; quapropter et medici de ea actum esse, affirmabant. Invisit eam dominus Michaël de Espinosa, episcopus Marocchianus, deditque ei frustulum fasciæ coccinæ, quæ B. Ludovici fuerat, quam osculata infirma sibi imposuit, Beati opem simul implorans, nullaque interjecta mora, se sanam sensit, et ad agendas Beato gratias ad ejusdem sepulcrum se contulit, et imaginem votivam appendit. Maria Ruiz, uxor Antonii Cavaliere, graviter decumbebat ex febris lethargica tam valida, ut majori temporis spatio sensibus ac cognitione destituta maneret. Quo in discrimine cum versaretur, quidam e domesticis patriarchæ, archiepiscopi Valentini b, Gaspar nomine, domum illius adiens, alta voce infirmam monuit, ut se commendaret B. Ludovico, ex cujus habitu aliquid penes se habebat, se id ipsi impositurum asserens, eamque, si certam fiduciam haberet, sanatum iri. Infirma, quamquam gravitate mali multum oppressa, intellexit tamen loquentem sibi, et prout potuit, Sanctum invocavit; cumque dietæ reliquiæ ipsi applicarentur, illico liberata febris fuit, obstupuitque medicus, quod eam, non dico, plane incolumem, sed vel vivam videret.

dolores colici,

87 Francisca Villalua, vidua Gasparis Escolano, civis Valentini, quæ nec ulla devotione Beatum prosequeretur, nec credebatur miracula illius, dolores colicos pati solita, quodam vespere æstivo tempore postquam Beatus obierat, iisdem correpta fuit. Accessit autem domum ejus quædam persona, paulum panni candidi e Beati habitu afferens, quod illa, utut (ex supra dictis) incredula, parum devote tamen, accepit; eodemque, quo suo corpori applicavit, tempore cessarunt dolores: ipsa igitur se sanam experiens, easdem reliquias filio suo, doctori Escolano c, donavit; at simul atque eo sacro remedio caruit, relapsa in malum fuit, eodemque recepto, rursum sanata. Lisdem reliquiis deinde ex negligentia amissis, cum dicta mulier aliquando esset in sacello S. Vincentii, intravit

ecclesiam Prædicatorum Valentini, ibique eodem malo denuo correpta fuit. Tum vero consideravit exiguam suam erga B. Bertrandum devotionem, ad ejus sepulcrum hactenus nunquam flexerat genua; seque toto cordis affectu illi commendavit, spondens, se, si sanitatem obtinisset, ejusdem sepulcrum invisuram, ac peculiare quædam preces persoluram. Eodem momento sanitatem obtinuit, et ad sepulcrum ejus accedens Beato gratias egit, ac in eodem in posterum frequenter visitando, insignique erga ipsum devotione perseveravit; neque prædictis doloribus unquam denuo afflicta fuit.

88 Domina Isabella Anna Garces Marsiglia, uxor Joannis Perez, majoris-domus patriarchæ, archiepiscopi Valentini, ex gravissima infirmitate in tantam incidit melancholiam, ut nocte sequenti nullus in ea pulsus arteriæ deprehenderetur, nulla cognoscendi facultas, ac proinde a medicis desperata vite judicaretur; sed simul atque illustrissimus dominus Michaël Spinos, Marrochianus episcopus, B. Ludovici cingulum ei imposuerat, eamque eidem Beato commendarat, idque etiam ipsamet infirma, quam potuit devotissime, præstiterat, illa cum pulsu arteriæ integram sanitatem recepit, nec medicinis nec medicis præterea opus fuit.

melancholia mortifera,

89 Joannes Laurentius Roig cum anno MDLXXXI die, S. Dionysio sacra, chartam, cui pulvis pyrius involutus erat, in manu haberet, is igne accensus manum ejus ambussit: eratque dolor tam vehemens, ut ex modo, quo se torquebat, aliave malesuada insania videretur sese in puteum præcipitaturus fuisse. Adhibita fuere multa remedia, quibus tamen ingens ardor non fuit mitigatus: cum domum reversa mater particulam linteaminis lecti B. Bertrandi ambustæ manui sine mora applicavit, illumque pluribus lacrymis, quam verbis invocavit: moxque cessavit dolor et filius quievit. Supererant tunc adhuc in eadem manu aliquot pustule; verum hæ intra breve tempus evanuerunt, nullo relicto ambustæ carnis vestigio. In hujus miraculi memoriam manum ceream ad Beati sepulcrum appenderunt.

manus ambustæ dolor,

90 Dum idem Joannes Laurentius Roig deinde asthmate laboraret, ei pluribus diebus matutino tempore aquam calidam potandam dedere, qua corruptos pectoris stomachique humores adeo excitavit, ut suffocari se sentiens de vita periclitaretur, ac proinde ejus confessarius ocyus fuerit accessit. Mater ejus, quæ præter tam chari sibi pignoris imminentem jacturam multum verebatur, ne ille sine susceptis sacramentis moreretur, flexis genibus, lacrymans B. Bertrandi adjutorium imploravit, ne saltem sine confessione peccatorum suorum ex hac viti excederet, filioque suo prædictas sacras reliquias applicavit. Quod illa faciente, ita illico convalevit, quasi nullo umquam malo laborasset. Quod miraculum plurimum mirati fuere, quotquot accurrerant exciti ejulatibus, qui ædem paulo ante impleverant.

asthma,

91 Ejusdem Joannis Laurentii sinistram genam alio tempore apostema infecit, quod ut sine sectione dissolveretur, multa tentata sunt remedia, ne cicatrice facies deformaretur. Sed videntes se medici ad sectionem coactos decreverunt eam postridie facere. Interea pia dolensque mater cum sua solita fiducia ad jam sæpius probatum Beati patrocinium ejusdemque reliquias recurrens eas apostemati apposuit. Quo facto,

gena apostema brachii tumor,

A facto, ille ea nocte quievit; mane vero gena inventa fuit in naturalem statum reducta; atque in ore illius multum puris, quod ex gena effluerat per exiguam rimulam, quæ cum nullius momenti esset, nullo curata medicamine fuit, ac brevi post sponte clausa. Quinquennio aut sexennio post, mense Julio vel Augusto idem ille Joannes Laurentius vulneratus fuit in brachio, in quo cum oporteret ei venam aperiri, id fieri nequirit, propter humores, qui in eo confluerant, totumque ad vultum usque tumefecerant. Mater vero B. Bertrandum implorans, ab ejusdem fratre domino Hieronymo petiit ejusdem Beati interulam sibi commodari, qua ut filium induit, confestim vultus brachiumque detumuerunt, ut sine ullo incommodo vena ei aperiri potuerit.

morbus gra-
vis, variæ

92 Christophorus Agramontelli, frater Amatoris, beneficiatus in parœcia S. Stephani Valentis, tam graviter decumbebat, ut jam loquela pulsque arteriæ privatus sacro Oleo inunctus fuerit. Quam ob rem prædictus frater ejus eum B. Bertrando commendavit, frustulum ejus habitus illius capiti imposuit, omnemque operam adhibuit, ut infirmus quoque corde suo eundem invocaret. Eodem temporis puncto incepit convalescere, vesperi etiam melius se habuit, ac brevi perfecta sanitate donatus fuit. Cum puer decennis, domini Jacobi Ferreri et dominæ Angelæ Diaz Ferrando filius, febribus eo reductus esset, ut de eo curando medici desperarent, quidam Ordinis Prædicatorum Religiosus, Dominicus nominatus, ad eam ædem veniens suasit, ut pro infirmo B. Bertrandi ope implorata, quæ ejusdem capiti applicaverant, tollerent, ac solum aliquid ex Beati habitu imponerent; ita enim ipsum sanandum. Exsecuta consilium mater est, quæ dum eas habitus reliquias apponeret, adolescentulus sensit se bene habere, cibumque postulavit et comedit, et sanus perstitit quinque annis continuis, in quorum fine idem eum morbus invasit. Hinc recordata genitrix neglecti voti, quo se obstrinxerat, de lodice ad Beati sepulcrum offerenda, votum cum precibus iteravit; moxque æger sanus evasit, mater autem sine mora lodicem cum grandi cæreo ad sepulcrum misit, et adolescens postridie per civitatem ambulavit.

denuo

C 93 Anno MDCXI Rochus Augustinus Banchiere acri febri in discrimen vitæ suæ deductus fuit, visu sensuque jam destitutus et extrema sacra Unctione munitus. Ipsius conjugis soror statum sororis suæ sui que cognati miserata fecit sibi a Violanta Giuncar commodari interulam B. Bertrandi, quam post fusas preces infirmo imposuerunt; hic vero, qui ante nihil penitus audire potuerat, intellexit eos, dum dicerent, se B. Bertrandi interulam habere. Vix dum eam moribundo imposuerant, quin ille se suaviter refrigeratum senserit; hincque postquam ea nocte bene quieverat, mane incolumis fuit, petensque, quid per dicti Beati interulam indicare voluerint, responsum accepit, eum hujus usu sanatum esse.

febris,

94 Anno MDLXXXII vel MDLXXXIII vergente ad finem, uxorem, Gasparis Joannis Perez, restium et seta opificis, valida febris invasit, apparuitque in ea maligna ariditas, cum magna inflammatione, quæ e mamma sinistra cœpta totum brachium infecerat. Hoc in casu vir ejus confessarium jubet quam ocysime accessi, cui

Octobris Tomus V.

illa præ febris ac dolore vix potuit confiteri. Post hæc jussit sibi dari, quod ex illa B. Bertrandi habitu habebat, illiusque mammæ applicavit. Maritus, qui interim descenderat in cubiculum inferius, in quo eo tempore, quo symbolum Apostolorum posset semel recitari, manserat, inde reversus conjugem suam integræ valetudini restitutam reperit, adhuc præsentem confessorio, qui erat pater Barci Societatis, cum aliis personis, omnibus in admirationem raptis.

A AVIGNONO.

95 Nobilis eques Joannes Baptista Benedicti solitus erat frequenti laterum cruciatu affligi, et quidem aliquoties tam acri, ut pene adigeretur ad mortem. Cum id ita aliquando accidisset, uxor ejus domina Agnes Antist monuit ipsum, ut B. Bertrandum precaretur, ac permetteret, suo corpori imponi frustum habitus illius, quod ipsa a patre magistro, fratre Vincentio Justiniano Antist acceperat, eoque afflictam partem attingi. Verum ille id bis recusavit, addens, sibi non deesse multos Sanctos sollemniter canonizatos, quos invocaret, et quibus, et non aliis, se commendabat. At malo magis magisque ingravescente, mulier prædictas reliquias, illo nihil advertente, male affectæ parti apposuit, idque illi indicavit. Tum infirmus constantem uxoris suæ fiduciam intelligens, pietate motus B. Ludovicum imploravit, atque illico cessavit dolor, nec ullum ejusdem mali vestigium umquam deinceps expertus fuerat, quando hæc post elapsos inde tredecim aut quatuordecim annos ista omnia testatus fuit.

laterum dolor,

E

96 Soror Margareta Agugliona, Tertii Ordinis S. Francisci ægrotabat, et ex judicio medicorum nullo poterat remedio curari; ad quam cum patriarcha misisset Gasparum Aguglioni, presbyterum et ejusdem sororis fratrem cum cingulo B. Ludovici, hocque illius collo alligatum fuisset, lectumque Euangelium S. Marci, illa confestim oculos aperuit et movit caput, quod prius tenebat immobile, surrexitque e lecto salva et incolumis. Cum Vincentius Matthiæ, ætatis annorum circiter quindecim, filius Vincentii Ceuco lapicidæ, maligna febris laboraret, nec quina venæ sectio ei quidquam profuisset, Almenara medicus de eo pessime augurabatur. Quare mater filium in tanto periculo constitutum hortata, ut B. Bertrandi auxilium flagitaret, particulam tunicæ ejusdem Beati illius capiti supposuit. Obtemperavit filius, statimque cœpit ita convalescere, ut postridie ad agendas Beato gratias illius sepulcrum inviserit.

morbus imma-
dicabilis, febris
maligna,

F

97 Catharina, uxor Michaëlis Sayas operarii, magno dolore cruciabatur sub altera mammillarum, quæ induruerat instar lapidis, habebatque contractum brachium, quod extendere non poterat, et febris laborabat; quo morbo sæpe conflictabatur. Recordata vero, dominam Magdalenam Magnoz Borgia habere aliquid ex B. Bertrandi habitu, quo dolorem uberis semel curaverat, eam oravit, ut istas reliquias sibi commodaret; quas simul atque suo pectori apposuit, abscessit dolor, dissoluta durities est, cessavit febris et extensum brachium est, nec istud mali illa deinceps umquam passa fuit. Eugenia Fontana, Philippi Fuset civis uxor, ex fluxu sanguinis diebus quindecim vehementer debilitata erat; et ut erat B. Ludovico plurimum devota, jussit sibi a marito aliquid ex ejusdem Beati habitu dari, freta, se illius usu sanitatem recepturam. Accepit illud, suoque

indurati uberi
dolor, sangui-
nis fluxus,

A. AVIGNONO.

corpori apposuit; nec mora, stetit sanguinis fluxus, ipsaque postridie e lecto descendit, eoque malo nunquam deinde correpta fuit.

uberum ulcera, colli apostema.

98 Angela Vera, Christophori Corvi notarii conjux, jam quater pepererat, nec umquam potuerat proles suas, nisi sola mamma sinistra lactare, quod in dextera semper ulcera pro lacte haberet. In quinto partu etiam mamillam sinistram malum infecit, adeo ut jam sine acerbo dolore lactare nequiret. Allatum est ei aliquid ex habitu B. Bertrandi, quod cum prædictæ mamillæ applicatum fuisset, malo confestim liberata fuit, et facile potuit lactare. Jam quatuor mensibus eam passa fuerat infirmitatem; octiduo autem post sinistræ mamillæ sanationem easdem reliquias etiam apposuit dextera, quam pariter sanari obtinuit, potuitque etiam hanc sugendam dare, quod antea nunquam potuerat. Raphaëla, filia doctoris Almenara, ætatis annorum undecim, exortum in collo apostema est, unde et in febrim incidit. Cumque illud jam eo perductum esset, ut deberet secari, vesperi aliquid e B. Ludovici habitu eidem applicuerunt; ac postero mane adveniens, ut sectionem faceret, chirurgus, totum tuber evanuisse comperit, cum singulari admiratione patris, qui erat medicus famosus.

caput disruptum, angina, aures surde,

99 Magdalena Pastora et di Ordognes filiam habuit, Crispinam nomine, quæ biduo postquam nata fuerat, noctu altum edidit clamorem, inventumque est caput ejus in modum mali granati disruptum fissura valde profunda. Obstetrice negante, infantem posse sanari, mater ejusdem capiti imposuit aliquid ex habitu B. Ludovici, illiusque auxilium piissime flagitavit, vovens, si sua filia inde convalesceret, se lodicem cum cereo ad illius sepulcrum oblaturam, et unam Missam celebrandam curaturam. Intra duas autem horas infans perfecte convaleuit. Magdalena Meca, uxor Matthæi Benet Comes, notarii, frequenter patiebatur anginam, quæ eam vehementer affligebat; cumque eadem correpta in ecclesia Prædicatorum esset, ad B. Bertrandum recurrit cum voto de collo cereo ad illius sepulcrum ferendo. Tum domum reversa particulam ejusdem Beati vestis suis faucibus apposuit, ac postridie sana fuit, neque id mali deinceps umquam passa. Eadem mulier testata est, sese earumdem reliquiarum usu variis infirmitatibus liberatam fuisse. Cum Catharina Occagna virgo pluribus diebus omni audiendi facultate penitus destituta esset, ante illius ædes transiens pater frater Joannes Ferreri, Ordinis Prædicatorum, lecto Euangelio, aliquid e B. Ludovici habitu ejusdem auribus inseruit, eodemque temporis momento illa amissum auditum perfecte recuperavit.

stomachus oppilatus, guttur tumidum,

100 Dominus Joannes Vives de Canamas oppilationem stomachi patiebatur, ita ut nihil digerere et bibere posset, nisi aquam tepidam; atque hinc admodum molestam agebat senectutem. Ejus filia, domina Hieronyma, dedit ei locellum, qui olim fuerat B. Bertrandi, quo ille, super suo stomachoposito, tantum adjutus fuit, ut brevi convalesceret, potueritque etiam aquam nivatam potare. Isabellæ Joannæ Sapena jam a tredecim aut quatuordecim diebus spina piscis gutturi transversim inhærebat; quam cum nec deglutire, nec ejicere posset, timere cœperat, ne suffocaretur, maxime quod collum jam intumesceret vehementer. Tandem particula vestis B. Ludovici ejusdem collo alli-

gata, ea nocte sine sensu dormivit; mane vero subsequenti, detumesceret, nec illa spinam amplius sensit, nec umquam scivit, quid illa factum sit.

101 Domina Maria Costa, sumpto medicamento, ex vehementi corporis commotione in grave malum incidit, quod sic illius nodavit linguam, ut nullam integram vocem proferre posset, totoque corpore tremere: quod quidem malum cum jam duabus horis tenuisset, recordata B. Ludovici, cognati sui, a marito suo Jacobo Bertrando per signa petiit arculam, in qua nonnullas Sancti reliquias servabat, ex cujus habitu frustulum suo collo admovit, ac simul loquelam integram recepit, et tremor corporis cessavit. Dominam Annam Gasco, B. Bertrandi cognatam, febrim tertianam duplici laborantem, intensus dolor, qui eam per decem dies sensu privavit, invasit in dextra parte capitis; quam ob rem abscissi ei capilli sunt, atque octies secta vena, unde tamen ipsa nihilo melius habuit, imo multum vergebat ad mortem. Cum vero ex confessario suo, qui Ordinis Prædicatorum erat, audisset miraculum, quod per B. Bertrandi patrocinium iis diebus obtentum fuerat, eundem Beatum invocavit, addito voto de offerendo illi, si sanaretur, capite argenteo; et post hæc imposito capiti suo pileolo, quo ille usus fuerat, illico mitigatus dolor est, ac subsequente nocte penitus abactus.

corporis tremor, febris geminata.

102 Bonifacius Ferreri de Altesa, litterarum studiosus, ratione erysipelatis, ex quo ejus vultus collumque intumuerant, extrema sacra Unctione jam munitus, cum misisset, qui B. Bertrandi digitum sibi afferret, advenere duo patres Prædicatorum, qui unum ex ossibus S. Petri Martyris, et calceum S. Vincentii Ferrerii attulerunt, quod ad manum non esset desideratus digitus, quem alii patres alio portaverant. Dolentibus domesticis, quod is haberi non posset, promiserunt dicti Religiosi, se eum allaturos; itaque fecerunt; sed solum triduo post. Dum vero tandem attulerunt, jam eo redactus erat infirmus, ut nec loqueretur, nec audiret. Admoto fronti digito, subito locutus est, dicens: Quid istud est, quod fronti meæ imposuistis? Visa res tam mirabili, vasculum aquæ eodem digito attigerunt, tentandi gratia, an posset bibere; bibique feliciter, licet jam quadriduo nihil omnino sorbere potuisset. Postridie evanuit omnis tumor, atque intra triduum ipse perfecte convaleuit. Contigit hoc miraculum die xvii Aprilis anni mdc.

et erysipelas sanantur.

ANNOTATA.

a Taurum oppidum, Hispanis Toro, Baurandus ad Durium fluvium collocat; sed in regno Legionensi.

b Joannis Riberæ, de quo jam alias sæpe actum.

c Forte regni Valentini historiographo, supra aliquoties citato.



A

CAPUT VII.

*Miracula quædam S. Ludovici
Bertrandi sepulcrum pie visitan-
tibus facta.*

CAP. VII.

Ad Sancti se-
pulerum

Gaspar Ramires, operarius civitatis Valenti-
næ, anno septimo ætatis suæ correptus ma-
lo oculorum, biennium velut visu plane orba-
tus fuit, postque adhibita varia medicamenta
tandem omnino cæcus factus est, ac toto bien-
nio mansit. Noverca ejus Joanna Anna Vincen-
za suasit ipsi, ut se B. Ludovico commendaret,
et novemdialem apud sepulcrum ejus devotio-
nem voveret. Ille, utut tam teneræ ætatis esset,
qua potuit, maxima devotione Sanctum invoca-
vit, et a sorore sua Hieronima ductus novem
dierum devotionem incepit. Sexto autem vel
septimo die obsecravit quemdam patrem, fra-
trem Gasparem Arnau nomine, ut facultatem
(quod magnopere desiderabat) sibi faceret ocu-
los suos arcæ saxææ, in qua sacrum corpus ja-
cebat, admovendi.

cæco visus,

104 Patefacto igitur loco, oculos suos dictæ
tumbæ novies devotissime applicavit. Beati
opem simul implorans. Postrema autem vice
apertæ sunt palpebræ ejus, effluxitque ex ocu-
lis magna copia aquæ lutæ; ac deinde ab ea-
dem sorore sua reductus domum est. Conspicua
noverca, tantum aquæ ea oculis profluere,
petiit, quid fecisset, ut sic illi manarent; qui
rem, ut facta fuerat, exponens, respondit,
aquam illam prodigiosam esse, et pro ratione,
qua illa effluebat, sibi visum convalescere, adeo
ut jam inciperet aliquantulum videre. Voluit
ergo noverca oculos ejus modica aqua lavare;
at non permisit puer, asserens, sperare se, fore
ut Beatus sine ullo alio remedio eos sanaret. Ita
novemdialem devotionem prosequens, indies
melius se habuit; ita ut, hæc finita, etiam finita
fuerit cæcitas, atque ipse deinceps perfecto visu
semper usus sit.

C claudo gressus,

105 Joannes de Pedevera, in obsequiis pa-
triarchæ versans, in magno atrio archiepisco-
palis palatii Valentini stabat ludibundus sub
fenestra, per quam quidam sacci caryophyllis
pleni trahebantur in altum: cumque eorum
unus admodum grandis jam elevatus esset, ru-
ptus funis est, saccusque ex alto recta in ipsum
decidit, eumque tam male percussit, ut utram-
que coxendicem suo pondere ruperit. Hinc velut
mutilatus in lecto novem mensibus decubuit,
in quorum fine cum cœpisset, nec nisi admo-
dum difficulter, fulcris sustentatus incedere,
cum quodam viro ad B. Ludovici sepulcrum
missus fuit, quo cum gravissimo cruciatu se
pertraxit, cumque ad eum sacrum locum per-
venisset, voluit omnibus modis eniti, ut in
genua procumberet; quod et fecit. Postquam
ibidem multis precibus B. Ludovico se com-
mendaverat, surrexit e solo nullius adjutorio,
sive hominis, sive fulcrorum usus, tamque sa-
num ac firmum pedibus se expertus fuit, ut
sine ullo incommodo incesserit, non secus ac
prædictas fracturas numquam passus fuisset.

Quapropter pro miraculi monumento fulera sua
eidem sepulcro appendit.

A. Avignono.

106 Hieronyma Giner puella, filia Francisca
Giner operarii, in platea Morvedræ, vehemen-
ter ægrotans omnes capillos amisit, totoque ca-
pite exulcerata fuit; quod multi porrigini, mul-
ti strumis adscriperunt. Multa quidem tentata
sunt remedia, verum illa indies magis magis-
que depilabatur. Quo comperto, mater ejus
Ursula Soler eam secum ducens novemdialem
B. Bertrando devotionem inchoavit, ac primo
die post fusas ante Sancti sepulcrum preces,
paulum gossypii intinxit in oleo et aqua unius
lampadum, quæ ibi ardebant, eoque caput fi-
liæ unxit. Quod cum quidam circumstantium
vidissent, dixerunt ei, ipsam male facere un-
gendo caput oleo; id enim multum nociturum.
Verum illa nihil ista curans, Sanctoque
freta perrexit ungere, unctoque capiti nihil
præter subtile velum imposuit. Tertio die jam
cœperunt capilli apparere, et in fine novem die-
rum suis locis per totum caput enati erant,
spissiores, quam ante fuerant, ipsaque omni-
modis sanata.

amissi ex por-
rigine crines
restituti:

E

siccæ ubera la-
cte donata,

107 Andrea Alreus, uxor Hieronymi Soler ope-
rarii in platea Morvedræ, jam ter pepererat,
primoque ac secundo, quod lacte careret, proles
commiserat nutrici, eæque mortuæ fuerant.
Tertio peperit puellam, quam eadem de causa
lactandam dedit mulieri, quam domi suæ ale-
bat: cumque infans jam trimestris esset, pro-
pter quamdam cum eadem nutrice similitatem,
omni ope studuit sibimet ipsi lac procurare,
atque inter alia fecit ubera sua a quadam puella
sugi; unde factum est, ut sanguis inde sæpius
proflueret, ipsaque tam ab hac, quam ab aliis
molitionibus abstinere compulsata sit. Ægro-
tante interim prædicta nutrice, oportuit alte-
ram conducere; quod multum molestiæ mise-
ræ mulieri creabat. In his angustiis decrevit B.
Bertrandi patrocinium flagitare, vovitque ad
ejusdem sepulcrum novemdialem devotionem
persolvere; quam cum inchoasset, sexto die
tanta præstantis lactis copia abundavit, ut po-
tuerit sine illo incommodo infantem suam,
quæ jam quintum ætatis suæ mensem agebat,
ipsamet lactare. Deinceps etiam aliquoties pe-
perit, prolesque suas nullo alio usa remedio fe-
liciter lactavit.

F

strumæ.

108 Christophori Benet Gomez, dum puer
erat collum magna strumarum copia infecit,
maxime una instar ovi gallinacæ grandis, quod
malum passus fuit multos annos, priusquam B.
Bertrandus moreretur. Verum post mortem il-
lius inclarescente fama miraculorum ejus, uxor
Jacobi Antolini mercatoris, quæ Christopho-
rum educaverat, curabatque, suasit illi, ut se
eidem Beato commendaret, ac novemdialem
devotionem perageret; atque ipsamet voluit
eum primo die ad Beati sepulcrum comitari.
Dum vero juvenculus devotionem continuaret,
strumæ singulæ siccari cœperunt, ita ut, finita
novem dierum devotione, malum quoque omne
finem habuerit.

febris et colli
tumores depul-
si:

109 Infantem, Marcum Antonium dictum,
Jacobi Perez de Isteglia, nobilis equitis ac do-
ctoris legum, filium, ætatis duorum mensium
corripuerat acris febris, apparebantque in collo
ejus quidam tumores, unde etiam vultus in-
tumuerat; jam triduo non suxerat ubera, nec
potuerat ei quidquam per os instillari; adeo ut
medici

A AVIGNONO. medici de illius vita desperassent, atque ipse sine motu jaceret. Hac de causa ipsum velata facie in quoddam inferius cubiculum tulerunt, ne mater morientem videret. At domina Joana de Heredia et de Pagliares, avia materna infantis, pietate mota misit filium suum, Thomam vocatum in seculo, postea Fratrem Hieronymum, cum frusto cerei longitudinis circiter unius palmi, mandans, ut illum ad sepulcrum B. Bertrandi accenderet, ibidemque pro infante oraret, donec cereus consumptus esset. Hoc facto, illoque, ut matri rationem redderet, reverso, discooperuerunt infantem, et viderunt illum se moventem, collum quoque ac faciem sine tumore, oculos apertos, reliquum etiam corpus vividum, atque omnis febris expers. Nec mora ille lac sugere cepit. Idem Marcus Antonius, cum ad aetatem decem vel duodecim annorum pertigisset, gravissimo malo, quod in genu patiebatur, liberatus fuit per B. Bertrandum eo ipso temporis momento, quo mater hunc pro illo precabatur.

B
sublata brachiorum impedimenta,

110 Violanta Ludovica Pla ex malo apoplectico brachium dexterum impeditum habebat, cum chirurgus sinistri venam aperiens unum e nervis laesit, atque ita ipsa utroque brachio capta fuit cum intolerabili dolore. Cum vero ex consilio cujusdam amicae suae brachia sua ungi curasset oleo lampadum coram B. Bertrandi sepulcro ardentium, ea ambo in pristinum vigorem illico restituta fuere. Ursula Marc, Francisci Tibona conjux, ex quadam infirmitate utriusque brachii usa remediis in dies pejus habebat. Ad patrocinium itaque B. Ludovici recurrens, novem dierum devotionem ei vovit; qua coepta, cepit pariter brachiorum impedimentum minui, et ante praedicta devotionis finem incolumis evasit.

et ubi gangraena:

111 Catharina Alegre, detecta in altero uberiorum gangraena magnitudinis mali aurati, quam medici immedicabilem pronuntiabant, ad B. Bertrandum, erga quem etiam prius pietatem pollicens. Quantum autem progrediebatur in implendo voto, tanto melius se sentiebat, ita ut finita novemdiali devotione nullum istius mali vestigium in ea superfuisset. Sic sanata videns quidam chirurgus, nomine Morano, qui, malum insanabile esse, ei asseruerat, nequirit satis admirari, affirmans, se id nunquam crediturum fuisse, nisi suis oculis vidisset. Aliquo tempore postquam praedicta Catharina se viderat sanata, ut erat Dei timens, incessit eam conscientiae scrupulus, quod eam gratiam postulasset; quia videbatur sibi uti potuisse eo malo tolerando ad ingens lucrum in caelo comparandum. Ea de causa aggressa est alteram novem dierum supplicationem, Beatum obsecrans, ut, si animae suae utilius esset, ipse intercederet apud Deum pro eodem morbo sibi denuo immittendo. Absoluta ea devotione, cepit pectus iterum intumescere; deinde tam profunda in eodem apparuit plaga, ut assereret chirurgus, se per eam intestina ejus videre: ipsa vero infirmitatem istam amplius toto anno patientissime toleravit.

ex partu tumida, brachius contracta,

112 Anna Salvador ex partu eum in modum tumida evasit, ut nequiret se movere, itaque permansit a die S. Rocho sacra, quae est xvi Augusti, usque ad xxx Novembris; quo interim tempore ex remediis nihil proficiens, cepit uti fulcris, quibus innixa magno

cum cruciati incedebat. Tandem commendavit D se B. Ludovico, et ad sepulcrum ejus visitandum se contulit, dumque ad ecclesiae fores pervenerat, dimissis ibidem fulcris, quo potuit nisi, ad praedictum sepulcrum processit, ibidemque bono temporis spatio precata surrexit salva et incolumis, et expedite progrediens, fulcra sua sepulcro appendit. Beatrix Spina, virgo annorum triginta trium, testata est, se, dum cum aliis ante B. Bertrandi sepulcrum esset, vidisse pauperulam mulierem, quae fuerat lotrix, ambobus brachiis contractam, ut ea movere non posset, ibidem orantem, et magno labore brachia sua sepulcro admoventem; ac deinde eandem audisse alta voce cum fletu dicentem, sese esse sanata; uti reipsa comperit fuit a circumstantibus, aliisque, qui ad ejusdem voces accurrerant.

113 Angela Hieronyma Castelli, uxor Augustini Perez, dum octennis erat, e pergula deorsum deciderat; ex quo lapsu exorta circum collum ejus sunt multa tubercula, quae medici pro strumis habebant, quaeque, dum curare volebant, tam amplas plagas fecere, ut eas curari conspicata soror ejus animo linqueretur. Mater advertens, humanis medicamentis nil profici, infirmam ad sepulcrum B. Bertrandi duxit, eumque ibidem multis sparsis lacrymis precata est, ut dignaretur paupertatem suam benigne respicere, quippe quae non haberet, unde se suamque familiam sustentaret. In hac afflictione vidit eam janitor, frater Antonius Ballestrier, solatus est illam, jubens confidere, fore ut B. Bertrandus remedium ei praerberet; et particulam vestium ejusdem Sancti eidem dedit, quam mater sine mora collo filiae alligavit, et tam haec, quam illa novemdialem devotionem voverunt; qua persoluta, filia tam perfecte sanata fuit, ut nullum pristini mali in ea vestigium appareret.

strumis pessime affecta,

E

114 Dum eadem Hieronyma aliquot annis post vesperi apud B. Bertrandi sepulcrum esset, vidit quamdam mulierem externam, quae puellulam, ut videbatur ei, aetatis octo vel decem mensium, in sinu suo gestabat, uno brachio captam; quae mulier orandi causa ibidem provoluta in genua petit modicum olei e lampadibus, quae eodem loco ardebant, Quidam igitur Religiosorum obvius unam lampadem misit deorsum, et gratificatus mulieri est; ipsa vero eo oleo brachium infantis unxit, haecque continuo sanata fuit, et mater praegaudia lacrymans B. Bertrando pro tam insigni beneficio gratias egit. Petrus Siria lorarius, jam inde a pueritia sua herniam passus, simul atque B. Bertrandum obiit (quo tempore potuit aetatis circiter annorum quadraginta trium fuisse) auditis insignibus illius miraculis, devotionem novemdialem apud sepulcrum ejusdem inchoavit, deprecans, ut tam molesta infirmitate liberaretur; ac, completa devotione, sanata herniam, seque incolumem expertus fuit.

brachio capta, hernia laborans,

F

115 Dominus Joannes Boil de Arenos solebat eleemosynas largiri cuidam pauperi juveni, per civitatem Valentiam mendicanti, natione Longobardo, strumis infecto, suasitque aliquando ei, ut ad sepulcrum B. Bertrandi sanitatem precaturus accederet. Obsecutus est juvenis, et, fuis precibus, collum suum oleo lampadum, quae apud illud ardent, unxit, et sanitate potius est; quemadmodum ipsemet dicto domino Joanni exposuit, vestigia strumarum

strumis infectus sanatus: operario

A rum ostendens. Joannes Salvatore, operarius in Alboraya a, quodam die inter laborandum tam vehementem in altero pedum dolorem sensit, ut ruptum crederet; ac proinde accessit ad aliquam mulierem Valentiae, ejusmodi mala curare peritam, ut sibi medicaretur. Applicavit haec medicamenta sua, quibus ille non modo non sanatus, verum etiam toto isto latere suo dextro captus fuit; ut, cum nec incidere posset, nec extendere pedem, in brachiis baiulandus fuerit; quo in afflictio statu amplius anno permansit sine ullo ex adhibitis medicamentis levamine.

116 Auditis vero multis, quae B. Bertrandus patraerat, miraculis, effectit, ut ab uxore sua jumento mutuo impositus ad ejusdem Beati sepulcrum duceretur, quo ex nimia debilitate ac molesta ex Alboraya vectura cum labore et cruciatu pervenit. Cum ad fores conventus pertigissent, conjux, quam potuit, commodissime e jumento deposuit, et in ecclesiam introduxit; et quia ipse admodum defessus erat, de-

B liquium animo passus est, in eoque bono temporis spatio inhaesit. Recepto deinde animo, omnibus viribus conatus est, ut ope conjugis suae ad praedictum sepulcrum usque pertigerit, ante quod positus genibus, B. Bertrandum sibi propitium invocavit, ac paulo post sacellum Rosarii aliaque altaria commode ac sine adjutorio inivit. Sed dum ecclesia egressus equum rursus ascendisset, ut eodem, quo advenerat, modo domum rediret, primum malum eum corripuit, atque ita ipsi bis terve praeterea accidit.

117 Quapropter, expendens, se, dum erat in ecclesia, posse incedere, et simul atque ea egressus esset, eodem malo impediti, suspicatus est, fortasse placere Deo, ut suis pedibus, non equo, ecclesiam adiret. Jussit ergo uxorem suam par fulcrorum sollicito conquirere, Sanctumque precatus, ut sibi vires sufficeret, quibus posset horum ope ad sepulcrum ejus pervenire, commisit se itineri ex Alboraya Valentiam (quae media circiter leuca distant) paulatim se promovens, et amplius quatuor horas impendens. Postridie eidem itineri non ultra horam C immoratus est, jam tum incipiens se melius habere; cumque Beatum interea cum certa fiducia continue invocasset, in pedes exurgens visus sibi incolumis esse, fulcra ibi dimisit, suisque pedibus reversus domum est, et pristinos labores resumere potuit, ac per duos menses sanus perstitit.

118 At cum tunc aucupio operam daret, spisso imbre in agro madefactus in eandem infirmitatem relapsus fuit; sed eadem devotione resumpta, tertio, quo sepulcrum visitavit, die perfectam sanitatem denuo obtinuit, ac deinceps semper servavit. Dominus Michael de Villanova puer, totum collum suum habebat magnis ac maturis strumis respersum: novendialem devotionem ad B. Bertrandi sepulcrum persolvit, dumque ille id ageret, strumae continue abactae fuere, ita ut, finitis novem illis diebus, totum istud malum pariter penitus cessaverit.

ANNOTATUM.

a Vide num. 117.

CAPUT VIII.

Alia item miracula ad ejus sepulcrum facta.

Joanni Angelae Lopez aetatis annorum undecim quoddam accrementum carneum in altero oculorum enatum est, quo visus impediatur; cui malo, quod in tam delicata corporis parte esset, non sunt ausi mederi, pejora veriti. Mater ejus Isabella Joanna Armengol ex consilio dominae Annae Valterra eam ad sepulcrum B. Ludovici adduxit, ibique praemissis piis precibus, accepit ex oleo appensarum lampadum, eoque accrementum istud unxit, et devotionem novendialem ad sepulcrum peragerdam pollicita est. Primo autem die, quo eam inceptere, post fusas preces illud denuo unxit; dumque domum rediret, comperit, E istud decidisse; et oculus purus, clarus atque illaesus mansit. Margaritae Begliot, uxori Jacobi Buyrac, erat filiola, nomine Clementia, octo circiter annorum, quae multos in corpore suo patiebatur dolores, qui per medicamentorum usum etiam augebantur. Quodam die puella a patre petiit, ut B. Bertrandi corporis mensuram secundum ejusdem effigiem saxeam super illius sepulcro positam, sibi afferret; sperare enim, se ea ratione sanandam. Pater effigiem illam mantili mensuravit, quod statim ac infirmam imposuit, illa sanitatem recepit, nec eo morbo deinceps correpta fuit.

120 Augustini di Naves, inauratoris filium, aetatis suae anno quinto febris et oculorum morbus ita invaserunt, ut vix videret; sed post persolutam B. Bertrandi sepulcrum novendialem devotionem ab utroque malo mox perfecte convalluit. Isabella Joanna Beltrani, Francisci Ferreri, textoris panni serici villosi uxoris, filiae anniculae sinistrum brachium quaedam crusta occuparunt, aqua lutea manantes, quae firmitas tribus mensibus ei adhaeserat, multis interim remediis frustra tentatis. Tandem illam P ad B. Bertrandi sepulcrum delatam ipsi commendarunt, inventosque super saxo sepulcrali flosculos siccatos, super eodem diligenter confricuerunt, et collecto eorumdem pulvere, dum domum redierant, amotis a brachio emplastris, idem brachium asperserunt, B. Ludovici nomen simul invocantes. Postridie explorandi gratia nudatum brachium penitus detumuisse, sanumque atque omni malo malique vestigio liberum compererunt.

121 Cum Vincentia, filia Gines Martinez, piscatoris Valentini, anno aetatis suae circiter sexto visum plane amisisset, quaedam illius matertera, nomine Casaus, eam ad visitandum B. Bertrandi sepulcrum duxit, ibidemque positae mandavit, ut precibus insisteret, donec ipsa Missam in sacello S. Vincentii audivisset. Oratione ergo puellula, atque inter orandum aperuit oculos viditque perfecte; plenaque laetitia materteram suam in ecclesia quaeritando processit, haecque una cum ipsa sancto gratias reddidit. Hieronyma Augustina, Francisci Garzia chirurgi uxor, a mense Junio usque ad Octobrem anni MXXCI laboraverat febribus et lethargo,

cap. viii.
Ad ejusdem
Sancti sepulcrum accrementum carneum, corporis totius dolores,

febris, oculi,
et brachium male affecta.

excitas, amen-

go,

A. AVIGNONO.

go, ex quibus dum convaluerat, tam debilis capite mansit, ut evaserit amens. Tentata quidem sunt multa remedia; sed nihil hisce profectum est. Contigit autem, ut maritus illius in Gestalgar a, quo ad aperiendam venam cuidam dominæ graviter ægrotanti accesserat, videri hanc, implorata B. Ludovici ope, subito fuisse sanata. Hinc et ipse statuit novemdialem devotionem ad ejusdem Beati sepulcrum pro incolunitate conjugis suæ persolvere. Hac devotione inchoata, cœpit etiam sanari mulier, sic ut eadem expleta, perfectum rationis usum receperit. Quare pœnitentiæ et Eucharistiæ Sacramentis susceptis, grates sancto reddidit, neque id malum deinde unquam sensit.

delirium, crus ruptum, brachium tumidum.

122 Isabella Joanna Lopez, Francisci Bitor notarii conjux, ex gravi morbo rationis usum amisit, ac furibunda vestes omnes, quibus induebatur, lacerabat, eoque ipsius progressa est rabies, ut etiam dentes suos rumperet. Quare oportuit eam ligari ac manicis ferreis constringi: istudque delirium duos supra viginti menses duravit. Quædam autem mariti sui amita videns nihil ab humanis remediis sperandum esse,

B

novemdialem devotionem ad B. Ludovici sepulcrum pro infirma aggressa est, ante ejus finem eadem ratione uti denuo cœpit, ac deinceps semper usa fuit. Joanna Eugenia puella nobilis testata est, quamdam suæ amitæ famulam ex equo delapsam crus sibi rupisse, quod male curatum ita contusum ac sensus expers mansit, ut illud per solum protraheret. Sed expleta novem dierum devotione, quam cum eadem Joanna peregit, restitutum suo vigori crus fuit, ac si nullo malo afflictum fuisset. Thomasæ Angelæ Alberola, uxori Cosmæ Morat sutoris, brachium dexterum magno cum dolore intumuerat, tamque nigrum factum fuerat, ut de amittendo timeretur. Accessit illa ad sepulcrum B. Bertrandi, dictumque brachium sepulcro imposuit, Beatum interim viva fide invocans, et sine ulla mora detumuit brachium, abscessit dolor, et color pristinus rediit.

cæcitas, sanguis, struma,

C

123 Angela Colombar et de Barranca vidua, nullo prævio oculorum morbo, sic destituta visu fuerat, ut nullum per domum suam passum sine duce movere posset; duravitque hæc cæcitas tribus quatuorve mensibus, quorum spatio varia remedia in vanum tentaverat. Post hæc novem dierum devotionem ad B. Bertrandi sepulcrum inchoavit, duce filia sua Angela, quantumque in ea devotione persolvenda, oculosque oleo lampadum ibidem ardentium ungendo progrediebatur, tantum quoque in restaurando visu proficiebat, ita ut in fine novem dierum perfectam videndi facultatem recuperarit. Joannæ Annæ Chiles, quæ Honophrio Roselli opifici nupta fuit, dum erat novennis, fauces columque strumis plena fuerunt, isque morbus eam quadriennio Matrini afflixit, adhibitis interim sine ullo profectu pluribus remediis. Deinde Valentiam redux novemdialem devotionem ad B. Bertrandi sepulcrum nudis pedibus perficiens ac quotidie oleo lampadum ibidem penduntium se inungens, ita convaluit, ut completis novem diebus omni malo liberum habuerit.

brachium contractum, fauces impeditæ,

124 Susannæ Magnez et de Montesini, dum aperienda vena erat, læsus nervus fuit; unde brachium quatuor mensium spatio contractum magno cum cruciatu habuit. Consulenti autem cuidam, ut ad B. Bertrandi sepulcrum se conferret, paruit, eumque precata afflictum bra-

chium ter sepulcro admovit, moxque sanum D recepit. Puellula, filia Michaëlis Grau notarii, quod triduo quatrduove nihil deglutire potuisset, ad extrema reducta erat, ac propterea ei jam parabantur funebria, cum Isabella Anna Guimera, Joannis Grau notarii, et puellæ patru: uxor, pro jam desparatæ vita B. Bertrandi opem apud sepulcrum ejus imploravit, Missamque ad altare, in quo ejusdem Beati effigies prostat, dicendam curavit. Domum vero reversa, ut inquireret, an illa jam obiisset, non modo vivam, verum etiam incolumem et lac sugentem, velut nihil mali unquam passa fuisset, invenit.

125 Domina Maria Castelui et di Martini in uno digitorum pedis tanto dolore correpta, ut nec incedere nec quiescere posset, puellam e domesticis suis, nomine Catharinam Blesa, misit ad sepulcrum B. Bertrandi, oraturam pro se infirma, ac promissuram argenteum digitum, si sanitatem recepisset. Nondum expleta erat novemdialis devotio, cum, cessante omni dolore, bona pristina valetudine gavisa fuit. Sperantia, Jacobi Nager filia, ætatis annorum decem, gravi stomachi malo, manumque tremore, ut cibum ori suo admoveere nequiret, quatuor mensibus laboraverat: cumque nullum ei prodesset remedium, ejus mater Sperantia Villalonga eandem, utut tam infirmam, peditem ad B. Bertrandi sepulcrum magna cum devotione adduxit, ubi postere fusas preces tentavit eam sepulcro admovere, et manus per clathros ferreos inserere; sed præ nimio tremore non potuit. Postridie rediit minus impedita, et sepulcrum tetigit; quod, dum per novem dies continuaret, indies se habuit melius, ita ut confirmatus sit ejus stomachus, et omnis abscesserit tremor.

pedis dolor, sto machi malum, manusque tremor,

E

126 Cum fratri Antonino Garro, presbytero Ordinis Prædicatorum, priusquam Religiosum statum amplexus erat, alterum brachiorum intumisset, ac vehementer doleret, veritus, ne quædam pestis species esset, post varia remedia sine ullo fructu adhibita, novemdialem devotionem ad B. Bertrandi sepulcrum incepit, atque interim brachium illud oleo lampadum ibidem appensarum quotidie inungens, completa devotione, sanatus fuit. Petrum Ortoneda, opificem argentarium, tantus lumborum dolor subito corripuit, ut movere se nequiret; isque morbus ipsum ultra quatuor menses afflixit. Nihil autem juvenibus medicamentis, ad sepulcrum B. Bertrandi accessit, ubi postquam suas preces fuderat, accepit aliquot flores, qui ibidem erant, eosque magna cum devotione fideque male affectis partibus apposuit, et reversus domum est: postero autem mane se plane incolumem deprehendit. Soror Joanna Mareo vehementem aurium dolorem patiens, nec quidquam remedii inveniens, adivit B. Bertrandi sepulcrum, ejusque opem invocans, aures suas oleo lampadum oblevit, moxque omni illo dolore liberata fuit, nec eum deinceps experta.

brachii tumor, lumborum, aurium dolores,

F

127 Mariæ Annæ Hernandez, clientulæ dominæ Francisæ de Mendoza, matris marchionis de Terranova, biennio trienniove post obitum S. Bertrandi, sinistram manum quidam tumor occupavit, unde illa multum patiebatur; quem, ne malum ingravesceret, ex alieno consilio emplastro plumbeo cohibuit; sed cum hinc etiam augeri adverteret, emplastrum istud amovit. Applicatus tum fuit panis calidus, qui tumorem

periculosa manus plaga, manus rigor,

A tumorem fatiscere fecit, ac periculosam plagam aperuit, cui curandæ nihil profuere, imo etiam nocuerunt medicamenta. Cœpta autem novemdiali apud B. Bertrandi sepulcrum devotione, antequam hæc completeretur, illa sanata fuit. Anna a Jesu, virgo annorum quadraginta novem manus suas nec aperire poterat, nec complicare, aiebantque medici, malum incurabile esse, quod et experientia comprobatum fuit; nam nullum ei profuit remedium. Inchoans autem devotionem novem dierum, primo die manus suas per clathros sepulcri inseruit, easque junctas tenens pro incolumitate obtinenda piæ preces obtulit; moxque cœpit easdem posse aperire et claudere, ita ut in fine novem dierum perfectum earundem usum recuperaverit.

128 Domina Magdalena Marsiglia, Alphonsi de Heredia, equitis Ordinis Montessæ, uxor, dum adhuc puella esset in domo paterna, cœpit copiosum sanguinem ex ore projicere, quem nullo remedio sistere poterunt. Quam ob rem medici eam pro deplorata reputabant, jamque velum funebre ei suebatur. Ast infirma eo se in periculo positam videns, B. Bertrando vovit, se, si sanitati restituta esset, imaginem argentæam ejusdem sepulcro appensuram, ac novemdialem devotionem persoluturam. Paulo post eadem deliquium animi patiente, mater ad ejusdem Beati sepulcrum nudis pedibus accurrit, et post fusas pro sua filia piæ preces, reversa domum eam suis sensibus redditam, et cessante sanguinis effluvio, omnino incolumem, comperit. Cum domina Ludovica Borgia, domini Joannis de Cardona conjux, quasi surda effecta fuisset, post exactam ad B. Bertrandi sepulcrum novemdialem devotionem perfectam audiendi facultatem subito recepit.

129 Petrus Cyprianus auriga, postquam octodecim mensibus captus brachiis fuisset, ita ut semet suis vestibus induere non posset, ac multo etiam minus usque ad os suum eadem atollere, B. Ludovicum precatus est, ut vires sibi ad visitandum illius sepulcrum impetraret; decumbebat enim continue in lecto præ debilitate virium, nec poterat se suis pedibus sustinere. Die Paschatis Resurrectionis, prout valuit, ad ecclesiam Prædicatorum processit; sed, cum præ nimia hominum frequentia non potuisset ad sepulcrum B. Ludovici Bertrandi pertingere, eodem rediit postridie, positisque humi genibus, Sanctum precatus, omnes vires suas intendit, ut illius sepulcrum posset attingere; eoque tacto, sensit amborum brachiorum suorum ossa crepuisse cum magno suo solatio, adeo ut in domum suam redux, se sanum esse, expertus fuerit, potueritque pristinam suam vitæ rationem resumere.

130 Magdalena Castigliana, uxoris Jacobi Castigliano mercatoris, exlapsu brachium circa pulsam arteriæ tam male luxatum fuit, ut bis conati illud in suum locum restituere, neuti-quam potuerint, imo malum etiam auxerint. Elapso itaque fere annuo spatio, cernens illud immedicabile esse, novemdialem devotionem apud B. Bertrandi sepulcrum incepit, cujus die tertio cœpit melius habere, nono autem omnino sana fuit. Ursula Nicolas, uxor Joannis Navarro mercatoris, ab octo mensibus deprehenderat se in tribus diversis sui corporis partibus ulceratam esse, ac post varia remedia frustra tentata devotionem novem dierum in

honorem Beati inchoavit, cujus tertio die evasit incolumis.

131 Cum Eleonora Monforte virgo, nata in Moreglia, vico primario regni Valentis, triennio audiendi facultate destituta Valentiam venisset, per indicia intellecto, aliquem Fratrem (id est, B. Ludovicum Bertrandum) qui multa miracula patrabat, ibidem sepultum esse; ad ejusdem sepulcrum pollicita ei est, se ei persoluturam novemdialem devotionem, habitumque S. Dominici gestaturam, si sanitatem obtinisset; eaque expleta, voti compos facta est. Melchior Josephus de Castro per scalas ascendens, ruptis aliquot gradibus, suspensus hæsit e gradu separato a pariete, magno cum periculo decidendi; ac præterea habuit crura a proruentibus lateribus vehementer læsa. Votum autem fecit de imagine cerea, si huic periculo ereptus, vulneraque sanata fuissent, ad B. Bertrandi sepulcrum offerenda. Deinde ac lectum se contulit plurimum afflictus, ac tribus post mediam noctem horis expergefactus magnum vidit in cubiculo suo splendorem, seque sanum comperit, advertitque, solummodo magnam cruoris copiam dormienti sibi effluxisse.

132 Angela Boluda ab anno ætatis suæ quinto ex timore quodam cœpit urinae fluxu laborare, laboravitque ad annum circiter tertium decimum; cumque nullum huic malo remedium utile reperisset, ad B. Bertrandum recurrit, et illius sepulcrum invisit, novemdiali devotione promissa. Nocte subsecuta cessavit infirmitas, nec ei deinceps unquam molesta fuit. Cuidam puellæ octo circiter annorum omnes dentes per lapsum excussi fuere. Qua de causa ex consilio sororis Raphaëlis Soler, tertiæ Regulæ S. Dominici, sepulcrum B. Ludovici Bertrandi visens oravit, ut in memoriam gratiæ Dei, per quam Beatus propinatum sibi in Indiis venenum feliciter superaverat, intercederet, ut dentes, qui jam semel renati sibi fuerant, recrescerent. Hisce factis, omnes dentes ei denuo renati fuere.

ANNOTATUM.

a Vicus est octo leucis Valentia distans ad Duriam fluvium.

CAPUT IX.

Miracula per B. Bertrandi rosaria divinitus patrata.

U t erat B. Bertrandus devotioni sanctissimi Rosarii addictissimus, eamque in sermonibus suis extollebat summis laudibus, ita quo alios ad eandem magis magisque excitaret, soluerat sæpe donare Rosaria, ac nominatim unum donavit dominæ Agneti Pugiadas, quod post hujus obitum quædam ejusdem clientula, Barbara Abbarca, obtinuit. Unum etiam dedit Catharinæ Espina, virgini annorum sexaginta; uti supra dictum est libri 2, capite ix. Alterum pariter dono dedit domino Joanni Boil de Arenos, toparchæ de Alfasar a, alterumque dominæ Annæ de Beluis, sicut libro 2, cap. x legere est. Hisce aliisque Rosariis, quæ Beati fuerant

A. AVIENSONO.

surditas, crurum vulnera

E

urinae fluxus sanatur, excussi que dentibus novi succrescunt.

F

CAP. IX. Per rosaria, variis a Sancto donata,

sanguinis effluviis, obsurdescentes aures,

brachia capta,

brachium luxatum, corporis ulcera,

A. AVIGNONO. fuerant, Deus uti voluit ad multa patranda miracula, quorum partem in hoc capite recensimus.

febris,

134 Isabella Vincentia Pugiadas de Marrochi vidua, cum ex acuta febre decumbens a medicis deplorata atque omni humana ope insanabilis censeretur, fecit sibi Franciscanum habitum, in quo sepeliretur, confici. Cumque jam in extremis versaretur, inuisit eam Barbara Abarca, suasitque, ut B. Bertrandum invocaret, aitque, se, si ipsa vellet, Rosarium allaturam, ab eodem Beato acceptum; ac iussit eam de recuperanda sanitate certam spem concipere, cum ipsamet ejusdem usu multa miracula fecisset. Infirmam, licet loqui non posset, erat tamen sui compos, signisque annuit, seque Beato commendavit. Allatum igitur Rosarium magna cum devotione ac fervidis precibus infirmam imposuerunt; eaque illico omni febre libera fuit cum vehementi omnium circumstantium stupore.

manus tuber, febres, caput saucium,

B 135 Anna Vasquez, Antonii Vasquez uxor, graviter cruciatur ex tubere in manu sua dextra enato, atque instar nucis magno. Postquam varia remedia sine profectu tentavit, commodari sibi petit a Barbara Abarca Rosarium, quod a B. Ludovico habebat, commendavitque se eidem Beato, dictumque Rosarium afflictæ parti applicavit; et sine mora evanuit tuber, cessavit dolor, ipsaque optime sana permansit. Die xv Decembris anni m^olxxxvi Vincentius, nepos Ximenes, scribæ curiæ civilis, cum ardenti frigidaque febribus laboraret, B. Rosarium, a domino Agnete Pugiades acceptum, collo suo appendens, illico convaluit, ac postridie, relicto lecto, ambulavit per domum. Cum Petrus Monclus, litterarum studiosus, laudatæ Domine Agnetis cliens, Rosarium istud secum ferens ante quamdam domum transiret, in qua, aliquem periculose in capite sauciatum esse, audiebat, illud huic ostendit, dicens, olim B. Bertrandi fuisse, quod cum ille devotissime acceptum suo capiti imposuisset, e vestigio tanto melius habuit, ut chirurgus obstupesceret, et intra paucos dies vulnus penitus solidatum fuerit.

C corporis tumor, ventris tuber, gravis morbus, colli.

136 Quædam mulier, apud ecclesiam S. Crucis parochialem in civitate Valentina habitans, egrota totaque tumefacta, simul atque Rosarium, a supra dicta Catharina Espina sibi commodatum, suo corpori admovit, evanuit tumor, ipsaque salva evasit. Cum Anna Espina virgo, ejusdem Catharinæ cognata, tumore ventris, quem chirurgi incidere volebant, de sua vita periclitaretur, invocato B. Ludovico, acceptoque a sua amita prædicto Rosario, paulo post tuber illud crepans magnam puris copiam effudit, ac sine ullo cerato brevi sanatum fuit. Dum uxor domini de Brugnolo senioris tam graviter egrotaret, ut ne parum quidem aquæ posset deglutire, medicique de illius vita desperarent, quadam nocte allatum fuit dictum Rosarium, quod ut tetigit, convaluit, ultra modum mirantibus, quotquot aderant. Decreverant chirurgi apostema, quod commendator Perpignano in collo patiebatur, secare; sed cum ille idem Rosarium suo collo appendisset, eoque male affectam partem pie tetigisset, illico sanatus fuit, ut advenientes ad faciendam sectionem chirurgi eum incolumen compererint.

137 Prædicto malo simile, ac in collo quoque, patiens uxor Blanes assessoris gubernatoris Valentiniæ, miserat, qui medicos et chirur-

apostemata febris, gos curandi gratia accesserent; sed cum Rosarium, de quo supra, illius collo interim admodum fuisset, illico evanuit apostema, ita ut adducti medici non invenirent, quod curarent. Baptista Dionis, operarius Valentinus, mense Septembris anni m^olxxxii jam tres menses vehementi febre laboraverat, ita ut medicus, de ejusdem vita desperans, jam desiisset ipsum invisere. Hæc audiens vidua Espina, assumpto Rosario, quod cognatæ illius B. Bertrandus donaverat, ad eum visitandum accessit, et quamquam delirantem offenderet, advertit tamen, illum intellexisse, dum eidem diceret, ut se B. Bertrando commendaret, vidisset Rosarium suo capiti imponi: nam sanæ menti redditus eundem Beatum devotissime invocavit, illicoque melius se habuit, adeo ut intra paucos dies receptis viribus, pristinos labores resumere valuerit.

destituta lacte uberibus,

E 138 Magdalena conjux Petri Arbolay, operarii in loco de Alaquas b, enixa filium, paucis inde diebus acri febre correpta fuit, per quam ita ejus exsiccatum pectus fuit, ut eum lactare nequiret; et quia non sinebat illius egestas eundem nutrici committere, vehementer dolebat, tantoque etiam magis, quod remediis videretur sibi ægrescere. Ivit illa Valentiam ad ædes dominæ Angelæ Marti, in quibus educata fuerat; quæ, cum eam tam afflictam conspiceret, persuasit ei, ut B. Bertrandi opem imploraret; ab eo enim certum solatium obtenturam. Fecit hæc illa, et per Rosarium, quod domina, a Sancta Catharina Espinæ olim datum, eidem applicavit, paulo post sensit paupercula mulier motum in mamilla sinistra, inspectamque vidit lacte abundare; idque deinde etiam in dexteraprehendit; atque potuit filiolum suum feliciter lactare.

F 139 Cum domina Anna Beluis virgo in domo avunculi sui Hieronymi Abeglia acri cordis sui dolore, qui nec diu nec noctu eam quiescere permittebat, diebus quindecim cruciata fuisset, adivit avunculus illius B. Bertrandum, obsecravique, ut illam inviseret. Quod ille benigne præstitit, donavitque eidem Rosarium, quod ex Indiis se apportasse aiebat; et ejusdem usu omnis dolor abactus fuit. Quædam Maura, jam a multo tempore adhuc juvencula matrimonio juncta, cum gravida ad partum pertigisset, ex difficultate pariendi in periculo vitæ versabatur. Hujus sortem prædicta Anna Beluis miserata, Rosarium a B. Bertrando sibi datum super illius ventre posuit; quo facto, illa subito vivum masculum enixa fuit, quod fieri non posse, omnes censuerant. Eidem dominæ Annæ Beluis comesti mali auriaci nucleus transversim inhæserat gutturi horas circiter octodecim cum magno illius cruciatu, ipsaque vi remedium, quæ ad expellendum tentaverat, sanguinem excreaverat ex ore: sed Rosarii B. Bertrandi recordata illud collo suo, ubi dolebat applicavit, et nucleum facillime deglutivit.

cordis dolor, partus difficultis, guttur obstructum sanantur;

140 In civitate Cæsaraugustana c quidam janitor curiæ judicis Aragoniæ ex gravi, qua laborabat, infirmitate loquelam sensusque amiserat, unde medici affirmabant, eum non supervicturum horis viginti quatuor. Quidam vir, Philippus de Torres nomine, vehementer tristabatur, quod sine suscepto penitentis Sacramento moreretur, maxime quia infirmus ille vitam semper duxerat liberiore. Quapropter casum domino Joanni Boil de Arenos, qui tunc

moribundo loquela,

A tunc Caesaraugustæ degebat, habitabatque in vicinia infirmi, exposuit. Is vero respondit, penes se esse B. Bertrandi Rosarium, cujus usu sperabat, non solum loquelam, verum etiam sanitatem infirmo posse restitui. Acceptum igitur Rosarium laudatus de Torres ad ipsum attulit, et simul atque moribundo imposuit, iste peccata sua sacramentaliter confiteri, sacramque Eucharistiam suscipere potuit; paucis vero inde diebus etiam perfecta sanitate potitus est.

agris sanitas restituitur, parturiens facta mortuo liberatur;

141 Aliquod a B. Bertrando Rosarium etiam habuit Francisca Ferreri de Benedetto; et quotiescumque filii sui, utut graviter, aegrotabant, eos, imposito ipsis prædicto Rosario, sanabat, ac peculiariter unum, qui, cum jam mortuus diceretur, ab ea Sancto commendatus, ejusdem Rosarii usu convaluit, et octennio supervixit. Una ejusdem Franciscae filia gravi morbo ac sanguinis fluxu laboravit, hocque malum multo tempore duravit, et a medicis incurabile censebatur: at, postquam aegrotata idem Rosarium collo suo appendit, paulatim convaluit. Cum B. Beatrix Penarogia, Philippi de Robolay equitis uxor, gravida esset et vicina partui, proles ex magna matris offensa in utero mortua est, et a pedibus prodire orsa expelli nequivit; unde dicta domina in magnis angustiis vitæque discrimine versabatur. Quod cum illa probe agnosceret, Angelam Bayarri obsecravit, ut acceptum a B. Bertrando Rosarium sibi commodaret. Interea, dum Angela istud e vestigio quassitura abierat, Beatrix Bertrandum invocavit, ac deinde allatum Rosarium suo ventri apposuit; quod dum faceret, proles retro acta fuit, moxque expulsa foras est mortua, multumque fetida et ulcerosa, quod jam aliquo tempore ante obisset. Factum hoc pro notabili miraculo habitum fuit.

sanguinis fluxus sistitur, febris pellitur,

142 Dionysio Montesini ex morbo decumbenti in altera narium aperta vena fuit, ex qua tantum sanguinis profuxit, ut stupori esset, cumque is nullo remedio sisti posset, medici, omni abjecta spe, pronunciarunt, quamdam cordis venam ei ruptam esse. Illius mater Sperantia Godos eo magis afflicta, quod maritus abesset, ad B. Bertrandum recurrit, et postquam curavit, ut infirmus peccata sua confiteretur, unum ex ejusdem Beati Rosarii super infirmum posuit; eaque ratione subito cessavit sanguis fluere, obdormivit eger, et incolumis factus est. Gratia Benedictæ Joannæ propter vehementem febrim, vena septies secta fuerat, nihil illa inde diminuta. Qua de causa quædam pia mulier Rosarium, quod B. Bertrandi fuerat, ei attulit, dixitque, ut eundem oraret, et postridie sanam fore; atque ita evenit.

ex ictu lapidis graviter auctus sanitati restituitur.

143 Domina Francisca de Mendoza, marchionissa Terræ-novæ, domi suæ aiebat puerum annorum undecim, Franciscum Joannem appellatum, qui ictu lapidis tam graviter percussus in latere fuit, ut in terram afflictus laboraretur: destitutus loquela et cruentato latere, cœpit copiosum sanguinem evomere, et pro urina quoque multum coagulati sanguinis essudit; propter quæ vita ejus desperata reputabatur. In quo periculo illum dicta domina conspicata, globulum Rosarii, quo B. Bertrandus quondam usus fuerat, læsæ parti applicavit, monens, ut se eidem Beato commendaret: quod cum ille faceret, cœpit ei dolor subito minui, quamquam ille, dum tollebat ab eò globu-

Octobris Tomus V.

lus Rosarii, recrudesceret; ita ista nocte bene quievit, atque intra biduum salvus et incolumis e domo egredi valuit.

A. Avicenso!

ANNOTATA.

- a Vide Annotata in cap. iv, lib. 3, lit. b.
b Haud procul Valentia et fluvio Durice sita.
c Aragoniæ primaria, vernacule Çaragoça.

CAPUT X.

Mortui B. Ludovici Bertrandi intercessione ad vitam revocati.

Supra capite xviii libri i relatam est miraculum de puella per B. Bertrandum, dum hic viveret, in Indiis a morte resuscitata: nunc de mortuis ab eo post ejusdem obitum vite restitutis agendum est. Melchiori Joanni Gagliac, civi Xativensi a, erat filius, nomine Marianus Joannes, ex morbo eo perductus, ut jam oculos clausos ceteraque mortui indicia haberet, tertioque os apernerat ad eum modum, quo solent, qui expirant animam, ut proinde velut mortuus deploraretur. Mater ejus, nomine Anna Tarrega, B. Bertrando plurimum devota, quem pro insigni Sancto colebat, et cui peccata sua sæpe fuerat confessa, dum ille in ejusdem civitatis cathedrali ecclesia sermones Quadragesimales habebat, procumbens in genua sic ipsum compellavit: O pater, frater, Ludovice Bertrande, tibi supplico, ut meum filium resuscites; eaque verba ultra quartam horæ partem repetiit.

E
CAP. X.
Sancti precibus resuscitantur filius

145 Cumque hi clamores et ejulatus modum excedere marito viderentur, dum is ad eam consolandam accedens oculos suos convertit ad lectum, in quo puer mortuus habitus jacebat, vidit ipsum oculos habentem apertos, clarosque ac hilares, et genas quoque ac labia rubicantia, veluti nullo unquam morbo laborasset, ac denique perfecte sanum conspexit. Quo miraculo cognito, pater materque et quædam clientula, Isabella Sala nomine, quæ aderat, Valentiam se contulerunt ad visitandum B. Bertrandi sepulcrum, eique persolvendas gratias de tanto sibi præstito beneficio, filium suum a morte suscitando; obtuleruntque ibidem imaginem ceream, aliaque devotionis suæ indicia; filius autem iste etiam vivebat anno MDXCVI.

Melchioris Gagliac,

146 Catharina Espina, virgo sexaginta annorum, testata est, mulierem, moribundum puerulum in suis brachiis gestantem, ad se accessisse, ut illa ipsum Rosario B. Bertrandi attingeret. Ut petenti gratificaretur, puerulum aspexit; verum cum hic, quo magis illa examinabat, eo magis ipsi videretur mortuus, itaque etiam censerent, quotquot aderant, noluit eundem aliter attingere. Sed fervidis precibus lacrymisque matris illius vieta Rosarium eidem mortuo puerulo imposuit; qui sine mora vixit,

mulieris anonymæ.

A. AVIGNONO. oculos aperuit, signisque cibum petiit, denique sanus fuit.

Vincentii Valvert
b
147 Catharina Donat, Vincentii Valvert, operarii in vico Ontinente *b* uxor, tam graviter aegrotabat, ut jam sex dies usu sensuum destituta esset, eoque tandem perducta, ut omnibus, qui eam viderunt, mortua videretur, ac post varia experimenta certo obiisse credita sit, proindeque ejusdem vultus, ut mortuis fieri solet, cooperatus fuerit. Hieronyma Segriana, Laurentii Conca uxor, alique pauperculam defunctæ filiam familiamque miserati, licet jam media nox esset, iverunt ad conventum S. Joannis, Ordinis S. Dominici, in cujus ecclesia erat picta B. Bertrandi effigies, cumque obtinissent, ut ejusdem ecclesiæ fores sibi aperirentur, coram dicta effigie preces pro vita et salute istius mulieris orarunt. Finitis precibus, ad defunctæ domum reversi, aliquanto post observarunt, eam se movere, vitæque redditam esse.

MEOP,
148 Ipsamet prædictam Segriana peculiarem amicam suam advocans, dixit ei secreto, se fuisse mortuam, et ad Dei tribunal adductam, et, quia maledica mulier fuerat, multosque conviciis suis læserat, hinc daemones contempsit, eam suam esse, inde vero angelos negasse. In hac vero contentione comparuisse B. Ludovicum, qui Deum precatus, ut eam ad emendandam vitam suam resuscitaret, arrepta manu ejus, dixit: Tu mea es; tumque se vitæ restitutam fuisse. Supervixit autem illa salva et incolumis annis quatuor; et cum antea fuisset terribilis mulier, quæ modo his, modo illis conviciabatur, quadriennio isto pristinos mores suos emendavit, magnaque cum simplicitate charitateque cum omnibus conversata fuit. Eadem Catharina hæc omnia prædictæ Hieronymæ et marito suo sæpius narravit.

soror Anna Perez,
149 Cum quædam puellula duorum annorum, soror Annæ Perez, tam male haberet, ut nulla illi cura amplius impenderetur, fuit a matre sua ad B. Bertrandi sepulcrum portata, ubi eo in statu visa est, ut circumstantes omnes exanimem crederent. Quam ob rem mater, dolore percita ejulansque et in genua prostrata humi Beatum summo animi nisu pro defuncta infante sua oravit, eaque eodem temporis momento oculos aperuit vitamque recepit, prout communis omnium sententia est. Anno MDCXVII tempore Quadragesimalis jejunii quidam infans novem mensium correptus febris fuit, quæ quatuor hebdomadas ei adhæsit, et ejusmodi erat, ut amplius triduo mamillam non suxerit, nec quidquam liquoris admiserit. In fine hujus tridui pro mortuo habitus fuit, qualem omnia indicia docebant. Postquam eo in statu duabus horis manserat, ingressa domum mulier est, nomine Sperantia Bonanat, uxor Ludovici Pugiol fabri ferrarii, quæ infantem mortuum videns, procubuit in genua, monens, ut id etiam facerent, qui aderant, omnesque B. Bertrandum devotissime precarentur, ut puero vitam redderet; id enim ipsum sine dubio facturum esse. Præstiterunt id omnes devotissime, promiseruntque, se paratum involvendo defuncto linteum ad ejusdem Beati sepulcrum oblaturum. Eodem omnino tempore cepit infans flere, suxit lac et evasit sanus: pro quo miraculo parentes promissa solverunt.

filius item
150 Puer, filius Joannis Andreæ Armengol, restionis setæ, mense Julio et Augusto anni

MDLXXXVIII laboraverat febribus, eoque creverat morbus, ut purpureis maculis infectus etiam convulsiones pateretur, et in phrenesim inciderit, ac denique quindecim dies loquendi facultate destitutus decubuerit, ac propterea a medicis derelictus. Commendavit illum pater ejus variis Sanctis, et Missas aliaque pia opera pro eo fieri curavit; verum ille nihil interim melius, imo pejus habuit. Deinde B. Bertrandi recordatus, ad hunc suas preces direxit, et post has puerum revisens, sine motu, sine halitu, sine ullo vitæ indicio deprehendit.

151 Proinde mortuum agnoscens, ejusdem faciem velavit; et doloris impatiens domo egredi parabat, cum recordatus, conjugis suæ partum in singulas horas expectari, vim sibi inferens, ne novo damno occasionem daret, pedem retulit, dumque gradus ascenderet, ait: Benedictus sit Deus, quod nec ipse, nec Sancti, quos invocavi, nec frater Ludovicus in tanta afflictione mea voluerint me exaudire, ac denuo B. Bertrandi opem imploravit, ne in tanto mœrore se desereret. Cum ad locum, ubi mortuus jacebat, venisset, elevato linteo velo, ad novos planetus se parabat; sed eum conspicens, vidit ipsum suos oculos apertos habentem. Quo repentino gaudio exultans novis se votis obstrinxit, Missasque celebrandas, ac funebre linteum ad B. Ludovicum sepulcrum offerendum spondit: puer vero oblata sibi alimenta libens accepit, et intra biduum sanus ac incolumis lectum reliquit.

152 Alter puerulus ætatis viginti ac duorum mensium, filius Hieronymi Cabrera, operarii Valentini, multis diebus febricitaverat, cum tandem vespere die XVII Octobris anni MDLXXXV tantum aggravatus fuit, ut sensuum usu privaretur, omniaque mortis signa in eo manifeste apparerent, propter quæ omnium judicio pro mortuo habitus fuit, ac nominatim vicarius parochiæ S. Andreæ dixit: Iste jam obiit; eaque communis opinio duabus horis duravit. Mater igitur afflictissima cum lacrymis et clamore B. Bertrandum obsecravit, ut vitam et sanitatem suo filio impetraret, vovitque, curaturam se celebrandam Missam, et pueri linteum funebre ad illius sepulcrum oblaturam. Aliquæ etiam e mulieribus, quæ aderant, novemdiem devotionem promiserunt. Inter harum omnium preces vota que, ecce, puer mortuus oculos aperuit, flevit, et sanus evasit.

Vincentii Cubegli,
153 Vincentio Cubegli ex Ontinente anno MDCVIII, die XXIX Junii natus est filius ex omnium judicio mortuus. Infantis avia Vincentia Borrás miserum hoc spectaculum et afflictissimos parentes conspicata, multis cum lacrymis B. Bertrando vovit, si mortuus rediret ad vitam, tantum ceræ, quantum ille pendebat: quo voto emisso, cepit infans movere brachia, vitamque recepit, et in sacro Baptismate Petrus Ludovicus appellatus fuit.

puer anonymus,
154 Anno MDCVIII, quo festività beatificationis B. Ludovici Bertrandi celebrata fuit die XVII Decembris, quæ Dominica erat, puer quatuor circiter annorum medio die illapsus est in cloacam, DELLA ROVEGLIA dictam, profundissimam et aqua plenam. Quem cum inter alios labentem vidisset Baptista Lazarus operarius in eandem subito desiliit, ut eum quæreret, invenitque, et eduxit foras; sed, ut videbatur, mortuum; quod jam totum corpus intumuisset, versoque deorsum capite, ut aqua efflueret

A efflueret (quæ et copiose effluxit) nullum vitæ indicium daret. Quidam vero actor scenicus, Morales nomine, qui in prædicta festivitate partes B. Bertrandi egerat, circumstantibus dixit: Invocemus B. Bertrandum, ut ipse pro hoc puero apud Deum intercedat, hæcque verba protulit: O sancte Bertrande, modo tempus est, ut ostendas miracula tua; non recedam hinc, priusquam hunc resuscitaveris a morte. Ita pariter fecerunt reliqui, flexis genibus ac devotissime; et eodem temporis momento puer oculos et os aperuit. Quo viso, exuerunt illum madidis vestibus, et domum suam detulerunt: postmodum vero submersus puer per plateam ludibundus ivit.

et Francisci
Raulerio filius

155 Anno MDCXII, mense Octobri celebrata per universam Flandriam B. Ludovici Bertrandi festivitate, ac nominatim in insigni civitate, nomine Insulis, triduo post, die XII dicti mensis, cum Margarita Bernice, Francisci Raulerio procuratoris, ejusdem civitatis incolæ, uxor, domi suæ esset cum puero annorum trium cum dimidio, puellaque octodecim mensium, visaque sibi esset ad fores vocari, duobus istis parvulis in culina relictis, processit fores apertura, ac nemine ibi invento, processit foras in plateam inquirendi causa, a quo vocata fuisset. Exortus interim ventus vehemens domus ostium oclulit, ipsaque, quia claves reliquerat intus, nequit in eam regredi. Inter hæc audit puerulum ad fores lacrymantem, et imperfectis vocibus dicentem: Mater, veni cito: mea soror! Quibus verbis exterrita mulier vicinum suum Joannem de Moucri advocavit, obsecrans, ut quantocyus in domum penetrare conaretur; quod et fecit simul cum altero, dicto Dionysio Desnoulet, fabro lignario, ope scalarum per fenestram intrans, ubi inventi infantem capite deorsum in cacabum aqua plenum prolapsam, subitoque extraxerunt; verum illa sine motu erat, nasumque habebat admodum læsum, ac totum corpus lividum et sine ullo indicio vitæ.

Insulis in Flan-
dria Gallicana.

156 Portarunt illam ad focum, tentaruntque quidquid eidem profuturum putabant; sed tandem ipsi aliique multi, qui accurrerant, asseruerunt omnes, infantem mortuum esse. Inter hæc afflicta mater, in alio cubiculo suam sortem plorans, in tantis angustiis divinam opem fervide flagitabat, cum quædam mulier, Catharina Dupre nominata, vidua Antonii Prevost, eam monuit, ut commendaret se B. Ludovico Bertrando, cujus festivitatem illis diebus celebraverant, et a quo multa et insignia miracula patrata narrabantur, ac speciatim quidam puer a morte suscitatus fuisse dicebatur; oravitque eam, ut ipsa quoque pro restituenda suæ filie vita eundem precaretur. Fecit hæc omnia mulier devotissime; fecit pariter frater ejus, Jacobus appellatus; eodemque tempore, quo istæ preces fundebantur, infans lacrymans se vivam sanamque exhibuit. Postero mane mater ad ecclesiam Prædicatorum accedens Deo de beneficio per intercessionem B. Ludovici Bertrandi sibi confesso gratias egit, curando Missam ad honorem et gloriam ejus celebrari.

ANNOTATA.

a Xativa seu Setabis Hispaniæ Tarracoen-sis oppidum est in regno Valentis ad fluvium cognomen.

b Latine dicitur Fontinentum, estque caput tractus cognominis in regno Valentis ad Clarianum fluvium.

A. AVIGNON.

CAPUT XI.

Miracula B. Bertrandi in tractu Fontinenti, diocesi Oriolensi, aliisque regni Valentini partibus facta.

In Ontynente, amplo et præstanti tractu regni Valentini a, Deus multa miracula per intercessionem B. Bertrandi operatus fuit: nam præter ea, quæ in processum illata fuerunt, sunt alia multa, quæ uno anno post, quo pestilentia sævit, contingere, litteris consignata a patre Præsente Roca, relatisque in Processu hic subnectenda. Bartholomæo Tortosa, ætatis novem annorum, noctu e gradibus domus suæ delapso, fractum brachium fuit. Mater advocavit feminam, ossa locis suis aptare peritam, quæ, inspecto malo, misit, quæ curationi erant necessaria. Interea vero quædam pueri amita illum B. Bertrando commendavit, ac deinde jam allatis medicamentis, brachium nudantes, omnino sanatum compererunt. Mirantibus omnibus eventum, causamque ignorantium prædicta amita significavit, ipsum a B. Bertrando, quem invocaverat, sanatum esse.

cap. xi.
S. Ludovicus
Bertrandus
fractum pueri
brachium,
a

158 Beatrix Sabater de Marco vidua, in comitalem morbum sæpe labi solita, aliquando foco assidens, eodem correpta, dum se contorqueret, ambos pedes igni inseruit, dexteramque cum parva parte sinistri, sensus expers, combussit. Quidam filius ejus foris in platea fetorem odoratus domum ingressus est, et, quod factum erat, conspexit. Sibi vero reddita mulier gravissimum sensit dolorem; quippe quæ etiam os calcis totamque pedis plantam ambustam haberet, et a chirurgo amplius quatuor mensibus medicamentis curata semper pejus habuit, ita ut eam brachiis bajulare oportuerit, eoque perduxerint, ut voluerint illi pedem rescicare. Tam afflictam sese et in dolore paupertateque constitutam videns, ad B. Bertrandum recurrit, crus pedemque cerea ei vovens; neque ulla interposita mora, cœpit melius se habere, ita ut velociter perfecte sanata pedes ire potuerit Valentiam, ultra duodecim leucas inde dissitam, ut miraculum testaretur.

ambustum
mulieris pe-
dem.

159 Cum filius Francisci Garzia e gravissimo morbo ad extrema perductus esset, ut eum jam mortuum censerent, et faciem ejus cooperuissent, mater e consilio alterius mulieris eundem B. Bertrando commendavit, vovens, si ipsi vitam sanitatemque impetraret, fore ut certam frumenti mensuram conventui, in quo ipse sepultus est, donaret. Aliquanto post filium revisens, oculos apertos habentem, ac moventem sese, ac tanto in vigoreprehendit, ut continue proficiens brevi salvus ac incolumis fuerit.

puerum pro
mortuo habi-
tum,

160 Petro Hernandez vestiario ex conjugis sua Vincentia Macip natus erat filius, quem cum illa ex inopia lactis educare non posset,

ubera lacte de-
stituta sanat,

A. AVIGNONO.

set, nutricia tradiderunt : cumque post duos inde menses Petrus non haberet, unde nutricia solveret, decrevit, etiam conjugis impulsus precibus, Valentiam ire ad visitandum B. Bertrandi sepulcrum, Missam ibidem curandam fieri, orandumque, ut conjugi sat lactis ad nutriendum filium suum concederetur. Advenit ipse Valentiam binis horis post meridiem, oravit ad sepulcrum, et elemosynam pro celebranda Missa obtulit. Eadem autem hora, qua hæc agebat, uxor ejus continuo sensit magnum in pectore calorem, comperitque, tantam lactis copiam sibi obtigisse, ut filium suum eo alere valeret. Postridie domum redux maritus invenit eam filium lactantem, et intellexit, hoc beneficium eadem hora, qua ipse flagitaverat, collatum fuisse.

felicem mulieri partum, febricitantem sanitatem procurat :

161 Uxor Honophrii Urgeglicis mœstissima, quod jam quater peperisset exanimis filios, quorum nullus fuerat baptizatus; cum denuo gravida esset, patremque eventum timeret, B. Bertrandum precata est, ut sibi felicem partum, proli vero baptismum procuraret, addiditque votum de cera ejusdem cum prole ponderis mittenda. Suo tempore peperit puerum vivum et sanum, qui et baptizatus fuit; ipsaque votum suum magna cum sua totiusque familiæ lætitia persolvit. Cum Vincentius Cubeglis, ætatis annorum duodecim, anno MDCXIII tam acri febris laboraret, ut ex medicorum judicio extremæ Uctionis Sacramento posset muniri; mater eum B. Bertrando commendavit, vovens, si ille sanatus esset, se ornamentum altaris ejus, seu aræ velamen oblaturam, moxque cessavit febris, atque ipse brevi post integræ sanitati restitutus fuit.

manum brachiumque tumidum, oculos male affectos,

162 Magdalene Miconi virgini, filiæ Francisci, post diurnam infirmitatem alterum brachiorum cum manu non sine ingenti cruciatu intumuerat, et post applicata toto octiduo absque fructu varia emplastra mater ejus fraterque ad ecclesiam S. Joannis b Ordinis S. Dominici accesserunt, in eaque coram B. Bertrandi effigie pro salute infirmæ oraverunt; promittentes, si illa sanaretur, novemdiale devotionem se persoluturos et brachium cereum oblaturos. Inter orandum illa obdormivit, ac deinde expergefata nullum dolorem amplius sensit. Puer novem mensium, filius Joannis Ximeno, postquam diutissime fleverat, oculos tam male affectos habuit, ut nil, nisi album in iis appareret. Ex quo gravissime afflicti parentes B. Bertrandi opem implorarunt, puerumque mater, aliquando ad ecclesiam patrum Dominicanorum allatum, ante ejusdem sacram imaginem collocavit : ubi postquam illa precata fuerat, advertit illum suos oculos in eandem imaginem fixisse; itaque et visus et oculi in pristinum statum reducti fuere.

peste grassante.

163 Isabella Roselli, vidua obstetrix, dum parturientem assisteret, sensit se peste corripit, et, quantum potuit, dissimulans, B. Bertrandum invocavit. Expleto autem ministerio suo, contulit se ad ecclesiam predicti conventus, et infectam peste partem unxit oleo e lampade, qua coram ejusdem Sancti effigie ardet; nec mora, subito sanata est, tantaque fuit in eundem fiducia, ut imposterum, etiam dum cum infectis peste conversaretur, ab ea semper intacta manserit. Sebastianus Martinez et uxor ejus, quod peste correpti essent, jussi sunt e vico ecedere. Dixit autem maritus conjugi suæ : Cum

B. Bertrandum semper tanta devotione prosecuti fuerimus, magnopere confido, nos sanos et incolumes in patriam redituros. Atque ita evenit, licet pene omnes istius domus incolæ peste laborassent. Cessante postmodum peste, cum eorundem filia, tres circiter annos nata, alio quodam malo correpta esset, iverunt pro ea B. Bertrandi auxilium flagitaturi, et domum reversi eandem incolumem repererunt.

164 Hieronyma Linares, Ludovici Ubeda conjux, infecta peste ad extrema vitæ pertigerat, imo pro mortua habebatur, jamque præsto aderant vespillones, qui eam sepelirent; cum unus filiorum ejus recordatus insignis beneficii, quod ipse eidem a B. Bertrando alias impetraverat, eum cum voto oravit, ut matrem suam sanaret. Illico infirma se tanto melius habuit, ut intra paucos dies perfecte convaluerit. Aliud autem beneficium, cujus supra facta est mentio, fuit hujusmodi : Erat illa toto corpore sic contracta, ut nec buccellam posset ori suo admovere : ivit iste ad prædictam effigiem Beati, ut hujus opem pro illa exposceret, et ab oratione reversus pristino statui restitutum comperit.

165 Cum Magdalena Gazet peste correptam se sentiret, ad eandem B. Ludovici effigiem confugiens intra unicum horæ quadrante evasit incolumis. Nicolaus Navarro, ejusdem Magdalene conjux, eodem malo sub brachio infectus, invocato B. Ludovico, intra tres horas pariter liberatus fuit. Joannes Luca similiter eadem lue febrigue ita afflictus, ut a medicis desperata ejus salus esset, Beati auxilium, addito voto, se Missam omnium Sanctorum celebrari curaturum, flagitavit, et in fine Missæ, apertus carbunculus est, abscessit febris, et sanatus fuit. Sperantia Lopez, Tertii Ordinis S. Dominici, die S. Petro Martyri sacra c duobus pestilentibus carbunculis etiam laborans, febrigue tam vehementi, ut eam sensibus privaret, amplexa, quam habebat, B. Bertrandi effigiem, postquam multis horis velut sensuum impos fuisset, hisce receptis, inventa est cum imagine super pectore suo, atque omni malo libera.

166 Eodem malo Joannes Lopez, prædictæ sororis Sperantiæ ex fratre nepos, duorum annorum puer, in inguine afflictus, postquam aliquo tempore fleverat, ita quietus jacuit, ut mortuus crederetur. Ast, cum prædicta amita eandem illam B. Bertrandi imaginem super puerum posuisset, et ad ecclesiam Sanctum pro ipso precatura accessisset, expletaque ante ejusdem altare oratione, non aunderet domum reverti præ metu, ne parvulum mortuum videret, nuntiatum ei fuit, puerulum, ea precante, sanitati restitutum esse. Joanni Molina peste laboranti suasum fuit, ut ad prædictam ecclesiam B. Bertrando ante ejusdem imaginem supplicaturus accederet; sed cum fores, quia nox erat, ocellas invenisset, ante eas flexis genibus orans sponndit, se illius festum semel solemnissime celebraturum. His dictis, sensuum usu tota nocte destitutus mansit; mane vero expergiscens nullum dieti mali vestigium in se reperit.

167 Petrus Castagno, erga B. Ludovicum admodum pie affectus, simulatque intellexerat, pestem eo in loco compertam esse, ivit ad conventum, et coram prædicta ejusdem Beati imagine precatus eum est, ut se suamque familiam, quæ solum octo personas numerabat, piis oculis respicere et peste immunes servare dignaretur

A dignaretur, adjectque votum de una lampade toto anno ibidem alenda. Et vero, quamdiu pestilentia duravit, id est, a die in Martii anni mdc usque ad Januarii mdcii, isti numquam e vico suo recesserunt, nec a consortio peste infectorum abstinuerunt, nec tamen ullus eorum eadem correptus fuit, quod pro miraculo habitum est.

168 Miraculo simile etiam fuit, quod fratres conventus S. Joannis Ordinis S. Dominici, cum B. Bertrando quibusdam votis se obstrinxissent, ne pestem contraherent, Deus ito servaverit, ut eadem infectis omnibus monasteriis, etiam monialium Carmelitarum, in nullo eorum patrum vel minimi ejusdem luis indicium apparuerit: idque etiam tanto mirabilius fuit, quod eorumdem duo Sacramenta peste laborantibus continue administrarent.

169 Violanta Raigi, uxor nobilis equitis Vincentii Martini Oriolensis, ex lapsu, in quo manum sub brachio positam habuerat, septem hebdomadam spatio tantum passa dolorem est, ut nulla ratione posset quiescere, veritaque, ne chirurgi cruciatum auferent, nollet sese eorum curæ committere. Auditis autem insignibus B. Ludovici miraculis, adivit collegium, quod patres Dominicani ibidem incolunt, petiitque ab his Religiosis, ut aliquas ejusdem Beati reliquias sibi exhiberent. Illi cilicium ejus comiter protulerunt, coram quo cum ipsa flexis genibus oraret, eodemque male affectam corporis sui partem attingeret, visu in ipsi est, brachium manumque naturali suo loco restitui, atque omnis dolor abcessit. Domina Isabella de Roccasagli post diuturnum morbum unius oculi visum ex enata in ea albugine amisit, nec quidquam juvantibus plurimis medicamentis, B. Ludovicum invocavit, spondens, se ecclesiam patrum Dominicorum (cum nullum in ea peculiare ejusdem Sancti altare exstaret) novem diebus invisuram; tertio autem die evanuit albugo, visumque recepit, neque dehinc simile malum passa fuit.

170 Dum Andreas Cafra ex recensione militari, Oriolæ facta, rediret, plures fistulas bellicas nitrato pulvere gravidas baiulans, earum una, improvise concepto igne, sororem illius puellam nubilem, Joannam nomine, in collo percussit nervosque truncavit. Quam ob rem, et ob copiam sanguinis, quem effundebat, eam medici morituram pronuntiabant. Quidam chirurgus, exempto e plaga globulo, eam linteolis obstruxit, vetuitque se movere, ne universus sanguis efflueret. At illa in tanto periculo se constituam videns parum e cilicio B. Ludovici, cui pie addicta erat, vulnere apposuit, et salutem suam ei devotissime commendavit. Postridie vero reversus chirurgus, ut solutis fasciis plagam penitus sanatam solidatamque vidit, alta voce Miraculum! miraculum! exclamavit et universa hæc civitas factum mirata est.

171 Cum Isabella Gardegna, virgo Oriolensis, octo mensium spatio oculorum malo laborasset, tandem eorum dexter cum strepitu e suo loco prosiluit cum magno omnium, qui aderant, stupore. Erat inter hos Isabella Garzia, devota Ordinis S. Augustini, quæ frustulum habitus B. Ludovici ei dedit, monens, ut ejusdem opem flagitaret. Devotissime id præstitit mulier, dumque Beatum alta voce invocabat, oculus suo loco restitutus fuit. Sed

applicato ei nihilominus parum ex ejusdem Beati habitu, tantum viginti quatuor horarum spatio dolorem passa fuit, ut nec cibum capere posset, nec quiescere: amota deinde fascia, idem oculus clarior pulchriorque, quam unquam antea, apparuit. Dominus Gaspar Cabrero Oriolensis gravi febre et costarum dolore afflictus, semel vesperi aliquid ex B. Ludovici habitu suo corpori applicavit, eundemque pro recuperanda sanitate precatus, sanum se comperit. Præter hæc etiam alia miracula Sanctus Oriolæ patravit, sed ea in capite de apparitionibus ejusdem recensitam sunt.

172 In civitate Alicante *d*, diocesis Oriolensis, Catharinæ Guilielmæ, clientulæ matris patris magistri, fratris Petri-Joannis Saragozza, in medio digito dextræ manus exortum erat apostema pessimum, quod non permittebat eam quiescere, nec quinque dierum curatione quidquam melius habuit. Contigit, ut prædictus pater magister in domo matris suæ esset, habens penes se aliquid ex habitu B. Bertrandi, quod a sorore Isabella, devota Ordinis S. Dominici, acceperat, et super emplastrum dicto digito applicatum posuit. Quo facto, infirma se Beato commendavit, eaque prima nocte dormivit: postero autem mane dum inquirat, cur is digitus non amplius sibi doleret, sublato emplastro, etiam totius mali radix prodivit; et quamquam superesset in digito foramen, ex singulari tamen in Sanctum fiducia manus suas, lavandi ceteraque sui muneris obsequia præstandi gratia eadem die aque inseruit sine ullo suo malo, et sanata permansit; stupente chirurgo, quod sciret, medicamenta, quibus usus fuerat, tali effectui non esse paria.

173 In eadem civitate Alicante Josepha Estagna diuturna febre, hydropisi, pthysique conflictata, et agnoscens nil sibi prodesse remedia, ad B. Ludovicum recurrit, multis precibus instans, ut quædam illius reliquiæ, quas patres Dominicani habebant, ad se deferrentur: quæque simul ac super eum positæ fuerant, ille melius habuit, et sine altero remedio convaluit. Aliud miraculum, Alicante patratum, jam relatam est cap. i hujus libri, ut et alia multa, quæ brevitatis ergo prætermitto. In oppido Ayora *e*, diocesis Oriolensis, anno mdcvi parvulus filius uxoris Petri Ortin hernia laborabat, cujus matri, post tentata varia remedia, quidam Religiosus suasit, ut, amotis omnibus medicamentis, aliquid ex habitu B. Bertrandi, quod commodabat, eidem applicaret, ipsique filii sui valetudinem devote commendaret. Fecit ita; ac paucis inde diebus hernia perfecte solidata fuit.

174 In Enguera *f*, loco archiepiscopatus Valentini, Maria Anna Perez, ancilla Petri-Joannis Roures, ejusdem loci rectoris, vexabatur vehementi fluxu urinæ, unde semper inquieta et in continuo motu erat. Deinde usa consilio aliquid ex B. Ludovici habitu, a rectore acceptum, penes se gestandi, eodem, quo id fecit, illiusque auxilium imploravit, temporis momento stitit defluxus, et ipsa convaluit. In vico Xabea *g*, diocesis pariter Valentini, Bartholomæus Borrugli operarius habuit filiam duodennem, quæ jam quadriennio apostema in collo circa guttur passa fuerat, et chirurgi, qui illud curandum susceperant, tandem omnes ab eo velut immedicabili malo abstinuerant. His ita constitutis, quidam presbyter Valentia adveniens

immunes:

CAP. XII.

manus et brachii dolorem, albuginem ex oculo abigit,

B

mortiferum ex pulvere pyrio vulnus,

C

oculum male effectum et loco motum,

digi apostema d

E

febrim, hydro-pisi pthysique conjunctam, herniam,

urinæ fluxum colli, apostema f

g

A. AVIGNONO.

adveniens ei aliquot miracula a B. Bertrando (quem illa propterea in veneratione habere cepit) patrata narravit, ac frustulum habitus ejusdem Beati super apostemate ponens, jussit eam quotidie mane ac vesperi semel orationem Dominicam et salutationem angelicam recitare. Quod dum ipsa faceret, ac decimo quinto die vellent inspicere, an apostema melius haberet, perfecte sanatum deprehenderunt.

boas, febres,
h

175 Montesæ h in Valentina similiter dice-
cesi, puella trium quatuorve annorum, Vin-
centia appellata, Ludovici Primo operarii filia,
bois laborans, adeo afflictos oculos habuit, ut
tribus mensibus clausos tenuerit, nec ullo re-
medio valuerit aperire: at cum post B. Ber-
trandi invocationem particulam ex ejusdem
habitu quodam vesperi eis alligassent, postero
mane inventus eorum unus est apertus, et al-
ter postridie. In eodem oppido etiam alii febril-
ibus liberati fuere per ejusdem Beati invocatio-
nem solumque reliquiarum ejus contactum, ac
specialiter una, jam triduo cum præsentis vitæ
discrimine in partu laborans, quæ cum aliquid
ex Beati habitu suo corpori applicasset, sine
mora commode peperit.

B
morbum comi-
tialem,
i

176 In vico Vistabella sub magistratu Mon-
tesæ, diocesis Dertonensis i, Maria - Anna
Gari, puella octennis, comitali morbo labora-
bat, quo sæpissime corripiebatur, ac semel eo-
dem conflictata in focum incidit, adeo ut, nisi
ei adfuissent alii, comburenda fuisset. Is mor-
bus ei multo tempore adhæsit, donec pater fra-
ter Petrus, insignis servus Dei ex Ordine Præ-
dicatorum, qui sacras conciones eo in loco fre-
quenter habebat, persuasit ei, ut B. Ludovici
Bertrandi patrocinium flagitaret. Fecit id de-
votissime, vovens, si sanaretur, imaginem ce-
ream ad illius sepulcrum offerendam; ei inde
ab illa hora deinceps numquam id mali experta
fuit.

et pectoris tu-
bera sanat.
k

177 In oppido Cerperia h sub prædicto ma-
gistratu Helena di Zeba quinquennio circiter
pectus suam quibusdam tuberibus infectum ha-
buit, ex quo quædam officula attrita velut cor-
poris dudum exanimis prodierunt, medico chi-
rurgoque propterea affirmantibus, malum in-
curabile esse. Cum autem frustulum habitus
B. Bertrandi ad eam forte pervenisset, illud suo
pectori devote admovit, tantoque se melius ha-
bere sensit, ut intra breve tempus sanata fue-
rit, Sanctique sepulcrum visitaverit.

ANNOTATA.

- a Vide Annotata in cap. x, lit. b.
b Primum S. Joanni; postquam vero PP.
Prædicatoribus sub seculi xvi initium cessit,
etiam S. Vincentio Ferrerio sacram.
c Die xxix Aprilis.
d Alone Plolomæo dicta.
e In regno Valentie versus Castellæ con-
finia sito.
f Prope Montesam, de qua vide infra lit. h.
g Prope Dianium (Denia) et Sinum nunc
imperatoris cornu appellatum.
h Distat Setabi seu Xativa leucis duabus,
Valentia xi, estque cognominis Ordinis mili-
taris caput.
i Dertona seu Dertusa, Hispanis Tortosa,
in Catalaunia, qua Valentiam respicit, sita
est.

k In finibus regni Valentini Catalaunia vi-
cinis. D

CAPUT XII.

Miracula S. Ludovici intercessione
in aliis regnis facta.

In civitate Cæsaraugustana a doctoris Joannis
Ran, consilarii regii, ac deinde judicis Ara-
goniæ, filius ætatis annorum circiter decem,
inter jocandum cum aliis pueris in quodam
gradu per fenestram altitudine duorum homi-
num lapsus in cancellos ferreo, per quos lucem
recipiebat cella vinaria, decidit tam vehemen-
ter, ut miser adolescens suis sensibus destitue-
retur, et copiosum ex ore suo sanguinem vome-
ret, medicique ac chirurgi, eum mortem eva-
dere posse, negarent. Toto illo die ac nocte
subsecuta eo in statu permansit sine ullo sola-
tio ex medicamentis percepto. Doctor autem
Martinus Baptista Della Nuza, nunc Aragoniæ
judex, quod puer iste uxoris suæ nepos esset,
eundemque tenere amaret, ipsum B. Bertrando
commendavit, vovitque, curaturum se, ut ille,
dum convalesceret, ad ipsius sepulcrum invisen-
dum Valentiam iret; atque interim jussit illum
gestare pileolum, qui ejusdem Beati olim fue-
rat. Quod ut ille capiti suo impositum habuit,
sine ulla mora cepit convalescere, ac brevi
post sanus fuit, vehementer mirantibus medi-
cis et chirurgis.

CAP. XII.
Sancti inter-
cessione Cæsar-
augustæ puer
moribundus,

179 Domina Hieronyma de Palafox Cæsar-
augustana, quæ ex lectis B. Ludovici Bertrandi
Gestis et Miraculis magnam erga ipsum de-
votionem conceperat, tempore Quadragesima-
lis jejunii anno MDLXXXIV in malignam cum pur-
pureis variolis febrim incidit, atque hinc in
delirium ac vehementia animi deliqua; pro-
pter quæ velut viribus et spe convalescendi de-
stitutam extrema sacra Unctione munierunt.
Recordatæ famulæ illius singularem devotio-
nem, qua ipsa B. Bertrandum prosequatur,
miserunt ad monasterium B. Agnetis, monar-
charum Ordinis S. Dominici, ut commodarent
sibi frustum ex tunica b, quæ ejusdem Beati fu-
erat, quo super infirmæ corde posito, phrenesis
ac deliqua illico cessarunt, eamque noctem
ipsa cum omnium domesticorum, medicorum
ac aliorum admiratione quietissime duxit, ita-
que perrexit assidue convalescere, ut post pau-
cos dies omnino incolumis fuerit.

variola: phre-
nesis animique
deliqua,

180 Soror Petronilla Palafox in prædicto S.
Agnæ monasterio, cum jam quinquennio
gangrænam in pectore gestasset, ex qua eam in-
tra quindecim dies morituram, judicabant me-
dici, ad B. Ludovici opem recurrens, vesperi
particulam tunicæ illius applicavit, et semel
orationem Dominicam cum salutatione ange-
lica recitavit, posteroque mane ita cepit conva-
lescere, ut non multo post incolumis evaserit.
Quidam filius Annæ de Aybar viduæ habitum
S. Francisci Cæsaraugustæ assumpserat, qui
cum quodam malo cruris laboraret, non præter-
misit tirocinii magister, frater Andreas Martínez
nomine,

gangræno pe-
ctoris, crurum

A nomine, quin curaret, varia ei medicamenta applicari, dolens, quod nisi sanaretur, cogendus esset eum, qui magnæ expectationis juvenis erat, ex Ordine dimittere: verum ita auctum malum fuit, ut id compulsus fuerit facere. Mater ejus similiter multa singularia remedia tentavit, sed sine profectu; tandemque ipsum B. Bertrando commendans particulam habitus illius afflictæ parti alligavit, et in fine tridui ille perfecte convaluit.

mala, surditas, febris et lethargus,

181 Cum Martinus Salazar, medicus Cæsaraugustanus, jam a multo tempore affligeretur in crure sinistro, quod cum inflammatione ingentique cruciatu intumuerat (eratque periculum, ne malum in erysipelas verteretur; ut proinde non auderet vehementiora remedia adhibere) filius ejus presbyter memor miraculi, quod B. Bertrandus in sorore Petronilla Palafox, gangrænam sanando, patraverat, aliquantulum ex ejusdem Beati habitu eidem cruri applicavit; postridie vero evanuit tumor, abscessitque dolor, et intra paucos dies ipse integra sanitate potitus est. Hieronymi Rodiglia, medici Cæsaraugustani, filius amplius anno fuerat surdus. Post varia medicamenta inutiliter tentata, matre ipsi solummodo devote applicante quamdam B. Bertrandi fasciam, auditum recepit. Joannis Sala, medici pariter Cæsaraugustani, uxor febrili ac lethargo laborans per impositum ei B. Bertrandi pileolum sanitatem illico obtinuit.

ulcus capitis, febris fluxus, que sanantur.

182 Soror Gratia de Espes in monasterio S. Fidei jam sex annis gestaverat ulcus in capite, ex quo cum vehementi pruritu continue tantum puris fluebat, ut fasciis contineri nequiret; nec audebant eam curare, quod tam periculosam partem afficeret. Verum, auditis B. Bertrandi miraculis, aliquantulum ex ejusdem habitu ulceri impositum, eodemque die ita cepit convalescere, ut dolor ardorque cessaverint, ac tertio die perfecta valetudine gavisa sit. Erat Gaspari Bertrano, mercatori Cæsaraugustæ, nepotulus sedecim mensium, ex quibus sex febrili et fluxu laboraverat. Hujus fronti alligaverunt particulam vestium B. Bertrandi, eique illum Gaspar ejusque uxor, et infantis pater devotissime commendarunt; et sine mora cepit infans paulatim convalescere et sanus evasit.

C Quidam ejusdem domus vicini habebant filium ex febrili et fluxu sanguinis tam prope ad mortem perductum, ut jam inciperent eum pro mortuo deffere; sed impositis ei supra dictis reliquiis, eodem tempore cepit melius habere, et octavo die omnino convaluit.

in tractu Darocensi gangræna, in diebus Cæsaraugustana demonia,

183 Dominico Salas, ex Horcaggio oriundo, carbunculus, quem habebat in naso, in gangrænam conversus est, quæ extremitatem nasi ejus labiumque superius cum parte oris exedit. Quam ob rem, ne aliis fastidio et horrori esset, eam partem cooperatam ferebat, atque ita mendicabat per plateas. Jam duraverat hæc infirmitas triennio, quando, ex consilio confessarii sui et monialium Dominicanarum Darocensium apposita particula fasciæ B. Bertrandi, subito se sensit melius habere, atque intra sex menses perfecte sanatus fuit, nulla interim medicina usus. In oppido Xorcas, diocesis Cæsaraugustanæ, cum quadam mulier multis annis fuisset a dæmone possessa, advocatus, qui eam exorcizaret, pater frater Joannes Tarino, Ordinis Prædicatorum, aliquid ex habitu B. Ludovici Bertrandi ipsi admovit, ac mox, expulso dæmone, liberata fuit.

184 In oppido Borja d' Isabella Ximenez, Jacobi Vera conjux, viginti quatuor horis dolores partus passa fuerat, cum petiit, aliquid ex habitu B. Bertrandi, quem pie venerabatur, sibi afferri; nam sine eo negabat, se posse parere. Simul atque vero hujusmodi frustulum ei fuit impositum, feliciter enixa est puerum, quem quidem mortuum expectaverant; sed vivus prodiit, et baptizatus fuit. Eidem mulieri post alterum infelicem partum accidit fluxus sanguinis, qui ejus vires sex dierum spatio ita exhaust, ut suæ vitæ timeret. Commendavit ergo se B. Ludovico, et prædictas reliquias suo corpori denuo admovit, et eo malo liberata fuit. Cum quidam vir nobilis Teruelensis e ex diuturna tertiana febrili ad mortem vergeret, nihilque sibi ex humanis remediis sperandum esse, comperiret, ad B. Ludovici patrocinium recurrens, aliquid ex illius habitu suo corpori apposuit; et eodem die omni febrili caruit, nec in eam deinceps relapsus est.

A. AVIGNONO. Borgie partus dolores, Tertiana febriliteriana pelluntur.

185 Erat Hieronymæ Ruiz, uxori Joannis Cavallo, filia, quæ in altero crurum periculosissimam fistulam patiebatur, habebatque unius manus pollicis os tam male affectum, ut ex eo multa frustula exempta fuerint. Medici exiguum de illius vita spem habebant, quod utrumque malum insanabile esset, maxime in corpore exiguarum virium multumque debilitato. Mater ejus, ope B. Bertrandi implorata, os ulceris particula habitus illius attingit, quo facto, prodigiose cepit sanari, ac brevi convaluit. Joanna de Omiste, Michaëlis Matud uxor, gravis in febrim incidit, et purpureis maculis infecta fuit tam vehementer, ut medici de illius vita servanda desperare inciperent, prolemque jam sex diebus in ejusdem utero mortuam judicarent. Sed cum B. Bertrandum invocasset, atque aliquid ex illius habitu suo corpori admovisset, subito receptis viribus, e lecto descendit, peperitque filium cum omnium adstantium admiratione. Quod vero in periculo vitæ versaretur, eam sacro oleo unxerunt, quia proles omnium opinione mortua credebatur, ac ut talis minime curata fuit. Post spatium vero unius horæ eundem infantem intuentes masculum vivumque compererunt et baptizarunt; qui tamen intra unam horam migravit ad cælum: mater autem quarto die penitus convaluit non solum ex ea tam periculosa infirmitate, verum etiam ex parotide, quæ ei in faucibus orta fuerat.

Sanantur cruris fistula et pollex male affectus, mulier gravis, vix non mortua,

186 Nicaciana Mendoza percussa fuit glo-
bululo fistulæ bellicæ, a tergo ejus laxato, qui per humerum penetrans, pressit unam costarum, et per dexteram pulmonis alam transactus transiit, magnum prope pectus vulnus relinquens. Quia vulnus lethale erat, sanctissimis Sacramentis munita fuit. Eo in periculo se constitutam cernens, eoque etiam majori, quod frequentia animi deliquia pateretur, quodque una cum sanguine aliquot pulmonis frustula cum gravissimo fetore ejiceret (qua de causa certo moritura credebatur) B. Bertrandi patrocinium imploravit, particulam habitus illius suo corpori applicatam ferens, ac singulis diebus (fuerunt hi quadraginta) piæ suas preces renovans. In horum fine cepit ipsa melius habere, et post tres menses et medium ab eo vulnere, aliisque, quibus conflictabatur, malis prorsus convaluit.

vulnus lethale,

187 Cum quidam vir magnæ auctoritatis ac doctrinæ

A. AVIGNONO.
animique an-
xietas: Matri-
ti gangræna,

doctrinæ in magnis angustiis tam animæ, quam corporis versaretur, multum eum sua torquente conscientia, quod nesciret, an eam recte exonerasset, nec ne; ad B. Bertrandi opem recurrit, obsecrans, ut sibi certam hujus negotii notitiam procuraret. Intra triduum quædam persona, triginta leucis ab ea civitate distans, eum invisens sua sponte dixit: Memini, decennium esse, ex quo fecit hæc et ista. Quibus dictis, sublato omne dubium est, quo ille tantopere vexabatur. In regali Matritensi conventu S. Domini quædam monacha, soror Anna a S. Paulo dicta, jam quinquennio gangrænam passa fuerat in pectore; et quamvis eam celeberrimi aulæ medici curarent, semper ingravescebat malum: at postquam B. Ludovico (cui promisit, se illius commorationem in dies singulos mane ac vesperi celebraturam) se commendavit, atque aliquid ex ejusdem habitu gangræne applicasset, subito sanata fuit, nullo mali vestigio superstite.

et mentis fu-
ror;

188 In eadem civitate Matritensi f quidam vir nobilis, nomine Petrus Vidagna, qui erat in obsequiis ducis Nagiara, solus ambulans in campo prope molendinum vento versatile, vidit quemdam amentem, qui e domo sua evaserat, currentem, atque aliquot homines, qui insanum noverant, totis viribus, sed frustra, eundem detinere conantes. Porro furibundus appropinquavit ad Petrum, qui cum aliquid ex habitu et capillis B. Bertrandi in parva bursa penes se gestaret, ad ipsum, ut potuit, accessit, dictamque bursam ejusdem manui inseruit, moxque ille sanæ menti restitutus Petrum obsecravit, ut partem aliquam illius rei, quam in manum dederat, sibi concederet; sicque accepta ab eo habitus particula, sano cerebro domum reversus est.

Turri Syllana
loquela, audi-
tusque reddun-
tur;

189 In vico Tordesiglias g anno MDLXXXIV, mense Augusto quidam ephebus pedisequus illustris domini Ferdinandi de Castro, comitis d'Andrada, postquam a tertiana febris non nihil convaluerat, loquela et auditu subito destitutus et in præsens periculum mortis deductus fuit, nihil juvantibus remediis adhibitis. Quo cognito, jussit comes in cubiculum ejus inferri effigiem B. Bertrandi, et, quotquot aderant, eum devote precari pro restituenda infirmo loquendi audiendique facultate, ut posset peccata sua sacerdoti confiteri, quod in isto morbo nondum fecerat. Orantibus illis, cæpit loqui et audire, et commode confessus est; at dum sanctissimum Viaticum allaturi essent, in idem malum recidit, lingua auribusque captus, multisque horis ita permanens. Cumque viderent, eum mori, sacrum infirmorum oleum attulerunt, quo dum eum ungerent, denuo locutus est responditque; finitaque sacra ceremonia, ipse quoque vitam finivit; quod pro grandi miraculo habitum fuit.

morbus despe-
ratus abigitur;
Egaræ Sani-
tatem recipit
pene mortua,

190 In eodem vico Tordesiglias Kalendis Martii anno MDLXXXV dominus Ferdinandes, domini Ferdinandi de Castro, comitis d'Andrada filius, incidit in morbum, crevitque is morbus usque in diem xiv, quo medicus omni eum sanandi spe excidit. Ea re cognita, mater ejus, comitissa domina Catharina de Zunica, ne morientem videret, ivit ad quoddam monasterium, alligata prius collo pueri particula tunicæ B. Bertrandi, ejusdemque effigie in illius lecto posita. Dum vero ipsa ex ecclesia domum rediit, invenit illum febris liberum et facillime

loquentem. In Egarensi oppido h diocesis Barcinonensis Isabella Alavedra, cuiusdam medici uxor, post diuturnam infirmitatem, quæ illius vires vehementer exhauserat, mortua credebatur, nullo sensuum indicio in ea amplius apparente. Jamque eam e lecto levabant, ut funebribus induerent; verum illa, quæ vivebat, cognoscebatque, de sepelienda se tractari, geminum mortis dolorem patiebatur, quod nequiret ullum vitæ indicium edere. In tantis angustiis deprehensa B. Bertrandum toto cordis affectu invocavit, promittens, si evasisset, quinquaginta regales ad ejusdem canonizationem promovendam; et illico sanitatem obtinuit.

in Sicilia pedis
dolor auferitur,

191 In Sicilia cum ejusdem regni prorex dominus Jacobus Henriquez et Gusman comes d'Alva di Liste anno MDCX anno acerbos dolores in unius pedis digito diu passus in periculum vitæ deductus esset, ait ipsi comitissa conjux sua, Jacobum Bertrandum B. Ludovici fratrem tunc Valentini in Sicilia civitatis syndicum, habere ejusdem Sancti pileolum, jussitque eum afferri; verum abnuvit eundem suo pedi apponere, quod id indecens illi appareret. Tandem tamen dolore victus, id fieri passus; moxque omnis ille abscessit dolor, neque illum deinceps corripuit.

quibus apud
Sinus,

192 In regno Sinensi, civitate Macao, quæ Lusitanorum est, Mexia Barrozza, uxori Ruydias de Azevedo, ex gravi febris periculose decumbenti, unus e duobus Religiosis Ordinis Prædicatorum, qui advocati erant, ut Evangelium super ea legerent, suavit, ut B. Bertrandum invocaret, promissitque, se ei missurum reliquias ex ejusdem Sancti cappucio. Illa obsecuta eundem invocavit, dictisque reliquiis, frustulo chartæ involutis, acceptis, statim se melius habuit, et intra paucos dies integra valetudine potita est. Utque erat tunc solita eadem reliquias semper penes se gestare, contigit, ut inter componendum lectum et linteamina excutienda, eæ lapsæ in humum sint, nemine advertente, et a famula cubiculum verrente simul cum sordibus in ignem, qui propter frigus aderat, injectæ.

193 Haud paulo post advertens mulier, se eas non amplius habere, quæsivit diligenter, tandemque post duas amplius horas invenit eam chartulam in medio igne, illasque in ea reliquias, imo nec ipsam chartulam, quæ solummodo in locis, ubi complicata fuerat, aliquot tenuia, velut puncturas acuum, foramina habebat, quæ ignis, intactis reliquiis, fecerat. Quod quidem ita permisit Deus, quo manifestius esset miraculum, de quo ac sequenti audita fuere testimonia per ordinarium episcopatus Sinarum die xviii Novembris anni MDCXVII, allataque ad Sinarum episcopum, dominum fratrem Joannem Pinto, qui die xvii Novembris anni MDCXXII Ulysippone in Lusitania degens cum multorum doctorum virorum consensu hoc sequensque miracula approbavit per instrumentum Gasparis Cardoso, notarii Apostolici, die et anno præmissis.

ubi etiam ejus
reliquias peper-
cit ignis,

194 In eadem civitate Macao Lucretia de Costa, Domini Texeira conjux, vehementibus partus doloribus correpta non poterat eniti, et ad extrema vite redacta fuit. Quam ob rem testamentum suum condidit, ante de peccatis suis confessa apud patrem fratrem Antonium de Rosario, Ordinis Prædicatorum, episcopatus Sinarum administratorem, qui eam monuit, ut

similia,

se

A se B. Bertrando devotissime commendaret, misitque ad eam hierothecam, cui aliquæ ejusdem Beati reliquiæ inclusæ erant; quam simul atque, illius nomen piissimo affectu invocans, sibi imposuit, sensit intra se magnam commotionem, velut proles se vertisset, et ad prodeundum aptasset. Et re ipsa eodem momento temporis peperit, salva et incolumis permanens.

alibique sunt facta.

195 Plurima quoque alia miracula per B. Ludovici Bertrandi patrocinium operatus est Dominus Deus noster in multis aliis regnis, ac nominatim in Italia, et in hac Urbe Romana, quæ hic non recensentur, tum ne prolixitas fastidio sit, tum etiam, quia, licet habeantur relationes eorum, quibus ea obtigerunt, non tamen jurejurando confirmata sunt.

ANNOTATA.

a Aragoniæ primaria.

b Apud Avignonum Italice legitur: Una pezza da stomacho, stata di esso Beato; sed legendum: Una pezza da tonica: quemadmodum infra tunicæ, habitus aut vestimenti S. Ludovici Bertrandi frequens mentio fit.

c In Aragonia ad fluvium, Xiloca Hispanis dictum.

d Diæcesis Tarraconensis in Aragonia.

e Teruel urbs episcopalis est in Aragonia sub archiepiscopatu CesarAugustano.

f Regum Hispanorum sede in Castella Nova. g Turrim Syllanam appellant; Legionensi regno adscribitur hodie.

h In Catalaunia.

LIBER IV.

S. Ludovici Bertrandi Beatificatio et Canonizatio.

PROLOGUS.

Cur et unde de gestis in causa Beatificationis et canonizationis acturus sit, auctor edidit.

Cum in tribus prioribus libris de Vita, Virtutibus et Miraculis B. Ludovici Bertrandi egerim, haud alienum a proposito meo fore putavi, si hunc quartum librum adderem, in quo breviter exponerentur, quæ gesta sunt pro ejusdem beatificatione et canonizatione a sancta Apostolica Sede obtinenda, ut pateat, quanta cum prudentia, quamque maturo iudicio sancta Ecclesia in tam gravibus causis canonizationum Sanctorum procedat. Quæ vero hic proferemus, omnia deprompsimus ex Processibus, et Registro, hac super re confecto per Anselmum Dandino, protonotarium Apostolicum, in quo continentur omnia, quæ in hac causa Romæ acta fuerunt usque in diem xxiv Augusti anni mdc; reliqua vero in Registris deinceps conscriptis.

Octobris Tomus V.

CAPUT I.

Processus primus de Vita et Miraculis B. Ludovici ab archiepiscopo Valentino institutus: Inquisitio summaria de iisdem Sixti V jussu facta: causa Canonizationis S.R. Congregationi commissa.

Tot mirabilibus, quæ in B. Ludovici Bertrandi obitu contigisse, libro secundo diximus, innumerisque miraculis, quæ Deus per ejusdem intercessionem assidue operabatur, simul et continua devotione ac frequentia omnis conditionis hominum ad sepulcrum illius accurrentium, moti Jurati a civitatis Valentiniæ, ne egregia tam boni divinæ Majestatis Servi Gesta silentio et oblivionis tenebris premerentur (maxime cum jam obiissent aliqui, qui cum eo conversati fuerant, multaque de eo scitu digna noverant) mense Novembri, paulo amplius, quam uno mense ac medio post ejusdem Sancti mortem b, magnopere obsecrarunt illustrissimum dominum patriarcham et archiepiscopum Valentinum, Joannem de Rivera c, ut juberet in vitam ac miracula patris fratris Ludovici Bertrandi inquiri, de iisque processum confici. Supplicationi benigne annuit patriarcha, ac proinde illustrissimo domino Michaëli Espinosa, episcopo Marocano, mandavit, ut testimonia exciperet, quod ille die xiv Decembris dicti anni mdlxxxv facere exorsus duodecim supra centum testes examinavit.

Instituitur inquisitio in vitam et miracula S. Ludovici in genere Aep. Valentini jussu

a

b

c

2 Neque his contenta Valentina civitas, scripsit etiam anno mdlxxxv ad summum Pontificem Gregorium XIII, humiliter supplicans, ut sua Sanctitas dignaretur jubere, processum de servi Dei, fratris Ludovici Bertrandi, vita et miraculis Apostolica auctoritate confici, ceteraque necessaria perquiri, ut posset pro ratione causæ ad ejusdem canonizationem procedere.

Gregorii XIII tempore,

F

Utque aliquis adesset Romæ, qui hujus negotii tractandi sollicitandique curam haberet, die v Julii anni mdlxxxiv, cum dictæ civitatis Jurati essent Cosmas Mathias de Cruiglias nobilis eques, Melchior Figuerola civis, Michaël-Angelus Fax, nobilis eques, Franciscus Sanfelice, Joannes de Brizuela et Gaspar Peglizor cives, et Narcissus di Monplau Rationalis, et Joannes Onophrius Dassion syndicus, procuratorem constituerunt patrem fratrem Joannem Bru de la Modelana, Ordinis Prædicatorum, et doctorem Joannem Baptistam Vives Romæ residentem, ut pro viribus causam hanc apud summum Pontificem Gregorium XIII agerent.

3 Atque is quidem Pontifex, quamvis auditis, quæ per Servum suum Deus patravertat, miraculis plurimum gauderet, morte præpeditus nequirit manum operi admovere d. Successit ei in Pontificatum Sixtus V e, coram quo causa

quo mortuo, Sixtum V Philippus II rogat,

d

e

61 acta

A. AVIGNONO.

f

acta fuit, multum conferente Philippo II f, Hispaniarum rege, qui pro solito suo pro Deo ejusque servis zelo ad eundem Pontificem scripsit, suoque legato, domino Henrico de Gusman, comiti d'Olivares, mandavit, ut suo nomine Sanctitati suae supplicaret, ut juberet instrui processus actaque necessaria ad eam causam ad finem perducendam. Scripsit has litteras rex die VII Octobris anni MDLXXXV Montione g, cum curia sua tum temporis in Aragonia degens. Ejus ad legatum suum litterae haec sunt.

ut de illis processum

g

4 " Rex. Legate, ex personis fide dignis " comperimus, die IX Octobris anni MDLXXX " in conventu Domini S. Dominici in civitate " nostra Valentia ad meliorem vitam commi- " grasse Religiosum istius Ordinis, dictum fra- " trem Ludovicum Bertrandum, cum opinione, " quod Dominus noster patriverit in vita ejus, " patretque assidue post mortem illius per ejus- " dem patrocinium aliquot miracula, eundem " que ab omnibus hujus regni, aliarumque par- " tium in magna devotione haberi; simulque " rogati sumus, ut, tum propter haec, tum " quod corpus illius in veneratione sit, ut velle- " mus apud Sanctitatem suam intercedere, ut " ipsi placeat peculiari canonizationis Breve " concedere, per quod liceat in hac civitate ali- " bique inquisitiones ad hunc finem necessarias " fieri; et, si haec in nimia mora futurae essent, " ageretur interim pro ejusdem beatificatione, " ut Officium aliaque de more pro eo peragi " valeant.

B

instrui jubeat:

h

5 " Cumque negotium hoc ejus generis ma- " gnique momenti sit, mandamus vobis, one- " ramus vos et commendamus, ut illud omni " studio promoveatis, nostroque nomine San- " ctitati suae supplicetis, ut secundum normam " a sancta Sede Apostolica servari solitam in " notitiam meritorum gestorumque dicti Patris " perveniat, et si vera esse comperit, quae di- " cuntur, desideratam canonizationem perficere " dignetur ad complementum gaudii, quod " praedicta Valentina civitas cepit ex multis per " eum gestis memoria dignis. Quam ob rem " inclusas hic tuae fidei commissas ad Sanctita- " tem suam litteras habes: et quidquid hac in " re diligenter egeritis, gratum nobis servitium " reputabimus. Datum Montione die VII Octo- " bris anni MDLXXXIII h. "

C

h

Situs.com-
misso Cardina-
libus aliquot
causaxamine,

6 Mandata regis comes d'Olivares omni studio diligenter exsecutus est, ac die XXV Junii anno MDLXXXVI summo Pontifici Sixto V in consistorio secreto supplices preces obtulit, ut dignaretur jubere, causam introduci, ceteraque omnia fieri, ad ejusdem conclusionem usque necessaria. Quod Pontifex libenter concessit, utque in negotio tam arduo debita cum prudentia procederetur, Cardinali Alexandro Farnesio, episcopo Ostiensi ac sacri collegii decano, Cardinali fratri Michaeli Bonello Alexandrino tituli S. Mariae supra Minervam; Antonio Carafa Cardinali tituli sanctorum Joannis et Pauli; Joanni Baptistae Castagna Cardinali tituli S. Marcelli, Henrico Caetano Cardinali tituli S. Potentianae; Ferdinando Mediceo Cardinali tituli S. Eustachii, et Andreae Battorio Cardinali tituli S. Andriani, totum causae examen viva vocis oraculo commisit, ut de ejusdem statu ad se totumque sacrum collegium referrent, et secundum leges et consuetudinem Ecclesiae in eadem procederetur.

7 Inspecta et examinata per dictos Cardinales causa, factaque de ipsa summo Pontifici sacroque collegio relatione, die VIII Julii anni MDLXXXVI mandavit Pontifex Breve expediri, quo jubebat generaliter inquiri de vita, puritate fidei, sanctitate religionis et splendore miraculorum servi Dei, fratris Ludovici Bertrandi, deque devotione populi erga eum ac opinione de ejusdem sanctitate, qui primus processus est, quem summus Pontifex in causis canonizationis solet imperare; nominavitque iudices commissarios ad processum instruendum archiepiscopum Valentinum, et episcopos Dertunensem et Terulensem, cum adjecta clausula, ut saltem eorumdem duo recipiendis informationibus praesentes adessent. Breve vero tenoris sequentis est.

auditaque eo-
rum relatione,

8 " Venerabilibus fratribus, archiepiscopo " Valentino, et Dertusen. i, ac Terulen. k epi- " scopis. Sixtus Papa V.

per commissa-
rios iudices hic
nominatos
i k

" Venerabiles fratres, salutem et Apostolicam " benedictionem.

" Antiquis sacrosanctae matris Ecclesiae insti- " tutis edocemur, ut fidelium animas, beatu- " dinis aeternae laetitia perfruentes, debita re- " verentia prosequamur, quas tunc maxime " Creatori suo acceptas, civiumque coelestium " consortio feliciter aggregatas esse, censemus, " dum illorum meritis fidelibus, eorum suffra- " gia devote implorantibus, divina non dedi- " gnatur subvenire clementia.

E

9 " Sane felices recordationis Gregorio Papa " XIII praedecessori nostro, et deinde Nobis ad " summi Apostolatus apicem assumptis, crebris " litteris, aliisque diversis publicis attestationi- " bus ac vehementibus instantiis, tam charissi- " mi in Christo filii nostri, Philippi Hispaniarum " regis Catholici, et aliorum principum, quam " dilectorum filiorum, Juratorum aliorumque " civium et incolarum civitatis et regni Valentiae, " ad Nos Sedemque Apostolicam missis et factis, " expositum fuit, quod, cum in ipsa civitate " Valentiae, quae, in ceterioribus Hispaniarum " partibus sita, insignis et totius regni Valenti- " ni metropolis existit, fides et religio, cultus " divinus, et singularis erga hanc Sedem devo- " tio maxime vigeat; nostris vero temporibus " civitas praefata, benedicente Domino, perma- " gnium et uberem afferens fructum, bonae me- " moriae fratrem Ludovicum Bertrandum, dum " in humanis ageret, Ordinis Fratrum Praedica- " torum professorem, Virum, non solum S. " Vincentio Ferrerio, in dicta urbe orto, jam " dudum in Sanctorum numero adscripto l, san- " guinis cognatione m, sed etiam officio pieta- " tis et illius vitae imitatione conjunctum ha- " buit; qui cum anno Domini MDLXXXI, die " IX Octobris obiisset in Domino, adeo maxi- " mam in Hispaniarum regni, et novi orbis re- " gionibus, in quibus verbi Dei praedicandi " munere functus est, suae virtutis ac pietatis " admirationem reliquit, ut illarum partium " hominibus persuasum sit, jam caelestia praem- " ia consecutum.

processum ge-
neralem,

P

l

m

10 " Quam ob rem sanctitatis suae odorem * " longe lateque hinc inde diffusum *, et dum " in humanis ageret, et post ejus obitum; ac re- " ligione et devotione ducta multitudo ma- " gna ad corpus ejus invisendum et venerandum " accessit; et, ut pie creditur, exoratus Altissimus " dicti Ludovici meritis et intercessionibus quam- " plurima et diversa inter Christi fideles, hujus " Advocati

misso ad eos-
dem
* odor
* diffusus est

A " Advocati saluberrimum subsidium votis humiliter implorantes, ad futurum tamen prædictæ Sedis iudicium deferentes, operari minia racula dignatus est. Quod etiam plurimorum fide dignorum testimonio probari posse, affirmant, de quorum obitu propter eorum senium dubitatur; et sic tanti Viri memoria periret, ejusque acta probationum penuria in futurum ævum minus elucescerent, propter quæ ipse Ludovicus non indignus appareat, qui Sanctorum Dei cathalogo adscribatur.

apostolico Bre-
vi,

11 " Denique dilecti filii, nobilis vir Henricus de Gusman, comes de Olivares, ejusdem Philippi regis, apud Nos dictamque Sedem orator, nomine ipsius Philippi regis, et Joannes Baptista Vives, etiam ad Nos et Sedem prædictam Nuncios specialiter super hoc missus et destinatus pro parte dictorum Juratorum et regni Valentini, in consistorio nostro secreto humiliter et instantissime supplicarunt, quatenus examen de ipsius Ludovici vita et miraculis, ut solet fieri, mandare, illumque, si dignus inveniatur, prædicto Cathalogo adscribere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ad nuncium tam jucundum prompto animo respondere volentes, immensas propterea omnipotenti Deo gratias agentes, qui ad confirmandam Catholicæ fidei puritatem, et obstinatam hæreticorum pravitatem confutandam, nostris præsertim temporibus, fideles suos et amicos suos velit honorare, hujusmodi supplicationibus inclinanti, de fratrum nostrorum, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium consilio inquisitionem super vitæ conversatione, meritis et fama ipsius fratris Ludovici bonæ memoriæ, miraculisque prædictis et populi erga illum devotionem committendam esse, decrevimus.

cujus hic tenor
exhibetur,

12 " Et ut in tam arduo negotio mature procedatur, venerabili fratri nostro, Alexandro episcopo Ostiensi, sanctæ Romanæ Ecclesiæ vicecancellario Farnesio, ac protectori regnorum Aragoniæ; ac dilectis filiis Michaëli Alexandrino, sanctæ Mariæ super Minervam; ac Antonio Carrafæ, sanctorum Joannis et Pauli; Joanni Baptistæ Castaneo, sancti Marcelli; nec non Henrico Cæstano, sanctæ Pudentianæ, presbyteris, et Ferdinando de Medicis, sancti Eustachii, et Andreæ Battorio sancti Adriani, diaconis; sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, quorum singularem religionis zelum, graveque iudicium et præcipuam prudentiam in maximis nostris et Ecclesiæ negotiis sæpius experti sumus, vivæ vocis oraculo universum super præmissis examen, ac plenam, omnimodam et totalem hujus negotii cognitionem, Nobis et aliis fratribus in consistorio referendam commisimus, ut postmodum, quæ sanctorum patrum dogmata, sacrorumque Canonum institutiones ac Christiana charitas postulant et requirunt, ad divini nominis laudem, totiusque curiæ celestis honorem efficere valeremus. Super quibus omnibus et singulis plenam et omnimodam concessimus facultatem: volentes nihilominus n, illa, ut præfertur, exequerentur.

n
conficijubet;

13 " Nos igitur de ipsorum consilio ac fidei sinceritate, religionis integritate, ac famæ vestræ candore, solitaque et debita erga hanc Sedem obedientia plurimum in Domino confidentes, fraternitati vestræ pro præsentibus committimus et mandamus, quatenus vos,

" vel duo ex vobis, per vos ipsos vice nostra de dicti Ludovici excellentia vitæ, sanctitatis opinione, puritate fidei, religionis sanctimonia, miraculorum coruscatione, et populorum devotione ac aliis in genere, fideliter, diligenter atque prudenter, ut res expostulat, inquiratis, et summariam, ex personis tamen fide dignis et aliis probationibus idoneis, si quæ fuerint, informationem recipiatis, ac in scriptis redactam, clausam vestrisque sigillis munitam, per fidelem nuncium quanto citius ad Nos transmittite curetis, ut, tandem habita condigna relatione, ad ulteriora juxta ritum et morem sanctæ Romanæ Ecclesiæ, et vestigia prædecessorum nostrorum, sanctorumque patrum dogmata, et sacrorum Canonum institutiones in similibus procedere valeamus. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die vii Julii MDCXXXVI Pontificatus nostri anno secundo.

" Thomas Gualterutius. "

14 Breve hoc Valentiam allatum pater magister frater Vincentius Justinianus Antist, velut Prior conventus Prædicatorum ejusdem civitatis, die vii Octobris anni MDCXXXVI obtulit illustrissimo domino Joanni de Ribera, patriarchæ Antiocheno et archiepiscopo Valentino, ac illustrissimo domino Joanni Teres, tunc episcopo Dertusensi; qui mandatis obsequentes Gasparem Miconi in eadem causa notarium curiæ archiepiscopalis constituerunt, cæperuntque iidem iudices sequenti die viii Octobris examinare testes, et examinerunt nonaginta, inter quos fuere episcopi, duces, marchiones, comites, alique perillustres viri, tum ecclesiastici, tum laici. Et quamquam hi solum generaliter de excellentia vitæ ac virtutum servi Dei, deque opinione magnæ sanctitatis illius tam ante, quam post obitum habita, et de fama miraculorum interrogarentur, multam eorum etiam specialia quædam testati fuerunt.

quem, in Hispania confestim,

E

15 Confectum summarie inquisitionis de excellentia vitæ et fama miraculorum B. Ludovici Bertrandi Processum iudices clausum sigillatumque ad curiam Romanam transmiserunt, isque Sixto V. Pape, quia Cardinalis Alexander Farnesius, cui ea causa commissa fuerat, jam excesserat e vivis, alique, qui huic additi fuerant, Roma aberant, oblatus fuit. Pontifex vero Congregationi Rituum, quam paulo ante instituerat, eandem causam per Breve die xv Julii anno MDCXXXIX datum commisit cum potestate dictum Processum resignandi, ceteraque necessaria peragendi, ut deinde de statu causæ ad Sanctitatem suam sacramque collegium in consistorio referret. Breve hic subjectum habe.

CAP. III.
Romæque
transmissum,

16 " Venerabili fratri Alfonso episcopo Portuensi Gesualdo, ac dilectis filiis nostris, Gabriëli tituli Sancti Laurentii in Lucina Paleotino, Nicolao tituli sanctæ Cæciliæ Cremonensi, ac Vincentio tituli sancti Clementis, Montis Regalis, presbyteris, nec non Ascanio sancti Nicolai in Carcere Tulliano Columnæ, et Friderico sanctæ Agathæ, Borromeo nuncupatis, diaconis, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, Sixtus Papa V.

sacræ Rituum
Congregationis,

" Venerabiles fratres, et dilecti filii nostri, salutem et Apostolicam benedictionem.
" Quod Deus bonorum omnium dator ad maxima, et quidem innumera, beneficia, quibus nos, licet immeritos, quotidie cumulat, per nostris temporibus in Ecclesia sua præclarissimorum

A. AVIXONO. " morum virorum sanctitatem, quasi novum
" lumen ad eam magis illustrandam, addat,
" singularem erga nos pietatem et clementiam
" suscipimus, et quantum humana infirmitate
" assequi possumus, laudibus celebramus, atque
" ut ea ad Catholicæ fidei augmentum et homi-
" num salutem referantur, precibus et studiis
" effici curamus.

edito Brevis,

o
* lege: Ludo-
viciu Bertran-
dus
* oriundus
* professus

17 " Cum itaque anno superiori beatum Di-
" dacum Complutensem Ordinis S. Francisci so-
" lemni ritu Sanctorum numero adscripsimus
" o, modo Ludovicum Bertrandum *, e civitate
" Valentia oriundum*, Ordinem Predicatorum
" professum *, quem in Hispaniarum, et novi
" orbis regnis magna sanctitatis fama, magna-
" que miraculorum claritate paulo ante floruis-
" se, probatissima multorum attestatione acce-
" pimus, qui solemnem Romani Pontificis, ejus
" id proprium est, declaratione, Sanctorum ca-
" tholico adnumeretur, dignus pari ratione vi-
" detur. Quod profecto clarissimum in Christo
" filius noster, Philippus Hispaniarum rex Ca-
" tholicus, ac plerique Hispaniarum, et præ-
" cipue Valentia, regnorum prælati ac proceres,
" universusque Predicatorum Ordo a fel. record.
" Gregorio Papa XIII primus, et a nobis deinde
" per litteras sæpius, et novissime per dilectum
" filium, nobilem virum, Henricum de Guzman,
" comitem de Olivares, regium apud nos orato-
" rem, maximis precibus petierunt.

quod hic

18 " At nos sacris præceptis edocti, prisco-
" que Pontificum exemplo moniti, summam in
" hujusmodi negotio curam et diligentiam ad-
" hibendam, cauteque et mature procedendum,
" censentes, sacris patrum traditionibus, Majo-
" rumque nostrorum vestigiis inhaerentes, ju-
" stis eorum supplicationibus inclinati de vene-
" rabili frum fratrum traditionibus, sanctæ Roma-
" næ Ecclesiæ Cardinalium consilio, in ipsius
" fratris Ludovici vitæ conversationem, famam,
" merita, miracula, et populi erga illum fidem,
" pietatis et religionis, quo decet, augendæ
" studio inquirendum decrevimus; ac propterea
" bonæ memoriæ Alexandro episcopo Ostiensi
" Farnesio, ac dilectis filiis nostris, Michaëli
" sanctæ Mariæ super Minervam Alexandri-
" no, Antonio sanctorum Joannis et Pauli Car-
" rafa, Joanni-Baptistæ sancti Marcelli,
" Henrico sanctæ Pudentianæ, Caetano pres-
" byteris, et Ferdinando, tunc sancti Eustachii
" de Medicis, et Andrea sancti Adriani dia-
" conis, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardina-
" libus, universum de præmissis examen ac
" plenam, liberam et universam cognitio-
" nem habendam, et ad nos et ad fratres
" nostros in consistorio referendam commisi-
" mus, ut postmodum, quæ sanctorum patrum
" dogmata, sanctorumque Canonum constitutio-
" nes ad Dei laudem et ad virtutis imitationes po-
" stularent, ad ejusdem divini nominis hono-
" rem, et ad communem Beatorum lætiti-
" am, atque ad vivorum exemplum statuere possi-
" mus; ac in his omnibus et singulis plenam
" et liberam eisdem Cardinalibus concessimus
" facultatem.

pariter

19 " Idcirco per nostras in forma Brevis lit-
" teras venerabilibus fratribus, archiepiscopo
" Valentino, et Dertusensi et Terulensi episcopis
" mandavimus, ut ipsi, vel duo ex eis per se
" ipsos in ipsius Ludovici vitæ excellentiam, in
" sanctitatis opinionem, in fidei puritatem, et
" religionis sanctimoniam, in miraculorum co-

" ruscationem, in populorum erga illum fidem, D
" et in alia id generis gesta fideliter diligenter
" que, ut res postulabat, vice nostra inquire-
" rent, et summariam, ex personis tamen fide
" dignis, et aliis legitimis probationibus, si quæ
" forent, ad antiquæ et veræ religionis et san-
" citatis rationem reciperent informationem, et
" in scriptis redactam, clausam suisque sigil-
" lis munitam, per fidelem nuntium quanto ei-
" tius ad nos transmittere curarent; ut tandem,
" habita condigna relatione, juxta ritum et mo-
" res sanctæ Romanæ Ecclesiæ, et vestigia præ-
" decessorum nostrorum, sanctorumque patrum
" dogmata, et sanctorum Canonum instituta,
" in præmissis procedere valeremus, prout in
" eisdem litteris continetur. Hi vero archiepi-
" scopus et episcopi, mandatis nostris obtempe-
" rantes, receptam ab iisdem informationem
" prædictam, clausam suisque sigillis obsigna-
" tam ad nos nuper transmiserunt. Quare nos
" felicibus hujus negotii principiis vehementer
" in Domino confisi, ad ulteriora, ut par est, E
" progrediendum duximus.

20 " Sed quia ex prædictis Cardinalibus, a
" nobis ad id, ut præfertur, nominatim depu-
" tatis, prior vita functus est, alique nonnulli
" a Romana curia vel absunt, vel aliis negotiis
" distinentur, aut eo munere vacant, et post
" factam hujusmodi deputationem nonnullas
" sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium ad cer-
" ta negotia conficienda Congregationes erexi-
" mus, inter quas Congregationem sanctorum
" Rituum institimus, eique præter alias, de iis,
" quæ ad Sanctorum canonizationem pertinent,
" cognoscendi facultatem concessimus, propte-
" rea vobis, qui eidem sanctorum Rituum Congre-
" gationi præfecti estis, et quorum religionem,
" pietatem, fidem et prudentiam in maximis et
" gravissimis rebus sæpius probavimus, hoc
" munus demandandum censuimus.

21 " Itaque motu proprio et ex certa scien-
" tia maturaque deliberatione nostris, deque
" Apostolicæ potestatis plenitudine, ex supra
" dictis causis primam illam præfatorum Cardi-
" naliū deputationem revocantes, vos et ve-
" stros in dicta Congregatione successores in lo-
" cum dictorum Cardinalium quoad hoc per
" presentes subrogantes *, et ad hoc negotium
" deputamus; vobisque de præmissis examen
" totum, ac plenam et liberam hujus negotii co-
" gnitionem, ad nos et fratres nostros in con-
" sistorio referendam committimus, ut deinde,
" quod ex antiquis sanctorum patrum traditio-
" nibus et prisca consuetudine obtineri consue-
" vit, ad Dei gloriam et Sanctorum exaltatio-
" nem, ac fidelium salutem conficere valeamus:
" dantes vobis certam, plenam et universam
" auctoritatem, potestatem et facultatem infor-
" mationum, a dictis archiepiscopo et episcopis,
" ut præfertur, missam aperiendi, examinandi
" et cognoscendi, actusque omnes juridicos et
" validos exercendi, processusque per vos, aut
" mandato vestro per alios, rite et recte confi-
" ciendi, aliaque omnia faciendi, quæ in præ-
" missis omnibus et singulis circa ea, quæ ne-
" cessaria fuerint, seu quomodolibet opportuna.

22 " Volumus autem, et auctoritate Apo-
" stolica statuimus, quod, si vestrum aliqui
" interdum præmissis interesse nequiverint, re-
" liqui tamen, dummodo duas saltem et tribus
" partibus constituent, illa, ut præfertur, esse-
" qui libere et valide possint. Non obstantibus
" priori

A » priori dictorum Cardinalium per nos facta de-
 » putatione, ac constitutionibus et ordinationi-
 » bus Apostolicis, cæterisque contrariis qui-
 » buscumque. Datum Romæ apud Sanctum
 » Marcum, sub anulo Piscatoris, die xv Julii
 » anni M. D. LXXXIX. Pontificatus nostri anno
 » quinto.

» M. Vestrius Barbianus. »

ANNOTATA.

a *Magistratus, promovendo bono publico
 jurejurando obstricti.*

b *Contigit ea anno 1581 die ix Octobris.*

c *Seu Ribera.*

d *Obiit anno 1585 die x Aprilis.*

e *Anno eodem et mense die xxiv Aprilis.*

f *Qui filium suum, dein Philippum III,
 S. Ludovici opem expertum noverat, ut dictum
 est lib. 3, cap. 5 sub initium.*

g *Vide Indicem Geographicum.*

h *Lege : 1585.*

B i *Joanni Terez, dein Tarraconensi archie-
 piscopo.*

k *Jacobo Ximeno.*

l *Pius II ejus canonizationem, a Calixto
 III factam, promulgavit anno 1458. Colitur
 die v Aprilis, ad quem de illo actum est in
 Opere nostro.*

m *Prævia ejus fuit Ursula Ferrera e S.
 Vincentii familia.*

n *Lege ex Roca : Volentes nihilominus, ut,
 si qui illorum executioni interesse nequiverint,
 reliqui illa, etc.*

o *Nimirum 1588. Colitur S. Didacus a S. Ni-
 colao xn Novembris.*

CAPUT II.

*Processus de Vita et Miraculis
 B. Ludovici Bertrandi in specie
 institutus, Romamque missus.*

Aperto,

A NNO MDLXXXIX, die vii Augusti Laurus
 Dublii, actor regis, nomine comitis d'Oli-
 vares, oratoris Catholici, et pater magister
 frater Bartholomæus de Miranda, procurator
 generalis Ordinis Prædicatorum, ac pater frater
 Joannes Bru ejusdem Ordinis, velut procurator
 civitatis Valentie supplicarunt prædictis Car-
 dinalibus sacrorum Rituum Congregationi præ-
 fectis, ut processum summarie informationis
 de fama, sanctitate ac miraculis beati patris
 fratris Ludovici Bertrandi aperirent et exami-
 narent. Cumque ea sacra Congregatio Ansel-
 mum Dandinum, protonotarium Apostolicum,
 elegisset nominassetque ad omnia hujus causæ
 Acta conscribenda, citato prius, ut dicti pro-
 cessus apertioni adesset, Joanne Jacobo Panico,
 Cameræ Apostolicæ Fiscali, domini Cardinales
 ei mandarunt, ut eumdem resignaret, subscri-
 ptionesque ac sigilla judicum commissariorum
 et notarii recognosceret, productique a causæ
 procuratoribus testes Benedictus Vagliadolidi,
 Joannes Torresiglia, et Philippus Mare, clerici
 doctores in Theologia, testati sunt, ea esse ge-

nuina notarii et judicum commissariorum sigil-
 la et subscriptiones.

24 Post examinatum processum summarie
 informationis de fama sanctitatis ac miraculo-
 rum B. Bertrandi in Congregatione Rituum
 decretum fuit, concedi posse litteras Remissoria-
 les ad formandum auctoritate Apostolica pro-
 cessum de vita, virtutibus ac miraculis beati
 fratris Ludovici Bertrandi in particulari; ac
 proinde Cardinalis Gesualdus, episcopus Ostien-
 sis, sacrique Collegii ac Congregationis Rituum
 decanus, die xxi Martii anni mxc nomine
 ejusdem Rituum Congregationis ad Sixtum V
 retulit, Sanctitatem suam, examinato dicto pro-
 cessu, rebusque in eo contentis rite expensis,
 posse ulterius in causa canonizationis B. Ber-
 trandi procedere, concedendo litteras remissoria-
 les ac compulsoriales a ad conficiendum pro-
 cessum particularem de vita et miraculis beati
 fratris Ludovici Bertrandi; et sua Sanctitas ex
 judicio consilioque Collegii Cardinalium annuit,
 ut eæ litteræ remissoriales ac compulsoriales
 concederentur.

25 Decretum Congregationis Rituum sic
 habet: « Die Mercurii, ix mensis Martii, anno
 » mxc in consistorio secreto, apud Sanctum
 » Petrum habito. Reverendissimus dominus Car-
 » dinalis Gesualdus, nomine Congregationis sa-
 » crorum Rituum retulit, diligenter examina-
 » tum fuisse per reverendissimos D. D. Cardina-
 » les, dictæ Congregationis præfectos, Proces-
 » sum ex Hispania transmissum summarie
 » inquisitionis in genere, factæ per reverendis-
 » simos patres archiepiscopum Valentinum, et
 » episcopum Dertusensem, de mandato Sanctis-
 » simi Domini nostri, instantibus serenissimo
 » Philippo rege Catholico, ac civitate et re-
 » gno Valentie, super bonæ memoriæ fratris
 » Ludovici Bertrandi miraculorum, tam in vita,
 » quam post mortem, conusatione, ac popu-
 » lorum erga illum devotione; eisdemque re-
 » verendissimis dominis Cardinalibus visum
 » esse, supradicta omnia in genere sufficienter
 » probari per quamplurimos testes in dicto pro-
 » cessu examinatos; ideoque in eam sententiam
 » ipsos venisse, a Sua Sanctitate decerni posse,
 » ut ad ulteriora procedatur, ac litteras remis-
 » soriales et compulsoriales ad partes conceden-
 » das fore pro plena et speciali probatione eo-
 » rundem omnium recipienda. Qua relatione
 » audita, eadem Sanctitas Sua, exquisitis reve-
 » rendissimorum D. D. Cardinalium votis, de
 » ipsorum consilio decrevit, ut ad ulteriora pro-
 » cederetur, supradictæque litteræ remissoria-
 » les et compulsoriales ad partes expedirentur. »

26 Mors Sixti V, quæ die xxvii Augusti
 ejusdem anni mxc contigit, obstetit, quo mi-
 nus ille quidquam præterea in hac causa effe-
 rit; sed ea intellecta, rex Philippus II, tum
 quod eadem causa ipsi magnopere cordi esset,
 tum etiam ut patribus Prædicatoribus Valenti-
 nis gratificaretur, die xxi Septembris anni mxc
 scripsit denno Romam ad legatum suum, man-
 dans; ut apud novum Pontificem dictas litte-
 ras remissoriales expediendas procuraret. Regiæ
 litteræ sic habent: « Rex. Comes d'Olivares,
 » nomine Prioris ac conventus Prædicatorum
 » Valentie certior factus sum, eos pro beati
 » fratris Ludovici Bertrandi canonizatione, fa-
 » cultate per Breve ad preces meas anno
 » MDLXXXVI hac super re concessum illis facta,
 » diligenter laborare, jamque post productas vi-
 » sasque

A. AVIGNONO.
 CAP. IV.

examinatoque

E
 processu gene-
 rali, via ster-
 nitur ad pro-
 cessum in spe-
 cie.

F

verum litteræ
 remissoriales,
 interveniente
 rituum

A. AVIGNONO. » sasque ab iis, quibus id Pontifex commiserat, » probationes, decretum de altero Brevis ad particulares de singulis informationes recipiendas factum fuisse, sed caruisse effectu; supplicantque mihi, ut ego novo Pontifici instem, » ut Breve illud expediat, utque interea, dum » de canonizatione perficienda tractatur, permittat Religiosis dicti conventus Missam aliaque divina Officia de eodem Beato celebrare » in ea aede, in qua sanctum illius corpus magno cum decore, veneratione et miraculis » quiescit, quemadmodum etiam de aliis ante » peractam canonizationem celebrare concessum fuit. Cum ejus ponderis id opus sit, volui » id tibi committere, ut id eo studio tractes, » quod ejus dignitas postulat, et meo nomine » apud Sanctitatem Suam, aliosque, prout necessarium fuerit, officiis et opportunis rationibus satagas, ut desideratum fortiatum effectum. Quod si feceris, pro particulari servitio » reputabo. In palatio S. Laurentii die XXI Septembris MDCXC ».

B 27 Quamquam vero laudatus rex ista legato suo scripserit, et enixe mandaverit, ut praedictas litteras remissoriales expediendas curaret, nihil tamen obtineri tunc potuit, quia Sixto V mortuo in Pontificatum successit Urbanus VII eum non nisi decem diebus tenuit *b*; successit illi Gregorius XIV, qui mensibus decem totidemque diebus supervixit *c*: post hunc electus fuit Innocentius IX *d*, qui pariter solum duobus mensibus in vivis superavit; cumque huic successisset Clemens VIII *e*, tot negotia tractanda habuit, ut dictae litterae remissoriales et compulsoriales expediri nequierint ante diem v Decembris anni MDCXCV, Pontificatus ejusdem anno quarto; quo die Actor regis, Laurus Dublii, et doctor Joannes Baptista Vives, velut procurator Valentiae, et pater magister frater Bartholomaeus de Miranda, procurator generalis Ordinis Praedicatorum, Congregationi Rituum obtulerunt articulos, quos probare volebant.

28 Cumque Jacobum Nerottum, Camerae Apostolicae procuratorem fiscalem, ad eas litteras remissoriales expediendas antea citassent, fiscus protestatus est, ut in iisdem nominarentur iudices non suspecti, usque in examine adesset suus Substitutus, doctor Martinus Andrea Pavorde * (quae dignitas ecclesiae archiepiscopalis Valentinae est) et doctor cathedraticus universitatis ejusdem civitatis, aliusve ex iis, quos dictus Jacobus Nerotto indicasset. Atque ita sacra Congregatio Rituum Remissoriales dedit, iudices commissarios nominans archiepiscopum Valentinum, et episcopos Segobrigensem et Marrochianum *f*, addita clausula, ut saltem eorumdem duo in recipiendis testimoniis praesentes adessent. Post haec die XII Martii anni MDCXCVI procurator fiscalis Camerae Apostolicae obtulit certa interrogatoria, quibus interrogandi essent omnes testes, ac die XVI ejusdem mensis et anni Substitutum suum nominavit doctorem Martinum Andrea, et alios; clausaque ac sigillata litterae remissoriales et compulsoriales die XVI Martii praedicti anni MDCXCVI traditae sunt in manus Horatii Ciandelier mercatoris, qui eas recipiens juravit, se easdem per securum portitorem missurum Valentiam ad negotiorum suorum procuratorem Marcum Antonium Museffi mercatorem.

29 Hasce litteras remissoriales fida manu Valentiam allatas civitatis syndicus Jacobus Bertrandus, B. Ludovici frater, et magister frater Vincentius Justinianus Antist, velut procurator conventus Praedicatorum ejusdem civitatis, et patris magistri fratris Hieronymi Baptiste della Nuza, provincialis provinciae Aragoniae, ac reverendissimi patris Generalis totius Ordinis Praedicatorum, magistri fratris Hippolyti Mariae Beccaria Montis-Regalensis, cum litteris procuratoris a Christophoro Ferreri, civitatis Valentinae notario die XII Julii anni MDCXCVI acceptis; praesente etiam Marco Antonio Museffi, mercatore ac negotiorum procuratore Horatii Ciandelier, die XVII Octobris dicti anni laudatas litteras remissoriales ac compulsoriales obtulerunt domino Joanni de Ribera archiepiscopo Valentino, et domino Joanni de Espinosa episcopo Marrochiano; qui obedientes et acceptantes dictam Apostolicam commissionem, Gasparem Miconi, archiepiscopalis curiae Valentinae notarium in eadem causa notarium constituerunt, nuncium vero Joannem Ferreri, recepto ab eis iurejurando de officio suo fideliter peragendo.

30 Cumque die XXVII Novembris ejusdem anni MDCXCVI doctorem Martinum Andrea Pavorde ecclesiae archiepiscopalis aliosque praeterea a Jacobo Nerotto, Camerae Apostolicae procuratore fiscali, substitutos, tempore locoque praestitutis, ac recipiendos examinandosque testes citassent, processum instruere coeperunt, ac primo eos super interrogatoriis procuratoris fiscalis Camerae Apostolicae, deinde super articulis, a procuratoribus canonizationis oblati examinarunt. Examinarunt autem testes numero ducentos nonaginta unum usque ad diem secundam Decembris anni MDCXCVI, prolixumque ac copiosum processum formarunt. Et quia in litteris remissorialibus mandatum erat iudicibus, ut qualescumque probationes vel scripta, ad hanc canonizationis B. Ludovici Bertrandi causam pertinentia, reperirentur, ea processui insererent; procurator cause pater frater Ludovicus Primo, patris magistri, fratris Vincentii Justiniani Antist substitutus, die XVII Octobris anni MDCXCVI hanc in rem obtulit multas alias informationes, variis in locis acceptas, quae sequentes sunt eo ordine, quo in processu leguntur.

31 Primo informationes, Valentiae post B. Bertrandi obitum ab ordinario factae, in quibus centum ac duodecim testes examinati fuerunt, ut supra dictum est. Obtulit etiam relationem, authentice a notario die XXV Aprilis anno MDLXXXIII conscriptam, quam Jurati oppidi regii Burriana in regno Valentiae fecerunt de iis, quae in Servo Dei observarunt anno MDLXXIV, dum ille sermones Quadragesimales jejunii in eodem loco habuit; alteram item anno MDLXXXIII mense Maio in oppido Montese confectam; alteramque in oppido Xabea mense Februario MDLXXXIV; alteram Oriolae mense Februario anni MDLXXXV; alteram anno MDLXXXIII Carthagine Indiarum, ubi Beatus praedicavit; alteram in oppido de Mompoix pariter in Indiis, ubi etiam praedicavit, factam anno MDCXCV; alteram item confectam Matrili anno MDCXCVI; alteram Oriolae anno MDCXCVI; alteram in oppido Alicante diocesis Oriolensis anno MDCXCVI; alteram Caesaraugustae anno

MDLXXXIV;

cap. v.
Valentiamque
demum effe-
runtur anno
1396:

dein debite in-
formationes.

variis locis fa-
ctae sunt.

Pontificum
morte,

b

c

d

e

tardius expe-
diuntur,

C
i. e. *Praeposi-
tus

A MDLXXXIV; alteram in oppido Daroca, dice-
sis Casaraugustanae, anno MDLXXXIV g.

g
processusque
inde confectus.

32 Has omnes informationes iudices commis-
sarii jusserunt processui inseri, scripseruntque
ad sacram Rituum Congregationem litteras,
ad calcem processus positas, in quibus retule-
runt de omnibus, quae in processu, Apostolica
auctoritate de vita et miraculis B. Ludovici
formari jussu, acta fuerant; nominantes in eis-
dem omnes testes in eodem processu auditos,
asserentesque, eosdem esse personas fide di-
gnas. Subscripseruntque eundem processum
iudices commissarii propria sua manu, et si-
gillis suis signarunt; et solita subscriptione et
legalitate notarii munitum, clausurunt, foris-
que sigillatum die x Maii anno MDLXXXIV tradi-
derunt in manus Marco-Antonio Museffi, ut
securè mitteret Romam ad mercaturam suam so-
cium Horatium Ciandelier mercatorem.

cap. VI.
Romam missus,

33 Post missum Romam supra dictum pro-
cessum desiderabat regnum Valentiae, ut causa
canonizationis B. Ludovici Bertrandi felicem
obtineret effectum, ideoque Electi trium comi-
tiorum regni, quae sunt Ecclesiasticorum, Mil-
litum ac populi, et deputati regni decreverunt
Romam mittere procuratorem, qui eandem
expensis regni promoveret secundum id, quod
anno MDLXXXV Montione in curia decretum
fuerat ab iisdem tribus ordinibus, ut pro ex-
pensis hujus canonizationis concederentur ex
communibus redditibus decem millia ducato-
rum, pro beatificatione vero mille. Supra di-
cti itaque Electi et deputati procuratorem hu-
jus causae constituerunt multum reverendum
patrem magistrum, fratrem Ludovicum Ysteglia
(uti constat ex procuracione illi commissa
die xiiii Julii anni MDLXXXIV) patrem admodum
religiosum et doctum, professorem publicum
universitatis Valentinae, qualificatorem sancti
Officii, vicarium generalem totius Ordinis Prae-
dicatorum, sacrique palatii Magistrum, quo
in officio obiit. Hic pater Romam adveniens
processum una cum litteris Philippi III regis
Catholici Clementi XIII Papae tradidit, in qui-
bus rex sanctitati suae supplicabat, ut dignaretur
jubere videri ac examinari praedictum pro-
cessum, auctoritate Apostolica formatum, ea-
que praeterea fieri, quae pro servi Dei Ludovici
Bertrandi canonizatione erant necessaria.

C

una cum com-
mendatibus

34 Regiae litterae sic habebant: " Sanctissime
" Pater, Processus gestorum, quem Sanctitas
" vestra pro certa notitia et probatione vitae et
" miraculorum beati fratris Ludovici Bertrandi
" fieri mandavit, ex mandato et commissione
" mei regni Valentiae, meaque voluntate et as-
" sensu ad Beatitudinem tuam affertur per ma-
" gistrum fratrem Ludovicum Ysteglia Ordinis
" S. Dominici, professum monasterii Praedica-
" torum in civitate mea Valentia, virum praes-
" tantem doctrina et religione, qui multis
" annis Theologiam in universitate Valentina
" publice docuit, Priorem monasterii Praedica-
" torum, ac nunc temporis qualificatorem sacri
" Officii, et in mandatis habentem, ut operam
" suam conferat ad illius canonizationem ad fi-
" nem usque sollicitandam, quod haec cessura
" sit in gloriam et honorem Dei Domini nostri,
" et Sancti, totiusque Christiani orbis generale
" beneficium.

Philippi III,

35 " Et ex peculiari devotione, qua eum-
" dem Sanctum complector, Beatitudini vestrae

" supplico, ut plenam fidem legato meo, ac
" magistro fratri Ludovico Ysteglia adhibens,
" in mei gratiam mandare dignetur, ut proces-
" sus iste summa cum brevitate examinetur,
" eademque pariter fiant acta cetera, canoni-
" zationi praemittenda. Quod, praeterquam sit
" opus pietatis sanctoque zelo Beatitudinis vestrae
" dignum, ego pro singulari gratia ac favore
" Sanctitatis Vestrae admittam, cujus sanctissi-
" mam personam Dominus noster servet, ejus-
" demque vitam ad felicem prosperumque uni-
" versae Ecclesiae suae statum proget. Matrini
" die III Januarii anni MDLXXXIV.

" Sanctitatis Vestrae

" Multum humilis ac devotus filius Philippus,
" Dei gratia Castellae, Aragoniae, Legionis,
" utriusque Siciliae, Jerusalem, Lusitaniae, Na-
" varrae et Indiarum rex, qui sanctissimos ejus-
" dem pedes osculatur. "

36 Idem pater magister Ysteglia multas et-
iam alias principum praelatorumque litteras
summo Pontifici obtulit, ex quibus solum hic
recensebo ducis Nagiarum, qui fuerat prorex
Valentiae, quique admodum familiariter cum
servo Dei fratre Ludovico Bertrando egerat, et
in iisdem quaedam singularia de eodem narra-
vit, ut sequitur: " Beatissime Pater. Ex man-
" dato Sanctitatis vestrae vestrorumque decesso-
" rum commissum fuit patriarchae Antiochiae,
" hujus civitatis Valentinae archiepiscopo, aliis-
" que duobus episcopis, ut de vita et morte
" patris fratris Ludovici Bertrandi, ac miracu-
" lis, quae Dominus Deus noster in vita ac mor-
" te ejus facere dignatus est, inquirerent, ut,
" si ille mereretur, Sanctitas Vestra eundem
" honoraret, canonizaretque, eundem inter
" Sanctos referendo. Pater magister, frater Lu-
" dovicus Ysteglia ad eam causam agendam
" destinatus rogavit me, ut ego pro notitia il-
" lius, quam hausi, dum pro domino meo rege
" in hac civitate regnoque proregis munere
" fungebar, ubi triennii spatio saepe cum ipso
" conversatus fui, Sanctitatem vestram certio-
" rem facerem, ipsum eo tempore pro tanto Dei
" servo a populo habitum fuisse, ut nomen
" Viri sancti promeruerit.

ducis Nagiarum.

E

37 " Vidi ipsum multas infirmitates, graves-
" que dolores in variis sui corporis membris
" magna cum patientia perferentem. Accepi
" ibidem ab eo insignia bonaque consilia, au-
" divi ex ipso multa singularia, quae, ut praedi-
" xerat, evenerunt, quae tamen, quod jam inde
" ultra viginti annos effluerint, Sanctitati ves-
" trae speciatim referre nequeo. Solum dicere
" possum, ipsum, dum dominus meus rex Phi-
" lippus II anno MDLXXX tam prope ad mortem
" redactus fuit, ut jam in palatio ejus medici
" aulicique eum velata facie velut mortuum
" reliquerint, et ego ad hunc Servum Dei
" aliosque hujus civitatis accessi, ut regem in
" eorum precibus commendarem, multis die-
" bus, priusquam tam de desperata salute, quam
" de minuto morbo (quibus de rebus solueram
" per cursores certior fieri) nuncius allatus es-
" set, dixisse mihi, Majestatem suam inde non
" morituram, seque intellexisse, id orationibus
" precibusque Servorum Dei non sine miraculo
" a Domino impetratum esse.

qui Valentiae
prorex

F

38 " Cumque ego ea, quae dicebat, ipsius-
" met precibus adscriberem, turbatus fuit ac
" moleste tulit ultra, quam res exigebat; quippe

et Sancto fa-
miliaris fuerat;

pe

A. AVIGNONO. » pe cui fastidio erat laudari ab eo, quocum
» agebat, ac similia sibi attribui. Quia autem
» verum est, quod Sanctitati vestræ refero, id
» que inter me ipsumque contigit, obstrictum
» me sentio, ut Sanctitati vestræ manifestem,
» ejus felicissimos dies Deus servet prosperet.
» que ad incolunitatem sanctæ Ecclesiæ suæ
» populique Christiani, ex voto Sanctitatis Ve-
» stræ. Valentia die xxvi Aprilis anni m̄d̄c̄x̄ix.
» Obedientissimus Sanctitatis vestræ filius, qui
» ejusdem sanctissimos pedes osculatur. Dux
» de Nagiara. »

aliorumque
multorum li-
teris :

39 Scripserunt insuper ad summum Ponti-
ficem Clementem VIII Electi trium statuum
regni Valentia die vii Julii anno m̄d̄c̄x̄ix ad-
modum facundam epistolam, enixe supplican-
tes, ut B. Ludovici Bertrandi canonizationem
in gratiam hujus regni perficeret. Id ipsum si-
militer flagitarunt Jurati civitatis Valentinae,
Joannes Baptista Giuliani, Joannes Baptista
Colon, Petrus-Antonius Matteu, Gaspar Bene-
detti et Franciscus Micheli, litteris datis die
xxviii Junii anno m̄d̄c̄x̄ix. Eadem de causa
B scripserunt dominus Gaspar Punter, Dertusen-
sis episcopus, die x Februarii anni m̄d̄c̄x̄ix;
Jurati oppidi Xativa, Gaspar Simeon Martini,
Josephus Alphonsus Apparicio, Marcus-Anto-
nius Anguerotti, Petrus Aradoni, Monforte
Escrivano, die xxiv Januarii anno m̄d̄c̄x̄ix. Ita
quoque fecerunt Oriolenses, Andreas Soler ju-
dex et jurati Nicolaus Perez, Ludovicus Ma-
schefa, et Antonius Perez die xvi Februarii an-
ni m̄d̄c̄x̄ix, capitulum cathedrale Oriolense die
xxiii Martii anno m̄d̄c̄x̄ix.

Processum
Clemens VIII

40 Post hæc eidem Papæ Clementi VIII
nomine laudati regis, regni ac civitatis Valen-
tia supplicatum præterea fuit, ut juberet
Congregationem Rituum aperire dictum pro-
cessum, ejusdemque interpretationem facien-
dam, ceteraque ad procedendum in eadem causa
necessaria peragenda curare: Pontifex concessit,
et congregatio citari fecit Pompejum Mole-
glia, sacrae Camerae Apostolicæ procuratorem
fiscalem. Proinde Joannes Baptista Bagni cur-
sor illum die xxviii Junii anno m̄d̄c̄ citavit, ut
dicti processus super gestis ac miraculis B. Lu-
dovici Bertrandi auctoritate Apostolica et ad ca-
nonizationem peragenda formati, apertioni
assisteret; factaque recognitione obsignationis
et sigillorum, processus resignatus fuit, et pa-
ter magister Ysteglia, causæ procurator, pro-
ductis testibus probavit, ejusdem subscriptiones
ac sigilla esse judicum commissariorum, et no-
tarii Gasparis Miconi, qui processum confece-
rant.

resignari jube-
Philippus vero
III,

41 Huic recognitioni testes adfuerunt doctor
Martinus Andrea Pavorde archiepiscopalis Valen-
tia, qui postea fuit Romana Rotæ auditor,
fueratque assistens formationi processus, velut
substitutus procuratoris fiscalis Camerae Apo-
stolicæ; et Vincentius Moregli, doctor in
Theologia. Die vero xxiv Augusti ejusdem
anni m̄d̄c̄, citato eodem procuratore fiscali, sa-
cra Rituum Congregatio elegit Joannem Hiero-
nymum Rabassa, qui dictum processum inter-
pretaretur et ex Hispanico sermone in Italicum
verteret; isque juravit, se eam interpretatio-
nem facturum fideliter. Tanto autem rex Phi-
lippus III tenebatur desiderio causam canoniza-
tionis B. Ludovici Bertrandi perfectam videndi,
ut præter jam dictas multas alia ad summum
Pontificem, et ad legatum suum, Suesse ducem

scripserit, jubens hunc eam diligentissime sol-
licitare: duas ergo sequentes ceteris adjeicit.

42 Litteræ regis ad Clementem VIII Papam.
» Sanctissime Pater. Scribo ad ducem Suesse,
» legatum meum, ut meo nomine Sanctitatem
» vestram instanter flagitet, ut que ad cano-
» nizationem fratris Ludovici Bertrandi Ordinis
» S. Dominici pertinent, jubeat peragi; quia
» hoc vehementer desidero. Supplico Sanctitati
» vestræ, ut dignetur ipsum auscultare, ejus-
» demque æquæ petitioni annuere, quia sic
» mihi admodum singularem favorem et gra-
» tiam præstiterit Sanctitas vestra, ejus San-
» ctissimam personam Dominus Noster servet,
» ejusdemque vitam proroget ad universæ Ec-
» clesiæ suæ prosperitatem. Matrili die xiv De-
» cembrii anni m̄d̄c̄. Sanctitatis vestræ humilli-
» mus et obedientissimus filius. D. Philippus
» Dei gratia rex Castella, etc. »

mortuo patre,
causam Cano-
nizationis S.
Ludovici tum
Pontifici,

43 Litteræ regis ad legatum suum. « Legate.
» Intellexi, Sanctitatem suam jussisse resignari
» processum canonizationis beati fratris Ludo-
» vici Bertrandi, ut de eadem tractaretur. Et
» quamvis, eo quod ex litteris a rege patre meo
» (cui gloria sit) super hoc negotio tibi scriptis
» id recorderis, confidam, te solita tua diligen-
» tia ad ejusdem felicem successum celereque
» finem multum conferre conatum esse; nihilo-
» minus, quia ego et unum et alterum, tum ob
» majorem Dei gloriam inde orituram, tum ob
» alias justas causas magnopere desidero, so-
» lito vehementius tibi mando, ut meo nomine,
» quam maximo potes studio et compendio
» utrumque procures; supplicans Sanctitati suæ
» (cui hic acclusas ad fidem tibi faciendam litte-
» ras trades) ne manum suam ab eo negotio
» amoveri patiatur, donec perduxerit ad finem
» Admonebitis patrem magistrum, fratrem Lu-
» dovicum Ysteglia, ne ab curia absit, ut pos-
» sit de eodem negotio agere, et sollicitare ca-
» nonizationem eo modo, quo tibi expedire
» videbitur. Quod in hoc et in illo pruden-
» ter feceris, pro gratissimo servitio reputabo.
» Matrili die xiv Decembrii anno m̄d̄c̄. Rex. »

tum legato suo
enixe commen-
dat.

ANNOTATA.

a Litteræ remissoriales sunt, quibus judi-
cibus inferioribus a iudice superiore tribuitur
facultas vocandi et examinandi testes, et re-
cipiendi probationes in causis Beatificationis
et Canonizationis: quibus vero iudex supre-
mus iudicibus inferioribus facultatem tri-
buit, compellendi quoslibet, ut scripturas et
instrumenta ad easdem causas pertinentia
producant, Compulsoriales dicuntur.

b Sedem Pontificiam tenuit a die 15 usque
ad 23 Septembris anni 1590.

c Electus 5 Decembris anni 1590 obiit die
15 Octobris anni proxime sequentis.

d Electus die 30 Januarii anni 1592.

f Adde his episcopum Oriolanum ex Brevi,
quod exhibet Roca pag. 509.

g De locis hic, et supra non semel memo-
ratis, consule Indicem Geographicum.



CAPUT III.

*Beatificatio Ludovici Bertrandi,
cultusque sacer ad totum Ordinem
Prædicatorum, clerumque
Valentinum extensus.*

CAP. VII.
Philippus III.
cum negotium
Canonizationis
lente procederet.

Cum adverteret rex Philippus III, canonizationem B. Ludovici Bertrandi tanto tempore differri, decrevit ejusdem beatificationem interim postulandam esse; eodemque desiderio accensa regnum Valentia hujusque metropolis et conventus prædicatorum eidem regi supplices preces obtulerunt, ut legato suo per litteras mandaret, ut eam a summo Pontifice instantissime peteret. Proinde anno MDCI, die XX Augusti has sequentes litteras scripsit. "Legate. Certe recordaris, tibi a rege patre meo domino a (cui gloria sit) annis elapsis ad preces comitiorum regni Valentia per litteras mandatum fuisse de beatificatione patris fratris Ludovici Bertrandi, Ordinis S. Dominici; teque deinde in variis occasionibus laborasse, ut processus sollemnis canonizationis promoveretur; quod ego quoque tibi imperavi ex desiderio majorem Dei gloriam procurandi.

legato suo
mandat.

45 " Sed cum modo consideraverim, hoc negotium longas posse moras pati, ut in aliis similibus propter eorum momentum gravitatemque accidisse, vidimus; et intellexerim, devotionem erga hunc Patrem indes tam in civitate regnoque Valentia, quam in omnibus ejusdem Ordinis ædibus tantum crescere propter miracula, quæ Deo placet tibi illius meritis operari, ut desiderent ei posse altaria publice erigere, ac peculiare de eo Missas celebrare. Quem in finem necesse est (ut nostis) eum prius a summo Pontifice inter Beatos referri, ut soluit Sedes Apostolica alios Sanctos referre, quos postea sollemniter canonizavit.

ut Beatificationem a Pontifice petat;

46 " Videtur mihi nunc omni operam instandam, secundum id, quod supra dixi, tibi a rege domino meo ad preces comitorum regni Valentia injunctum fuisse; ac proinde, cum id ipsum a me flagitent Religiosi Ordinis S. Dominici, multumque intersit divini servitii, enixe tibi commendo, ut, simul atque præsentis acceperis (non tamen desistens a procurando sollicitandoque, ut procedatur ulterius, et, quæ ad processum sollemnis canonizationis pertinent, terminentur) Sanctitati suæ tradas litteras, quas pro fide tibi faciendâ ad ipsum scribo, supplicans, ut ipsi placeat in gratiam dictæ civitatis regni que ac conventuum Ordinis nunc illum beatificare ad prædictos fines obtinendos. Quam in rem omne studium tuum omnemque operam conferes, simul prosequens, quæ ad prædictam canonizationem spectant, ut supra dictum est: nam propter ea, quæ jam memoravi, sic mihi maxime singulare gratumque

Octobris Tomus V.

" servitium præstiteris. Datum Vallisoleti die XX Augusti anno MDCI. "

A. AVIGNONO.

47 Neque hisce litteris rex Philippus III ad Servi Dei, fratris Ludovici Bertrandi beatificationem cito obtinendam contentus, insuper subsecuto anno MDCII, die XXVII Aprilis alteras in eundem finem ad illustrissimum Cardinalem Gesualdum, velut Congregationis Rituum præfectum dedit, quas hic subjicio. " Reverendissimo in Christo Patri Cardinali Gesualdo, carissimo suo multumque dilecto amico Dominus Philippus, Dei gratia rex Castellæ etc. Reverendissime in Christo pater, Cardinalis Gesualde, mihi carissime, multumque dilecte amice. Jam audieris, me per legatum meum Suesæ ducem Sanctitati suæ institisse, ut causam sollemnis canonizationis patris fratris Ludovici Bertrandi, Ordinis S. Dominici, e civitate Valentina oriundi, juberet expediri; ac novissime, ut interea, dum ea causa finiatur, eundem Beatis adscribere dignetur, quo liceat conventibus ejus Ordinis, aliisque personis ipsi devotis (quarum numerus continue augetur propter miracula, quæ Deus in illius gratiam operatur) eidem publice erigere altaria, Missasque particulares de eo celebrare.

qua de re etiam ad præfectum Congregationis Rituum.

48 " Quamquam vero confidam fore, ut Sanctitas sua hanc mihi concedat gratiam, quam petii, quamque universum Valentia regnum merito expectat; sciamque, te operam tuam eo contulisse ac collaturum pro officio tuo debito; nihilominus (ut majori cum fervore studioque id facere pergas) volui per hasce præsentis tibi significare, me maxime pere desiderare celerem hujus causæ finem, utque interea Pontifex dictum fratrem Ludovicum supra dicta de causa Beatis adscribat. Itaque enixissime te rogo, ut quantum ad primum attinet, bona tua officia ulterius prosequaris; et quod ad alterum spectat, talia præstes, ut illud brevi obtineatur. Persuasum habeto, præterquam quod hac ratione divinum servitium multum promoveris, mihi id a te gratissimum fore; uti etiam, si mihi significaveris, quæ in hoc negotio feceris. Reverendissime in Christo pater, Cardinalis Gesualde, mihi carissime multumque dilecte amice, Dominus noster perpetuo te custodiat. Vallisoleti die VII Aprilis MDCII. Ego rex. "

Cardinalem
Gesualdum,
scribit.

49 Beati Ludovici Bertrandi causa beatificationis agebatur in Congregatione Rituum, dabaturque singulis, qui ejusdem Congregationis erant, Cardinalibus summarium et scriptæ instructiones de omnibus, quæ tractanda erant in singulis congregationibus, quæ multæ habitæ fuerunt usque in annum MDCVII; iudex autem, seu Ponens, erat illustrissimus Cardinalis Serafinus. Post examinatam autem primo processum validitatem, qui erat in forma probante, examinatosque juridice testes, ac denique probatis ex Processu insignibus illius virtutibus et heroicis gestis, multisque ac magnis miraculis, per intercessionem ejus tam in vita ejusdem, quam post mortem a Deo patris, eadem sacra Congregatio die XIX Martii anno MDCVIII decrevit, posse summum Pontificem Paulum V inter Beatos (si ita ipsi visum fuerit) referre servum Dei fratrem Ludovicum Bertrandum, titulumque Beati eidem concedere, utque

CAP. VIII.
Congregatio sa-
crorum Rituum,
examinata

A. AVIGNONO

in Beatorum
numerum re-
ferri posse, cen-
set,

ac hujusmodi

b

c

ea de re

de eo Missa et officium confessoris non pontificis celebrari valeat; sique sua Sanctitas vellet, ad canonizationem ejusdem, perficiendam posse procedere.

50 Scripsit etiam rex Philippus III ad Paulum V Papam, eandem beatificationem enixe flagitans, suoque legato Gastoni de Moncada, marchioni d'Aytona, mandavit, ut eandem postularet. Quibus de causis illustrissimus dominus Cardinalis Pinellus Ostiensis episcopus, sacri Collegii decanus, die XXI Aprilis ad eundem Paulum V retulit de sacra Rituum Congregationis hac super re sententia; et sua Sanctitas ex totius sacri Collegii judicio decretum Congregationis approbans, titulum Beati Servo Dei Ludovico Bertrando attribuit, et facultatem concessit, ut in omnibus conventibus ac monasteriis Religiosorum Religiosarumque Ordinis Prædicatorum regni Valentini de eodem Missa et officium celebrari possent. Decretum dictæ Congregationis tale est.

51 « Dominicus episcopus Ostiensis, sacri Collegii decanus, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Pinellus Universis et singulis præsentibus inspecturis, lectoris, et auditoris salutem in Domino sempiternam. Cum ob excellentiam et sanctitatem vitæ bonæ memoriæ fratris Ludovici Bertrandi Valentini, Ordinis Prædicatorum, atque ob miraculorum coruscationem, quæ omnipotens et misericors Deus præter consuetum naturæ usum ejus meritis et intercessione, tam dum viveret, quam post ejus felicem in Domino obdormitionem, operari dignatus est, serenissimus Philippus III Hispaniarum rex Catholicus, regnum Valentini, nec non universus Prædicatorum Ordo, Sanctissimo Domino nostro Paulo Papæ quinto humiliter et iteratis precibus supplicaverint, ut ad conservandum et augendam populorum devotionem, quæ maxima ubique existit, et præcipue in Corona Aragoniæ b, erga ipsum bonæ memoriæ fratrem Ludovicum ob innumeras ejus meritis receptas a Deo gratias, quas specialiter et peculiariter ipsemet serenissimus rex Catholicus se accepisse fatetur, Sanctitas sua dignaretur concedere, ut, donec dictus bonæ memoriæ frater Ludovicus in Sanctorum numerum referatur, Beatus nuncupari possit, et debeat, ac de eo, velut de Beato, festum celebrari, et Missa atque Officium recitari liceat, tamquam de uno confessore non pontifice in Corona Aragoniæ c, et per universum Ordinem Prædicatorum.

52 » Et cum idem Sanctissimus Dominus noster negocium hoc mature discutiendum et examinandum ad sacra Rituum Congregationem remisit, in qua Processus, legitime et auctoritate Apostolica confecti, de vitæ sanctitate, puritate fidei, ac miraculorum coruscatione ejusdem bonæ memoriæ Ludovici præsentati fuerunt, et diligenter ab illustrissimo et reverendissimo domino Cardinali Seraphino, de ejusdem Congregationis ordine examinati, quorum etiam compendium, sive summarium, per manus singulorum dominorum Cardinalium ejusdem Congregationis transmissum fuit, audita tandem relatione prædicti illustrissimi et reverendissimi D. Cardinalis Seraphini, de præmissis facta in eadem Congregatione, die XIX mensis Aprilis, cum ex dictis Processibus satis et abundantissime con-

» stet de puritate fidei, sanctitate vitæ, miraculorumque operatione ejusdem bonæ memoriæ fratris Ludovici Bertrandi, ita ut etiam ex eisdem possit ad actuale canonizationem deveniri; » eadem sacra Rituum Congregatio censuit (si Sanctissimo Domino nostro placuerit) ut ipse frater Ludovicus imposterum Beatus nuncupari possit et valeat, deque ipso, tamquam de Beato, in civitate et regno Valentino Officium et Missa, sicut de uno Confessore non pontifice, anniversario ejus obitus die d a Fratribus, et Religiosis utriusque sexus ejusdem Ordinis licite ac libere recitari possit et valeat.

53 » Et idem Sanctissimus Dominus noster Paulus Papa quintus, audita super præmissis omnibus relatione, eidem in consistorio secreto a nobis facta, die infra scripto annuit, » sententiamque Congregationis approbavit, ac » indulsit et concessit, ut de beato Ludovico Bertrando in civitate et regno Valentini, in omnibus monasteriis et ecclesiis Fratrum atque monialium ejusdem Ordinis Prædicatorum, ab ipsis Fratribus et monialibus, die XIX e mensis Octobris, quo die ejus obitus solemniter memoria celebratur, singulis annis Officium et Missa de Comuni unius Confessoris non pontificis, secundum ritum et consuetudinem sui Ordinis, recitari et celebrari libere et licite possit et valeat. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium præsentibus per infrascriptum ejusdem Congregationis secretarium fieri jussimus, et manu nostra propria subscripsimus, nostrique soliti sigilli appensione muniri fecimus. Romæ in palatio nostræ solitæ residentie die XXI mensis Aprilis anni MDCVII. Pontificatus vero Sanctissimi Domini nostri Pauli divina providentia Papæ quinti anno tertio.

» Dominicus episc. Ostiensis Card. Pinellus.
» J. P. Mucantius secretarius Congreg. »

54 Breve beatificationis beati Ludovici Bertrandi, Pauli V jussu anno MDCVIII die XXIX Julii editum, tale est:

« Paulus Papa V.

» Ad perpetuam rei memoriam.

» In Sede Principis Apostolorum, nullis licet nostris suffragantibus meritis, a Domino constituti, piis Catholicorum regnum, et aliorum fidelium votis, quibus virtutum Dominus in Servis suis honorificatur, libenter annuimus, » et auctoritate Apostolica indulgemus, prout » in Domino conspiciamus expedire. Sane charissimi in Christo filii nostri, Philippi Hispaniarum regis Catholici, regni Valentini, et Ordinis Fratrum Prædicatorum nomine nobis expositum fuit, quod bonæ memoriæ Ludovicus Bertrandus Valentinus, dicti Ordinis Fratrum Prædicatorum professor, multis et eximiiis virtutibus et gratiis vivens, ac miraculorum dono a Domino, tam in vita, quam post mortem, illustratus fuit; et ideo magna est etiam erga ejus nomen et memoriam populorum et Aragonum regni devotio. Quapropter, tam dictus Philippus rex, quam regnum et Ordo prædicti, semel et iterum nobis supplicari fecerunt, ut, donec canonizationis honorem, quem dicto Ludovico ob excellentiam ejus merita aliquando, divina adspirante gratia, habitum iri sperant, ab Apostolica Sede impetrent, eundem Ludovicum Beatum vocari, et de eodem Officium » et

A " et Missam in civitate et regno Valentiae, tanquam de Confessore non pontifice, agi posse, auctoritate Apostolica indulgeremus.

55 " Quare re prius per venerabiles fratres nostros sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales sacris Ritibus praefectos, quibus eam examinandum demandavimus, mature discussa, de eorumdem Cardinalium consilio, praedictorum Philippi regis, regni Valentiae, et Ordinis Fratrum Praedicatorum supplicationibus inclinati, quod imposterum dictus Ludovicus Bertrandus Beatus nuncupari, de eoque in civitate et regni Valentiae omnibus monasteriis et ecclesiis Fratrum atque monialium ejusdem Ordinis Praedicatorum ab ipsis Fratribus et monialibus die xix mensis Octobris, quae, ut asseritur, ejus obitus dies est, singulis annis Officium et Missa de Communi unius Confessoris non pontificis, secundum ritum et consuetudinem sui Ordinis, celebrari libere et licite possit et valeat, Apostolica auctoritate tenore presentium perpetuo concedimus et indulgemus. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

B " Datum Romae apud Sanctum Marcum sub anulo Piscatoris die xxix Julii mdcviii. Pontificatus nostri anno quarto.

" Scipio Cobellutius. "

CAP. IX.
Restrictus

56 Brevi Beatificationis B. Bertrandi in civitate Valentiae allato, magna admodum ac magnifica festa celebrata fuere, tantumque per universum mundum crevit erga hunc Sanctum devotio, ut multi dolerent, quod non possent ipsi quoque ea gratia uti, quam summus Pontifex soli Ordini S. Dominici in regno Valentiae concesserat; ac praeter ceteros clerus Valentinus, aliorumque Ordinum Religiosi. Quam ob rem patriarcha, archiepiscopus Valentinus, pro singulari sua erga Beatum devotione Paulo V Papae supplicavit, ut in suo Corporis Christi collegio (quod magnifica aedes est, in qua divina Officia solemniter pietate peraguntur) liceret Officium Missamque de eo festa ejusdem luce celebrare; eamque gratiam obtinuit. Neque ea contentus archiepiscopus fuit, sed memor arctissime amicitiae, quam cum B. Bertrando coluerat, voluit ejusdem festum celebrare in Valentino conventu Praedicatorum, fundato perpetuo reddito, unde ejusdem Beati festivo die sumptuosum, sed religiosum, convivium Religiosis patribus Praedicatoribus praeretur.

57 Supplicavit praeterea eidem Paulo V, ut gratia, solis regni Valentiae conventibus indulta, etiam ad universum Ordinem Praedicatorum extenderetur, ut ab iis omnibus Officium et Missa de eodem Beato fieri posset, utque eadem facultate clerus aliorumque Ordinum Religiosi in eadem civitate Valentia gauderent. Hanc gratiam etiam dominus Franciscus de Castro, legatus regius, ipsius regis nomine flagitavit, ac similia per litteras petierunt serenissimi Belgii principes Albertus archidux et Hispaniarum Infans domina Isabella.

58 Pontifex vero eorum memoriale remisit ad Congregationem Rituum, quae die xix Octobris anni mdcx decrevit, posse Sanctitatem Suam (si sic ei placeret) concedere, ut dicta gratia extendatur ad totum Ordinem Praedicatorum per universum mundum; utque Valentiae, ubi illius corpus quiescit, liceat universo

clero omnibusque cujuscumque Ordinis Religiosis Officium et Missam modo praescripto celebrare, factaque hac super re die xxv Octobris ejusdem anni mccc per Cardinalem Pinellum decanum Sanctissimo Domino in consistorio secreto relatione, idem Pontifex annuit, gratiamque indulsit, ac eodem die xxv Octobris laudatus Cardinalis Pinellus, velut dictae Congregationis Rituum praeses, sequens decretum expediri mandavit.

59 " Dominicus episcopus Ostiensis Sacri Collegii decanus, sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis Pinellus. Universis et singulis praesentes inspecturis, lecturis et audituris salutem in Domino sempiternam. Cum ob excellentiam fidei, sanctitatem vitae, et miraculorum coruscationem pie memoriae fratris Ludovici Bertrandi Valentini, Ordinis Praedicatorum, et totius regni Valentini populorum erga illum devotionem, venerationem et concursum ad ejus sepulcrum, instante serenissimo Philippo III, Hispaniarum rege Catholico, et regno Valentiae, ac universo Praedicatorum Ordine, sanctissimus Dominus noster, Paulus Papa quintus, in sacra Rituum Congregatione nostra examinari jusserit Processus, auctoritate Apostolica rite et recte confectos, super vita, miraculis et devotione populi erga dictum Fratrem Ludovicum Bertrandum, nostraque de contentis in dictis Processibus audita summaria relatione, ejusdem nostrae Congregationis sententiam approbaverit, confirmaverit, et laudaverit; ac concesserit et indulerit, ut in posterum dictus Frater Ludovicus Bertrandus BEATUS nuncupari possit, et valeat, deque eo, tanquam de uno Confessore non Pontifice, in civitate et regno Valentiae tantum ab omnibus Fratribus et Religiosis utriusque sexus Ordinis Praedicatorum, in eorum monasteriis et ecclesiis, Officium et Missa de Communi unius Confessoris non Pontificis, secundum ritum et consuetudinem ejusdem Ordinis, libere et licite recitari possit, ut in dictis nostrae Congregationis decretis et in nostris desuper expeditis litteris patentibus, sub die xxi mensis Aprilis, latius continetur.

60 " Cum autem indies magis ac magis devotio populi Christiani erga dictum beatum Ludovicum Bertrandum augeatur, non solum in civitate et regno Valentiae, sed per totum etiam orbem in universa Religione Dominicana, ac major quotidie fiat et crescat ex universa Hispania et remotis etiam provinciis concursus ad ejus sepulcrum ob innumeras et magnas gratias, quas Deus fidelibus suis ipsius beati Ludovici meritis et intercessione concedere non dedignatur; idem serenissimus Philippus III, Hispaniarum rex Catholicus, et per litteras, et per suum in Urbe oratorem, et totum ipsum regnum Valentiae, et universus Dominicanae Religionis Ordo, nec non etiam serenissimus Flandriae princeps, iteratis precibus apud eundem Sanctissimum Dominum nostrum institerint, ut dignaretur indulgere et concedere, ut gratia, concessa Fratribus et Religiosis utriusque sexus Ordinis Praedicatorum in regno Valentiae tantum, ut de dicto beato Ludovico Officium recitare possint et valeant, extendatur per universum Ordinem Praedicatorum ubique terrarum, et concedatur

A. AVIGNONO.

cultus

E

F

ad totum Ordinem Praedicatorum,

A. Avignon. " cedatur, ut in regno Valentia, non tantum
" Dominicani, sed etiam omnes alii presbyteri
" et clerici saeculares, ac Regulares, et qui
" cunque utriusque sexus viri et mulieres vo-
" luerint, ut supra, de Beato recitare, et Missam
" celebrare, sive audire possint.

omnemque cle- 61 " Et cum hoc etiam idem Sanctissimus
rum Valenti- " Dominus noster in eadem nostra Congrega-
num " tione Rituum examinari jussit, die XIX praesentis
" mensis Octobris, illustriss. et reveren-
" diss. DD. mei collegae una mecum congrega-
" ti, visis ejusdem Philippi III, Hispaniarum
" regis Catholici, litteris, et instantis factis
" nomine totius regni Valentiae, et universae
" Religionis Dominicanae, ac principum Flan-
" dria, censuimus, si Sanctissimo Domino no-
" stro placuerit, ut gratia praedicta possit ex-
" tendi per universam Religionem Dominicanam
" in toto orbe terrarum, et posse concedi in
" civitate tantum Valentiae, ubi dicti beati
" Ludovi corpus requiescit, ut omnes utrius-
" que sexus viri et mulieres, ac Religiosi Re-
B " gulares, et saeculares possint de dicto Beato
" Officium recitare, et Missam celebrare, vel
" audire.

extenditur. 62 " Et facta per nos de praedicta nostra
" Congregationis sententia relatione eidem San-
" ctissimo Domino nostro in consistorio secreto
" hac die infrascripta, Sanctitas sua annuit, et
" sententiam Congregationis laudavit et appro-
" bavit, ac concessit et indulsit, ut de dicto bea-
" to Ludovico per universum orbem a Fratri-
" bus et Religiosis utriusque sexus Ordinis
" Praedicatorum Officium et Missa recitari et
" celebrari possit et valeat, et in civitate Va-
" lentiae etiam ab omnibus saecularibus et Re-
" gularibus, qui voluerint, dictum Officium, ut
" supra, recitare, Missam celebrare, sive au-
" dire, libere et licite possint ac valeant. In
" quorum omnium et singulorum fidem ac te-
g " stimonium praesentes per inscriptum g ejus-
" dem Congregationis secretarium fieri jussi-
" mus, manu nostra propria subscripsimus, nos-
" trique soliti sigilli impressione muniri feci-
" mus. Romae in palatio nostra solite residen-
" tiae die xxv mensis Octobris mdc h. Pontifica-
" tus vero ejusdem Sanctissimi Domini nostri
A " Pauli, divina providentia Papae quinti anno
C " sexto.

" Dominicus episcopus Hostiensis Car-
" dinalis Pinellus.

" J. P. Mucantius Secret Congreg. "

ANNOTATA.

a Obiit Philippus II anno 1598, die 13
Septembris.

b Aragoniae Corona hic accipitur pro regno
Hispaniae generatim.

c Vide lit. praecedentem.

d ix Octobris.

e Imo ix.

f Vide lit. proxime praecedentem.

g Seu subscriptum.

h Lege: mdcx, ut supra num. 58.

CAPUT IV.

Causa Canonizationis B. Ludovici Bertrandi ad finem fere perducta, tandem vero a Clemente X absoluta.

Valentinus Praedicatorum conventus desiderans, ut Processus canonizationis B. Ludovici Bertrandi promoveretur, interea mortuo reverendissimo patre magistro Ysteglia, sacri palatii magistro, ejusdemque cause procuratore, decrevit unum e Religiosis suis ad curiam Romanam destinare, qui Ystegliae succedens eam curaret. Proinde dicti conventus Prior, magister frater Hieronymus Mos, omnium Fratrum consensu patrem fratrem Joannem Baptistam Alzamora, doctorem in Theologia, elegit, tradito ipsi procurationis mandato die iv Februarii anni mdcxv. Is die xix Octobris ejusdem anni Romam adveniens, nihil praetermisit, quo dictam causam promoveret, obtulitque summo Pontifici Paulo V memoriale, in quo Sanctitati Suae supplicavit, ut dignaretur causam canonizationis B. Ludovici Bertrandi committere tribus senioribus Rotae Auditorum, ut hi examinarent Processus ad canonizationem spectantes.

64 Concessit eam gratiam Pontifex, causamque illustrissimo domino Sacro, archiepiscopo Damasceno, illustrissimo domino Coccino, Rotae decano, ac reverendissimo domino Manzanedo de Chignones, auditori Rotae, commisit, quibus haec commissio oblata fuit die xxii Junii anno mdcxvi. Illi autem, acceptata commissione die xxvii ejusdem mensis, notarium cause constituerunt Sebastianum Taborino Virodunensem, primoque die Julii ejusdem anni Processus cause a Congregatione Rituum ad Rotam translati fuere, dictoque notario traditi. Cumque laudatus pater procurator cause tria Processus apographa facienda curasset, quorum quodlibet ex bis mille quingentis et quadraginta quinque foliis constabat, die iv Julii ejusdem anni iudices commissarii edito decreto mandarunt, ut apographa cum autographo conferrentur, ejus rei cura notario cause commissa.

65 Facta hac collatione, unicuique iudicium datum apographum est; sed cum jam inchoanda causa erat, placuit Deo praedictum patrem fratrem Joannem Baptistam Alzamora, cause procuratorem, ad se evocare, quod mense Aprilis anni mdcxvii evenit. Qua de causa nihil praeterea actum fuit, donec reverendissimus pater magister, frater Raphael Rifo, totius Ordinis Praedicatorum vicarius generalis (postea episcopus Helenensis a) ad conventum Praedicatorum Valentiae scripsit, ut aliquem patrum ad eam causam agendam Romam mitterent. Itaque magister frater Hieronymus Cucalini, tunc ibidem Prior, cum communi omnium patrum conventus consensu jussit me eum

CAP. X.
Causa Canonizationis

E

Rotae auditoribus committitur.

ejusdemque procurator constituitur Avignonis,

A eum in finem illuc ire cum mandato procuratoris, dato die vi Octobris anno mdcxvii.

B. Bertrandi

66 Romam ego adveni die xxviii Decembris dicti anni, et post exposita a me supra dictis iudicibus postulata, traditaque scripta necessaria, habita fuit die xxx Aprilis anno mdcxviii prima de causa canonizationis B. Bertrandi Congregatio in palatio Apostolico Quirinali, in qua illustrissimi domini iudices decreverunt, Processum commissorialem esse in forma probante ad prosequendam canonizationem. Secunda Congregatio Romae habita fuit in sacristia S. Augustini eodem anno mdcxiii, die xvii Julii, in qua decretum fuit, testes in Processu remissoriali bene ac juridice examinatos fuisse. Die xviii Septembris ejusdem anni mdcxviii habita fuit in eadem sacristia Congregatio tertia, in qua decretum fuit, ad canonizationem perficiendam optime probatam fuisse insignem B. Bertrandi fidem, ac pariter constare de ejusdem firmissima spe, et ardentissima charitate et amore Dei ac proximi.

B 67 Ejusdem anni mdcxviii die xxvi Septembris celebrata fuit quarta Congregatio similiter in sacristia S. Augustini, in qua decretum fuit, recte probatas fuisse B. Bertrandi virtutes, scilicet prudentiam, justitiam, paupertatem, castitatem, orationem et patientiam, ad canonizationem perficiendam. Die v Octobris ejusdem anni mdcxviii habita fuit Congregatio in Monte Quirinali, decretumque, constare optime de magna temperantia, mortificatione et humilitate B. Bertrandi, atque etiam bene probatum esse communicatum ipsi a divina Majestate donum prophetiae, magnumque populi concursum, qui post illius obitum ad ejusdem manus pedesque osculandas accedebat, et vestimenta ipsius pro sacris reliquiis auferebat; uti et magnam sepulchri ejus venerationem.

virtutes,

et varia vici,

68 Eodem anno mdcxviii, die xv Octobris habita fuit sexta Congregatio in palatio Apostolico Montis Quirinalis, in eaque decretum est, ad canonizationem faciendam bene probata esse duo miracula; videlicet unum de grandi incendio, quod e monte versus vineam in confinibus Albaydæ b velociter progrediens Beatus, solo signo Crucis formato, subito penitus extinxit; alterum de strumis Sperantiae Assensu a Beato, ulcera lambendo, sanatis; quæ sanatio pariter subitanea fuit. Anno mdcxix, die xviii Februarii domini iudices septimo congregati fuere in palatio Quirinali, approbaveruntque pro canonizatione duo miracula, quorum unum fuit multiplicatio panis in conventu sancti Honuphrii, quod ex septem frustis panis ultra triginta Fratres refecti fuerint ad primam mensam, et abunde superfuert ad secundam; alterum autem miraculum fuit de Vincentia Moregli, quæ, cum omnino contracta esset et ulceribus plena, se ipsam frustulo habitus Beati attingens eo ipso temporis momento convaluit.

mortuusque

69 Die iv Martii anni mdcxix octava Congregatio habita fuit in eodem palatio, ac tria miracula ad eundem finem approbata fuerunt. Primum erat lumen supranaturale, quod ex ore Beati prodire visum est eo temporis momento, quo ille animam exspiravit; secundum musica angelorum, post ejusdem obitum audita; tertium de fistula Isabellæ Salon, quæ Beati jam defuncti manu tacta illico sanata fuit. Nona Congregatio in Monte Quirinali habita

fuit anno mdcxix, die xx Martii, in qua approbata sunt duo miracula de duobus pueris graviter agrotantibus, quorum unus laborabat feбри, fluxuque ac gravi hernia; alter vero, præterquam quod etiam gravem herniam pateretur, vomebat sanguinem, qui ambo eodem temporis momento, quo aqua fontis a Beato, dum viveret, benedicti, loti fuere, sanati sunt.

A. Avignonæ.

70 Die xv Aprilis anni mdcxix habita in eodem palatio est Congregatio decima, in qua approbatum fuit miraculum factum in Anna Monforti, quæ cum paralytica esset et vicina morti, ex eodem fonte bibens sanitatem recepit. Die xvii Maii anno mdcxix in eodem palatio habita fuit Congregatio undecima, duoque miracula approbata fuere; unum scilicet de Gaspare Ramirez cæco, qui Beati sepulchrum invisens, perfectum visum recuperavit; et alterum de puellula pariter cæca, Joannis Sagarra filia, quæ oculos suos aqua prædicti fontis lavans videndi facultatem illico recepit. Die xiv Junii anni mdcxix duodecima vice iudices convenerunt in supra dicto palatio, approbaveruntque miraculum Joanni de Pedever claudocessum, qui cum incedere nequiret sine fulcris, portatus ad Beati sepulchrum, post fusas ibi preces, eodem tempore incolumis evasit.

miracula

E

71 Die iii Julii anni mdcxix in eodem palatio fuit habita Congregatio decima tertia, quæ duo miracula approbavit, unum splendoris supernaturalis, visi in Beati cadavere in ecclesia; alterum supernaturalis odoris, quo idem Beati corpus fragravit. Die xxxi Julii anni mdcxix decima quarta Congregatio celebrata fuit in Sapientia, in qua tria miracula approbata sunt; videlicet, quod, cum Isabella Vincentia Pugiades vehementi feбри correpta, loquendique facultate destituta et morti vicina decumberet, solo Beati Rosarii tactu perfecte sanata fuerit; alterum, quod Andrea Alreus, postquam ter peperisset, omni lacte semper destituta, cum quinque mensibus post tertium puerperium sepulchrum Beati inviseret, lacte abundaverit. Tertium, quod, cum Hieronyma Giner totum caput ulcerosum cteque ac capillis radieitus nudatum haberet, postquam illud oleo lampadis ad sepulchrum Beati ardentis unctum fuit, sanata fuerit, capillique renati sint.

Rota auditores recte probata fuisse statuerunt

72 Dum causa agebatur in Rota, rex Philippus III majori etiam, quam ante, desiderio flagrans, eam brevi terminatam videndi, hæc litteras ad Paulum V Papam scripsit. « Sanctissime Pater. Scribo ad Cardinalem Borgiam, » ut meo nomine supplicet Sanctitati vestræ, » ut jubere dignetur, causam canonizationis » beati Fratris Ludovici Bertrandi e civitate » Valentia oriundi, et Religiosi Ordinis S. » Dominici, quantocumque expediri, multas ob » causas, multasque rationes id ita exigentes, » ac singulariter ob solatium, quod hæc civitas et peculiariter Religiosi conventus, in quo » ille habitum induit, vixit obiitque, et ejusdem corpus quiescit, inde hausturi essent. Obsecro Sanctitatem vestram, ut ipsum audire dignetur, eique fidem habere, ac supplicibus » ipsius precibus benigne annuere, quod ob alias et legatas rationes pro gratia et singulari favore » Beatitudini vestræ acceptum referam, ejus » Sanctissimam personam Dominus noster ad » prosperum felixque universalis Ecclesie regimen servet incolumem. Sanctitatis vestræ humillimus » millimus

F urgentibus interim causam Philippo III,

A. AVIGNONO.

» millimus ac devotus filius Philippus Dei gratia etc., qui ejusdem sanctissimos pedes ac » manum osculatur. Rex. »

varisque civitatibus

73 Eidem summo Pontifici pro eadem canonizatione obtinenda per litteras supplicarunt illustrissimus ac reverendissimus dominus, dominus Isidorus Aliaga, archiepiscopus Valentinus die viii Novembris anni mdcxvii; Jurati civitatis Valentiae Joannes Baptista Catalani, Petrus Ludovici Ramos, Balthasar Dalp, Franciscus Artes, Alphonsus Sugner, et Raphael Darder die iv Novembris anni mdcxvii; Deputati regni Valentiae die ix Novembris anni mdcxvii; Juratis civitatis Segorbiensis Hieronymus Vincenzo, Joannes Climente et Petrus Climente die xxx Julii anni mdcxiv; et ejusdem civitatis capitulum die viii Junii anni mdcxiv; jurati civitatis Alicante Jacobus Pastori, Franciscus Camicia, et Martinus Perez die xiii Februarii anni mdcxviii, ejusdem civitatis capitulum die xiii Februarii anni mdcxviii; Deputati regni Aragoniae die vi Novembris anni mdcxix; illustrissimus dominus comes Aranda die xvii Octobris anni mdcxix; Jurati Caesaraugustae die xviii Novembris anni mdcxix, et capitulum ejusdem archiepiscopatus die xxviii Novembris anni mdcxix.

CAP. XI. Oblata Pontifici Rotae auditorum Relatione,

74 Postquam domini Auditores Rotae praedictas Congregationes habuerant, summus Pontifex Gregorius XV initio Pontificatus sui illustrissimum et reverendissimum dominum Franciscum Sagrati, archiepiscopum Damascenum, ob multa sua merita creavit Cardinalem, ac Datarium munere honoravit. Qua de causa cum illustrissimus iste non posset amplius isti causae vacare, supplicatum Pontifici est, ut alterum judicem in illius locum sufficeret, suffecitque ipse mense Maio anni mdcxxi dominum Jacobum de Cavalier, velut seniore Auditorem Rotae, qui Romae tunc aderant. Postquam hic recognoverat omnia, quae in hac causa gesta fuerant in Rota, et Relationi ab illustrissimo ac reverendissimo domino Joanne Baptista Coccino, decano Rotae, compositae, in qua omnes Sancti virtutes pariterque octodecim miracula in supra dictis congregationibus pro canonizatione probata, prolixè continebantur, una cum ceteris iudicibus subscripserat (quam Relationem, quia longa est, hic non insero) eandem praedicti tres iudices die xiii Augusti anni mdcxxi summo Pontifici Gregorio XV in Apostolico palatio Quirinali cum opportunis viva vocis verbis obtulerunt.

S. R. Congregatio causam recognoscit,

75 Pontifex autem subsecuto mense Septembris eam Congregationi Rituum commisit, ut canonizationis causam donu examinaret; et ab hac Congregatione commissa fuit illustrissimo ac reverendissimo domino Cardinali Pignatello, ut eadem sacrae Congregationi proponeret. Cumque ei consignatus fuisset totus Processus, omniaque scripta summariaque tradita omnibus dominis Cardinalibus dictae Congregationis, aliisque, qui intervenerunt, ac nominatim doctori Joanni Baptistae Spada, summi Pontificis Cameraeque Apostolicae fisco, qui ad singulas congregationes suis temporibus citatus fuit; illustrissimi ac reverendissimi Cardinales in multis congregationibus cum maturo iudicio pronuntiarunt, Processus validos esse, recteque probata omnes virtutes ac miracula, quae Auditores Rotae examinerant, et in Relationem ab iisdem summo Pontifici oblatam retulerant.

Proinde die xxii Decembris anni mdcxxi causam canonizationis B. Ludovici Bertrandi concluderunt, edito decreto, posse Pontificem, quaecumque ipsi placeret, eundem Beatum inter Sanctos referre. Decretum hoc sic habet.

76 « Beati Ludovici Bertrandi die xii Decembris mdcxxi. Discussa diligenter ac mature » perpensa, de mandato Sanctissimi Domini nostri, in ordine ad canonizationem, causa beati » Ludovici Bertrandi Valentini, Ordinis Praedicatorum; Congregatio sacrorum Rituum, » pluribus desuper habitis sessionibus, illustrissimo Cardinali Pignatello referente, censuit, » tuto posse Sanctissimum Dominum nostrum, » quaecumque sibi libuerit, ad solemnem » ejusdem beati Ludovici canonizationem juxta » sanctae Romanae Ecclesiae ritum et sacrorum » Canonum dispositionem venire, eundem » que diffinire, Sanctum cum Deo regnantem, » atque universali Ecclesiae proponere colendum » ac venerandum.

» Franciscus Maria Card. a Monte.

» Locus † sigilli.

» J. Baptista Rinuccinus Secretarius. »

77 Porro non solus Philippus III rex pro canonizatione B. Ludovici saepe ad summum Pontificem scripsit, verum Philippus IV, illius non solum regnorum, sed etiam magis pietatis ac virtutum heres, ad Gregorium XV d. felicis recordationis eundem in finem sequentes litteras dedit. « Sanctissime Pater. Scribo ad duces d'Alburcherche, legatum meum, » ut meo nomine Sanctitati vestrae supplicet, » ut dignetur mandare, causam canonizationis » beati Fratris Ludovici Bertrandi, Ordinis S. » Dominici, breviter expediri ob plurimas » stas rationes, quae concurrunt, uti idem legatus pluribus exponet. Supplico humiliter, » ut Sanctitas vestra eum auscultet, eique fidem praestet ac benigne admittere dignetur, » quidquid ille hac in parte meo nomine flagitaverit; quod pro singulari Beatitudinis vestrae gratia ac favore habeo, cujus Sanctissimam personam Dominus noster ad prosperum felixque universae Ecclesiae suae regimen incolumem servet. Matrivi die xii Decembris anni mdcxxi. Sanctitatis vestrae humillimus ac devotus filius Philippus Dei gratia Castellae, Aragoniae, Legionis, Navarrae et Indiarum rex, qui tuos sanctos pedes manusque osculatur. Rex. »

78 Cum in suo canonizationem ad finem perductam videndi desiderio idem rex semper persisteret, hasce secundas litteras ad eundem Pontificem dedit: « Sanctissime Pater. Tanta est devotio, qua ego beatum Fratrem Ludovicum Bertrandum, Religiosum Ordinis S. Dominici, prosequor, tantumque meum eundem Sanctis adscriptum videndi desiderium, ut, quamvis die xii Decembris anni elapsi ad Sanctitatem Vestram hac super re scripserim, pro fide habenda duci d'Alburcherche, consiliario meo ac legato; nihilominus, cum intellexerim, quantum jam profecerit, volui, ut ille de novo proponat ea, quae Sanctitas Vestra ex ipso audita est; cui supplico, ut id negotium terminare dignetur, persuasumque habeat, id me pro favore ac singulari gratia Sanctitatis vestrae habiturum, cujus sanctissimam personam Dominus noster ad prosperum et felix universae Ecclesiae suae regimen servet. Ex Pardo e die xvi Januarii anni mdcxxiii *.

» Sanctitatis

decernitur procedi posse ad canonizationem,

quam Philippus IV

d

F

iteratis litteris etiam uris, obtinuissetque,

* an mdcxxii?

A " Sanctitatis Vestrae humillimus et devotus fili-
 " lius, Philippus, Dei gratia Castellae, Arago-
 " niae, Legionis, Navarrae et Indiarum rex, qui
 " ejusdem sanctissimos pedes osculatur. Rex. "

79 Haec litteras summo Pontifici obtulit illu-
 strissimus et excellentissimus dux d'Alburcher-
 che, ac studiose negotium illud tractavit; Pon-
 tificem vero pari cum affectu suam de B. Ludovico
 Bertrando inter Sanctos referendo voluntatem
 eidem excellentissimo domino significavit; quod
 propediem faciendum fuisse certo credebatur,
 cum, ejusdem Pontificis morte interveniente f,
 nihil effectum fuit g.

nisi, confecto
 fere negotio,
 Pontifex obis-
 set.

f

g

regna et provincias, nostris majoribus antea D
 ignotas, ita innotuerit ejus virtus, ac vigor in
 totius orbis victoria, ipsiusque de mundi prin-
 cipe triumphus, ut jam tremendum illud cunctis
 potestatibus nomen, quod est super omne no-
 men, sibi jam barbaras nationes subegerit " et
 " in nomine Jesu omne genu flectatur, ac omnis
 " lingua confiteatur, qui Dominus Jesus in glo-
 " ria est Dei Patris a. "

2 Plures hujusmodi, et strenuos operarios
 continuata serie Catholicae Ecclesiae Praedica-
 rum Ordo ministrare non destitit, inter quos no-
 vissime egregius Dei servus Ludovicus Bertran-
 dus mirifice claruit, qui ardentissima in ipsum
 Deum, et proximum caritate flagrans, cetera-
 rum virtutum excellentia, prophetiae dono, et
 Apostolico ministerio coruscus, omnium lingua-
 rum laudibus merito celebratur, cujus pietas et
 devotio adhuc in ipsa tenera aetate effulsit, qui-
 bus et mundi contemptum, et religiosi status
 perfectionem jugens, veteranis professoribus
 admirationi, et exemplo fuit. Postmodum ad
 Occidentales Indos Evangelicus praedicator
 missus plurimos ad Christi fidem adduxit. Apo-
 stolicis etiam signis, charismatibus, et auctori-
 tate decoratus, et cunctis virtutibus fulgens, in-
 ventus est dignus, qui super excelsum candela-
 brum in sancta Ecclesia collocaretur, ut ceteris,
 qui in domo Dei sunt, ejus radii elucescant.

a
 ex Praedicatorum
 Ordine
 Ludovicus Ber-
 trandus sic ex-
 celluit,

E

ANNOTATA.

a Helena, vulgo Elna, urbs parva in comi-
 tatu Ruscinonensi, sedem olim habuit episco-
 palem, quam Perpiniarum transtulit Cle-
 mens VIII anno 1604.

b Consule Indicem Geographicum.

c Obiit anno 1621 ultimo die mensis Martii.

d Paulus V obiit anno 1621 die 21 Januarii,

B in cujus locum mensis sequentis die nono ele-
 ctus fuit Gregorius XV.

e Palatio regio, binis circiter leucis Matri-
 to distante.

f Obiit anno 1623 die octava Julii.

g Hactenus Avignonis. Tandem B. Ludovi-
 cum Bertrandum in Sanctorum numerum re-
 tulit Clemens X anno 1671, die 12 Aprilis,
 edita, quam Appendicis loco subjungimus,
 sequenti Bulla.

ut Sanctorum
 albo meruerit
 adscribi.

APPENDIX

Clemens X. B. Ludovicum Bertran-
 dum in Sanctorum numerum
 refert.

CLEMENS EPISCOPUS

C

SERVUS SERVORUM DEI.

AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Inter cultores,
 quos Deus in
 vineam suam
 semper misit,

Caeli, terraeque conditor ab ipso mundi
 exordio usque ad haec nostra tempora, in
 quibus seculorum fines devenisse creduntur,
 nunquam per singulas aetates, tanquam per ho-
 ras distributas, operarios in vineam suam mit-
 tere destitit, qui pondus diei et aestus por-
 tantes, labore, sudore ac sanguine illam irri-
 garent, et omnium caelestium virtutum ac
 aeternae vitae fructibus germinare eam facerent,
 donec juxta divina Scripturarum oracula ex
 omnibus gentibus, tribus, populis, et lin-
 guis a solis ortus cardine usque ad terrarum li-
 mites, omnes ad cenam Agni providi congregati
 in regno caelesti vinum novissimum bibe-
 rent, quod Dei sapientia electis suis miscere
 consuevit. In excolenda sanctae Crucis vite
 omni cura potissimum insudarunt, in operibus
 diversi, in veritate uniformes, ut etiam per

3 Rationi, et aequitati convenit, ut praeclarus
 hic Dei famulus, qui pro ejus gloria, et anima-
 rum salute multos maximosque labores, et
 aerumnas pertulit, cujus nomen Deus ipse glo-
 riosum effecit, a Nobis quoque, qui ejus vices in
 terris, licet immeriti, gerimus, honorabilis ubi-
 que reddatur. Hunc igitur, ut jure merito in
 Ecclesia militanti populus fidelis et plebs Deo
 dicata Sanctorum Fastis adscribi, plenius agnoscat,
 ejus praeclare gesta, et eximia virtutum
 ornamenta, tanquam praecellentia, ad imitan-
 dum proponenda duximus, ut Christi nomine
 decorati gesta sua ad ejus exemplum in Dei
 gloriam conformantes eum in opportunitatibus
 et tribulationibus advocatum apud Deum Pa-
 trem Omnipotentem habere mereantur, atque
 ut Christi fidelium ora promptius in divinis
 laudibus exultent, et pietatis fervor erga tan-
 tum Jesu Christi Servum magis in dies excite-
 tur, ejus admirandam, et omni laude dignam
 in terris peractam vitam in primis exponere,
 et brevi inclusam eloquio cunctis patentem red-
 dere decevimus.

4 Valentiae igitur in Hispanio Tarraconensi
 ex piis, honestis, Catholicisque parentibus,
 Johanne Ludovico Bertrando, et Johanna Anna
 Exarch b editus est in lucem Ludovicus Ber-
 trandus anno Dominicae Salutis millesimo quin-
 gesimo vigesimo sexto Kalendis Januarii,
 et ibidem in parochiali S. Stephani ecclesia,
 eodemque fonte, quo olim S. Vincentius Fer-
 reri c in Christo renatus fuerat, baptizatus
 fuit, ut Sanctum cui Ludovicus carnali pro-
 sapia junctus erat, communi etiam regenera-
 tionis propinquitate attingeret d. Infans a pa-
 rentibus eidem S. Vincentio mire devotis, pie,
 honesteque educatus, necnon optimis moribus
 ita imbutus fuit, ut neque in illa tenera aetate
 defuerint argumenta futurae sanctitatis; vagien-
 tis enim, ac plorantis lacrymae nulla re sisti
 certius poterant, quam Sanctorum imaginibus
 ejus conspectui oblati, quarum ad intuitum
 domi,

Ejus natalis so-
 lum ac tempus
 parentes, pia
 infantia, b

c

d

A domi, et in templi mirifice gestiebat. Crescente ætate, crevit pariter virtutum amor, et erga res divinas pronus affectus.

pueritia et adolescentia,

5 Vix pueritiæ limen attigerat, quando notatus fuit crebro ad solitudinem cubiculi sese recipere, ut geniculans prolixæ orationi incumberet. Illic Dominum in se loquentem audiens, suimet corpusculi robustus domitor evasit; illic spreta delicati cubilis mollitiæ, aut humi, aut duro in ligno modicum somnum capiebat; illic jejuniis, victuique parcissimo corpus assuescere docuit, ac variis penitentia austeritatibus extenuare cœpit. Exinde frequentando gymnasio, et litterarum studiis addictus non minus prava consortia, nugas, atque illecebras, quam otii laxamenta, velut bonarum artium æruginis, et virtutum pestes, cautissima sedulitate jugiter evitavit. In simplicitate cordis sui quasivit Dominum, et invenit illum. In ecclesiis enim, et maxime Ordinis Prædicatorum sæpissime orationi vacans morabatur. Sacris etiam lectionibus, divinisque colloquiis mentem reficiens, invenit, quem diligebat anima ejus; sanctissimæ Eucharistiæ frequenti, humili, et oculata sumptione delectatus, in Dei, ac proximi amorem totus exarsit. Xenodochia magna caritate visitans, pauperibus tota animi sui demissione inserviebat.

professio in Ordine Prædicatorum, presbyteratus; munita ab eo obitu

6 Ut Domini consilium de relinquendis domo, fratribus, et parentibus perfectius imple-ret, eremi desiderio clam domo aufugit; sed specioso pietatis titulo revocatus, aliamque fallacis seculi fugam auspiciatus, primo clericalem admisit habitum, mox vero non sine magna cum domesticis lucta Ordini sancti Dominici nomen dedit in conventu Prædicatorum Valentino, et Religionis habitu suscepto, præclara S. Vincentii Ferrerii, ejusdem familiæ celeberrimi alumni, vestigia sibi sequenda proposuit. Ejus exemplo in omnium virtutum genere proficiens, genitoris querelas, et blanditias invicto animo superavit, et tirocinii anno expleto (in quo regularis militiæ præclara dedit indicia) solemniter Religiosæ professionis vota emisit. Postquam multis, magnisque virtutum incrementis vitam, quam ad eum usque diem C integerrimam egerat, cumlavit, sacros Ordines peracto Noviciatu e suscepit, et ad sacrum presbyteratus Ordinem promotus f; paulo post Noviciorum magister raro exemplo eligitur g, quod munus cum pluribus annis magna cum laude exercuisset, Vicarius conventus de Albayda h; deinde Prior S. Honuphrii fuit designatus. Demum conventui Valentia præfuit i, in quibus ceteris fratribus non tam prælatione, quam virtute, et exemplo semper præ-ivit.

Assidua oratio divinitus illustrata: fames et reverentia sacra Communionis:

7 Inter cetera, quibus ad sublimem perfectionis gradum pervenit, summum fuit orationi mentali per quatuor integras horas quotidie vacare, Dominicæ Passionis mysteria magno cum fervore, et mentis jubilo recolendo. His post meridiem contemplandis beatissimæ Virginis gaudiis dimidiam horam addebat. Sub his celestium illustrationum commerciis sæpe visus est non solum spiritu rari in ecstasim, sed et corpore a terra sublevari, et luculentis splendoribus conspicue circumfundi. Erga sanctissimum Altaris Sacramentum miro ex intimis præcordiis ardore flagrabat, sciens, hoc esse pulcrum, et optimum electorum frumentum, se vinum germinans Virgines; propterea fami-

liares ad ejus sumptionis, vel saltem visitationis frequentiam vehementer hortabatur. Sacrum Missæ sacrificium celebraturus angelicæ puritatis candorem æmulari cupiens, quantavis carnis mortificatione, et mentis in Deum elevatione esset ornatus, sibi nihilominus nunquam satis paratus videbatur esse. A sacrificando impeditus sacra Eucharistia reficiebatur, ut jugiter Christum in se manentem haberet, et in eo ipse quoque assidue maneret.

8 Vt cum Patre Luminum jugis esset conversatio sua, mira simplicitate in omnibus semper se gessit; magna tamen cum prudentia qua præditus erat. Humilitati sic addictus fuit, ut in sui nihili cognitione, et vili existimatione perpetuo moraretur. Se omnium in virtutibus minimum, in peccatis maximum prædicans, omnibus subesse satagebat; ab ipsis Noviciis de suis defectibus admoneri non solum gaudens, sed etiam sæpe imperans. Scipsum Davum perturbantem omnia, ac solum Judæ proditoris, ac dæmonum consortio dignum appellans, innumeris aliis seipsum probis, et conviciis onerabat. Summo mærore cum honorifice aut tractaretur, aut exciperetur, afficiebatur, ita ut procumbens in genua, ne manibus suis oscula figerent, deprecaretur, ac Paternitatis titulo Prior se honorari inhiberit. Si quem læsisse sua maestitia, aut aliter timuisset, genuflexus veniam posecebat. Concionatoribus, etiam ipsis, quos instruxerat, ministrum se jungebat, nec ullius, quamvis inereditum, sermonem desepxit. In ipsis favoribus cælestibus, et divinis revelationibus mirifice humilitatis spiritum custodivit. Timore judiciorum Dei percussus, se in infernum demergi sibi ipsi videbatur, cui timorem filialem a Deo precibus, et pœnis obtentum jungens, mæstus et pavidus continuo apparebat.

9 Eundem profundæ humilitatis spiritum in sibi subditorum cordibus superior existens inserere studuit, dicere solitus, Religiosum, perfectionis cupidum, debere spernere se, spernere nullum, spernere mundum, et spernere se sperni. In his unumquemque sic proficere debere, dicebat, ut, quantavis virtute et meritis clarus esset, nunquam tamen de se præsumeret, aut se alicui præferret. Magnis æstuvit caritatis erga Deum incendiis, quam nunquam tribulationum aquæ extinguere potuerunt: unde et zelo Dei ardens urebatur, si quid contra Dei præcepta moliri, aut videret, aut audiret; quin et sermones ejus, ut faces ardebant, nihil de seculi vanitate mixtum continentes, sed vel ad Dei famulatum, vel ad penitentiam et peccatorum detestationem directi erant; frequens fuit in sacra Scripturæ sententiis, aut Sanctorum gestis enarrandis, magno fervore exaggerans, horrendum esse incidere in manus Dei viventis et irati. Hinc plures re ipsa experti sunt, se ab ejus conversatione novis semper in Dei servitute fervoribus excitatos recessisse.

10 Cum nobilis quidam communem vitiorum objurgationem ad se singulariter credidisset a B. Ludovico directam, mortem, quam ei comminatus fuerat, nisi dicta in suggestu revocaret, viriliter renuenti, stricto in eum sclopo intentat, illico in Crucifixum mirabili transformatione sclopus mutatur, ipso aggressore miraculi vi prostrato, ac venia enixe petente: beatusque Ludovicus suæ humilitati consulens, plus timens laudatum populum, quam scelopum,

*mira Viri-
militas eumque*

E

*aitis persua-
dendi studium
caecitas in De-
um charitas:*

F

*fu ga plausus
popularis: de-
siderium mar-
tyrii:*

A scelopum, suo socio Christophoro de Mora præcepit, signans in ejus pectore Crucem, ut prodigium celaret, usque dum annis triginta transactis interrogatus panderet veritatem. Usque adeo ardens erat in eo martyrii desiderium, ut in tremendi sacrificii elevatione cum Petro Martyre *k* ex intimis præcordiis divinam Majestatem exoraret: " Da mihi Domine, ut pro te " moriar, quemadmodum pro me mori volui " sti. " In prospectu etiam imaginis S. Vincentii Martyris *l* eisdem pœnis, et suppliciis, quibus ipse certavit, et, vici afflicti vehementer optavit. Audiens pœnas, quibus pro fide Christi sua ætate aliqui gloriose diem clauserant extremum, ex profundo cordis in júbilo erumpens eis cum similibus victoriis totis visceribus se socium jungi, cupiebat.

amor proximi, maxime ex-viente peste, etiam miraculis probatus.

11 Eadem caritate etiam erga proximum ardens animarum solatio et progressus totis viribus promovebat. Frequens fuit in confessionibus audiendis, pro aliorum culpis expiandis duris se flagellis cœdens; quibus et mulierem, honestæ, quoad seculum, conditionis, cujus peccandi consuetudinem, Deo revelante, noverat, revocavit. Adolescentula etiam ne caderet, orationibus et pœnis a Deo obtinuit. Pestis tempore quoscumque mendicos obvios habuisset, ad Conventum S. Annæ Albaydæ, quamquam inopia laborantem, ubi tunc munus agebat Superioris, reficiendos adducebat, dicere solitus, Deum nunquam sibi fideliter servientibus deesse. In vias, et montes procedens, peste extinctos sepultura donabat. In Xenodochiis et domibus infirmos sæpe invisens, eorum plurimos, imponens eis manus, et pro eis deprecans, sanitati restituit, inter quos non sine evidenti miraculo religiosus vir, Franciscus Allemanus, jam morti proximus a B. Ludovico de recuperanda valetudine certior factus, paulo post omnino liber convaluit. In sedandis odiis, et reconciliandis animis magnopere etiam hujus viri caritas enituit: in carcere etiam detentis, aut morti addictis, ope, et auxilio non deerat, quorum plures e miseris, et injustis vexationibus miro modo, et suaviter liberavit.

In Americam navigans graviter læsum sanatur: sermone Hispanico a variis populis intelligitur.

12 His Dei et proximi amoris ardoribus incensus in terram alienigenarum gentium vere sapiens pertransire decrevit, ut Indorum animas Deo lucraretur, a quo nec amicorum, vel fratrum, aut sororum artibus, precibus, vel lacrymis dimoveri potuit; omnibus enim magna cum animi submissione non sine fletibus valedicens, pedestre iter Occidentalem Indiam *m* versus arripuit, et Hispali *n* navem ingressus omnibus adificationi, solatio, et auxilio in opportunitatibus fuit; in qua sui Ordinis Religiosum a cadente ponderosa trochlea gravissime læsum, vulnere aqua loto, sic sanitati pristinæ restituit, ut postridie, mirantibus cunctis, nec vestigium quidem cicatricis apparuerit. Appulit ad Carthagenæ portum, ibique in Conventu sancti Josephi sui Ordinis habitavit, et inde ad diversos Indorum populos missus evangelizavit, incolentibus scilicet Tubaram, Cipacoam, Paluatam, Mompoix, Serram sanctæ Marthæ, Tuncarum, Tenerifem et aliis, ibique plura, et mirabilia perpetravit. Orationibus a Deo obtinuit, ut lingua sua Hispanica, in qua natus erat, evangelizando absque interprete intelligeretur ab Indis. Vigiliis,

Octobris Tomus V.

sitim, famem, æstum et frigora in hoc Apostolico ministerio ferens, semper pedes incedens, et sæpe æger, cursum suum cum Apostolo consummare gestiebat.

13 Socium quandoque habuit rudem moribus, cui non sine miraculo mortale vulnus in capite curaverat, quin etiam præter expectationem, ut ei subveniret, apparuit arbor pomifera, fonsque ad radicem scaturivit, ut illum recrearet, et convivaret; qui postea eum inurbane deserens, misere, sicut ei Vir Dei prædixerat, reliquum vitæ tempus, et finem consumpsit. Visus est etiam sæpe in itinere a via secedens flagellis se cedere. Pluries obvias habuit tigres, aut alias feras, quæ signo Crucis ab eo mites reddite, itinerantibus illæsis relictis, alio iter arripiebant. Carthagenæ concionator deputatus in Quadragesima, ut ei mos erat, visus fuit duriora corda emollire, et auditores non nisi compunctos, et amare flentes dimittere. Rapiebat audientium mentes; neque enim hominis, sed angeli spiritum verba ejus redolebant. Contumeliis propter hæc a carnalibus, ac etiam probris et irrisionibus appetitus gaudebat, quod pro nomine Jesu talia pati dignus haberetur. Tubaram a superiore missus, ut gentes illas Dei cognitione imbueret, et sanctæ Ecclesiæ Sacramentis initiaret, omnibus illius loci infidelibus, orationibus, jejuniis, flagellationibus, et aliis pœnis, a Domino conversionis gratiam obtinuit, quam per conciones ipsius Dominus noster exequi dignatus est. Dæmonem ibi mentito habitu ab his laboribus dehortantem detexit, et ululantem abire coegit. Infantem, qui fuit primus, quem sacro fonte abluit, ab Indo, quamvis idolatra, delatum Michaëlem appellavit, ipsomet Indo palam testante, se ab angelo Domini admonitum, consecuturum eum cum baptismo salutem æternam, et ad hoc ipsum B. Ludovicum a Deo illud directum fuisse.

14 Idolorum etiam turgia succendi curavit, et tanta sanctitatis ejus fama apud barbaras gentes invaluit, ut plurimos ex illis fures in quemdam ministrum (sola præsentia tumultum sedando) definuerit. Publicum etiam *F* ibi adulterum, quamvis potentem, acriter reprehendit, a quo postea armis valide invasus, mirantibus cunctis, telo in terram cadente, incolumis, et intrepidus evasit. Nec ab hominibus solum, sed etiam a dæmonibus in illarum gentium conversionibus plurima pertulit; præsertim apud quemdam veteranum idolorum sacerdotem morti proximum, quem sacro baptisinate initiavit, et ab ipsorum immundorum spirituum infestatione, fixo apud illum S. Crucis signo, liberavit. Jacobum Raphaëlem Francæ ex eo loco prævidit naufragum futurum, quem propterea per diem, et binas noctes nantem, et beatissimæ Virginis Rosarii patrocinium assidue implorantem, salvum ad littus recepit; ubi eum propterea cum subsidiis victus et vestitus expectaverat, et a mortis instantis faucibus eripuit.

15 Ab ipsis Indis visus fuit a terra in ecstasi elevatus, quem postmodum summa veneratione coluerunt, et abeuntem amare defleverunt; crediturque, populum illum ejus intercessionem in Christi Domini fide adhuc perseverare, ad cujus hospitium in oratorium commutatum, etiam nunc et Indi et Hispani ad divina beneficia

mira patra, Tubaritas convertit: infantem, Deo providente, baptizat:

E

idola evertit: fures cohibet: multa suffert: naufrago subvenit:

F

in aëre elevatur, in veneratione habetur: multos Indos alibi convertit: mira facit: virum innocue beneficiat.

A ficia ejus patrocínio impetranda accurrunt. His similia in oppidis Cipacoe, et Peluati egit, ubi etiam Evangelicam paupertatem servans, lætus in rerum summa inopia et volens, vitam degebat, ac orationibus præter spem optatos obtinuit imbres, et Cinagam fluvium, præ aquarum redundantia impervium, signans Cruce aquas, prout voluit, transegit. Cadentes etiam circum undique pluvie, illo beatissimam Virginem de Rosario pie invocante, nec ipsum, nec socios attigerunt. Sub monte sanctæ Marthæ Indorum accolarum circiter quindecim millia, suis prædicationibus ad fidem conversa, baptizavit, et non procul inde potentissimum venenum sibi ab Idolorum sacrificio propinatum ebibens, post quinque dies lethale virus cum aliquot vermibus, seu parvis serpentibus, stomacho ejecit, ac incolumis magno presentium stupore perduravit.

Alia ab ipso in America patrita.

B 16 Dæmones visibiliter gentibus illis apparentes, signo Crucis, et miris modis sæpe fugavit quibus plures alios ad fidem adduxit. In Oppido Mompóix visi sunt ei genuflexo assistere sancti Doctores Ambrosius et Thomas de Aquino. In Insula Sancti Thomæ dum furentes pagani, arreptis lapidibus, viro Sancto necem intentant, monitus, ut fugeret, constantissime renuit, solaque divini verbi efficacia ducentos ex aggressoribus jugo Christi subiecit. Quemdam ex regionis proceribus, de salutiferæ Crucis arcano mysterio doceri cupientem, repentino miraculo convertit, nam arboris truncum ibidem toto corpore circumplexus conspicuam figuram Crucis rudi cortici mirabiliter impressit; eoque ostento tum illi, tum aliis, baptismum in fide vivificæ Crucis persuasit. Sane vir iste Apostolicus non solum juxta promissionem S. Evangelii, quod prædicabat, in nomine Domini Nostri Jesu Christi dæmonia totis regionibus ejecit, serpentes infernales, visibiliter incolis minaces, abstulit, ac linguis novis inter gentes locutus est; verum etiam pluries in testimonium fidei mortiferum quid bibens innoxie, discrimen vitæ superavit. Indam adhuc infidelem in partu extreme periclitantem, sua zona præcingi jussam, una cum prole

C ab interitu liberavit, ipsamque jam puerperam cum marito, propinquis, ac domesticis, lavacro S. baptismatis ab infidelitate mundavit. Navigans cum aliis in flumine, a Magdalena nuncupato, irruente tempestate navi eversa, cunctisque in aqua immersis, orans emersionem et incolumitatem obtinuit. Pristinam valetudinem pluribus reddidisse, et defunctam ad vitam sanctissimi Rosarii applicatione revocasse, compertum fuit.

In Hispaniam post sedatam tempestatem rediit, S. Honuphrii, ac deinde Valentini conventus

17 Videns, nec impedire, aut ferre valens angustias, quibus ut plurimum violenter a præfectis quibusdam, etiam vulneribus et cæde Indi opprimebantur, obedientia obtenta, in Hispanias rediit. Cumque in mari navis periclitaretur, rogatus a navigantibus tumentes undas tandiu Cruce signavit, donec, optata tranquillitate reddita, omnes ad portum Hispalis incolumes pervenerunt. In Conventu S. Honuphrii post reditum ab Indis ex obedientia præfuit, quem ære alieno gravatum, et inopia, ex annorum sterilitate orta, laborantem invenit, et omnibus satisfaciens, Religiosis nunquam in aliquo ex consuetis defuit. Quin et plurimis egenis, miserabilibusque personis large elemosynas suppeditavit, quandoque etiam Deo

illorum necessitates revelante, et mirabiliter ei pecunias ministrante; quin et in edificio ad honorem S. Crucis constructo ostendit, regente Domino, servis ejus nihil deesse. In cœnobio Valentini superiorum jussu, licet invitatus, Prior constitutus, in cella S. Vincentii Ferrerii regimen eidem Sancto commendans, ab imagine ipsius, coram qua prostratus orabat, se inclinante meruit amplexu honorari, atque elevari.

18 Mortificationes, cruentas disciplinas, frequentiam chori, et summam abstinentiam, quibus subditus se exercebat, nec concionando, nec regendo dimisit. Ut studiorum cursus exacte perficerentur, accurate invigilavit, cupiens suos subditos semper in sanctis, aut eruditis exercitiis occupatos, quorum e claustrorum exitum, nisi urgente necessitate, non permisit. Ostio sui cubiculi magnis characteribus inscribi voluit: " Si hominibus placerem, servus Dei non essem. o. " Ita omnibus omnia factus erat, ut quilibet in eo prudentis consilia, fratris familiaritatem, patris benignitatem, viri sancti perfectionem, et omnium virtutum compendium invenerit. Contigit ei ibi videre animam ejusdem sui olim pœnitentis, qui eundem Beatum verbo læserat, testantem, Deum nolle eam ad gloriam admittere, nisi culpam ipso dimittente, et pro ea celebrante; quo facto, sequenti nocte illum in Sanctorum gloria conspexit. Alias etiam Beatorum in æterna felicitate regnantium, et maxime Sanctorum sui patriarchæ Dominici, et Francisci, quin et ipsius Christi Domini visionibus recreatus fuit, sibi que omnia sua peccata dimissa fuisse, audivit. Sætabi, vulgo Xativa, a primoribus civitatis rogatus pro concionibus in proxima Quadragesima apud eos habendis, licet gravibus infirmitatibus pressum, et naturaliter impotentem se agnosceret, a Deo et velle, et cursum integrum Quadragesimalium concionum perficere obtinuit.

optime regit: animam e purgatorio liberat: a cœlicis recreatur: per Quadragesimam concionatur:

19 Gubernatori Valentini Jacobo Ferrerio, indictis ei quibusdam precibus, scripturarum, de quarum amissione summopere dolebat, recuperationem divinitus impetravit. Spiritu etiam prophetico ita mirifice claruit, ut et plurimas res futuras, tam secundas, quam adversas, futurum in spiritualibus, tum etiam in temporalibus, tam circa valetudines, et mortes, quam circa animarum profectus, et mores, sæpissime prænucciarit: nam et S. Theresiæ a Jesu p suam Excalceatorum claustralium tunc fundatam Congregationem brevi inter illustriores S. Ecclesiæ religiones, ut reipsa evenit, connumerandam esse prædixit. Tribus regularibus diversos ipsorum successus et fines, prout contigerunt, prænucciarit. Virum nobilem, injuria prælatum quemdam vexantem, ultionem Domini brevi experturum fore, dixit; quod mors ejus repentina, Domino revelante, ei notum fuisse, demonstravit. Arcana etiam plurima, tam in rebus corporeis, quam in secretis cordium latentia, nuda et aperta fuisse oculis mentis ipsius a Deo illustrate, stupentibus omnibus, rerum eventus ostensa fuisse*, indicarunt, atque in hoc dono penetrandi secreta cordium valde singularis, ac admirandus fuit. Alia quoque complura naturaliter ignota, tam clare, distincte, et ordinate, prout erant, aut acta, aut cogitata, enarravit, ut solum, Deo revelante, hæc illi innotuisse, compertum fuerit.

vaticinis et secretorum cognitione claris

** binæ illæ voces, ostensa fuisse, hic abundant.*

A 20 Virtus ejus in toto decursu vitæ a Deo infirmitatibus adeo mirifice perficiebatur, ut assiduis passionibus tolerandis magna illi patientia opus fuerit; in complexione enim ipsius satis delicata, non solum potentia visiva parum valens, auditus imperfectus inerat, sed etiam horribili ulcere in crure per multos annos, et vertigine capitis vehementer cruciabatur; quin et viscerum pravæ affectionibus, et aliis occultis infirmitatibus, maxime per biennium ante obitum, velut aurum in fornace probavit illum Dominus, animo sic invicto omnia tolerantem, ut frequenter ex ejus ore verba doctoris sanctæ Ecclesiæ Augustini resonarent: " Domine, " hic ure, hic seca, hic non parcas, ut in æternum " parcas. " Ubi primum convalescebat, ad mortificationis, et observantiæ communis exercitia revertēbatur, cunctis se oblectationibus et convalescentium levaminibus sponte privans, aliis infirmis oblata sibi fercula cuncta partiebatur; quin et saxo decumbens sub lintheaminibusposito corpus torquere consueverat, dicens, arctam esse viam, quæ ducit ad vitam. Sic infirmo B firmando fortior semper redditus agnovit, sibi instare adimpletionem divini promissi, quod olim in festo sanctæ Catharinæ Virginis et martyris q obtinuerat, quando ex medio magnæ lucis sponsum ei fuit, tandem ex his tenebris in lucem illam æternam, quæ lucet Sanctis Dei in perpetuas æternitates, migrandum esse.

21 Nam inter labores concionum, morbo ingravescente, febris decubuit, et suscepturus pro Viatico sanctissimæ Eucharistiæ Sacramentum, devotissime non sine multis lacrymis sanctæ Fidei Catholicæ accuratam professionem emisit; imploravit etiam ferventissime Domini Nostri Jesu Christi auxilium, et sanctissimæ Virginis Deiparæ patrocinium, necnon aliorum Sanctorum, et præcipue sui Ordinis, expressoque nomine sancti Vincentii Ferrerii subjunxit: " Pater mi, currus Israël, et auriga " ejus r. " Enixe petiit a circumstantibus, ut simul cum eo Dominum deprecarentur, ne mortis sententiam revocaret, et Johanni Boil mærenti de gravi suæ filiæ infirmitate, eam tunc non migraturam e vita, vere prædixit. C Remittente postmodum paulisper vi morbi, non sine labore ad Sacrum celebrandum surgebat. Iterum ingravescente infirmitate, assistentem, et sæpissime ministrantem, non sine magna sua confusione et animi demissione, habuit Johannem a Ribera, patriarcham Antiochenum, tunc Archiepiscopum Valentinum, qui, dum in cruciatibus ipsum ad resignationem in divinæ voluntatis beneplacitum hortatur, audivit illum dicentem, se penas illas quibusvis mundi hujus terrenis bonis pluris facere, et cariores habere.

22 Ab is cruciatibus, quantumvis vehementibus, nec detineri, aut retardari potuit, quin per singulos dies per multas horas consueta orationi vacaret, et sæpe sacra exomologesi se purificans, divino altaris Epulo reficiebatur, aliisque infirmis horum Sacramentorum frequentiam suadebat, sæpe repetens, hæc divina Mysteria non solum animæ, sed etiam corporis ut plurimum salutem operari. Conventus musicos in ea ægritudine audiens, totus elevatus in Deum solvebatur in lacrymas. Denique variis remediis, et morbi vicissitudinibus ex animo toleratis, appropinquante sancti Dionysii festivitate, qua die ante annum se mori-

turum esse, prædixerat, plures accurrerunt certatim, cupientes ab eo benedici, vel suis Rosariis ejus lintheamina attingi. Inter hos filius ducis Gandiæ genuflexus, et pedes ejus lacrymabundus osculatus, benedictionem devote et singultiens præstolabatur, quod Vir Dei, se quidem maximum peccatorem cum D. Paulo dietitans, et mente ad nihilum suum conversus, humillime præstitit. Hoc etiam divinitus sorori Angelæ Aguglionæ, virgini Religiosæ Ordinis S. Francisci in perpetua clausura degenti, concessum fuit, dum ex corde optabat præsentialiter Christi Domini Servum venerari; illico enim (ministerio creditur angelico) ante ejus pedes constituta, et voti compos facta suæ cellæ iterum miraculose reddita fuit.

23 Cupiebat interim Ludovicus dissolvi, et esse cum Christo; nec aliter, quam aut sanctissimi Altaris Sacramenti quotidiana sumptione, aut cum Crucifixi imagine colloqui suas moras solabatur. Feria sexta ante obitum referenti, diem Veneris esse, Benedictus Deus, respondit ille; adhuc quatuor supersunt dies. Frequenti cælesti sancti Vincentii Ferrerii visitatione, quem a teneris annis summa veneratione et imitatione colere studuerat, recreabatur. Biduo ante decessum e vita sacram olei infirmorum unctionem devote petiit, et singulis orationibus respondens, seque sanctis orationibus et mortificationis exercitiis muniens, sanctissimi Crucifixi imaginem frequentibus oculis venerans, et orans in die festo S. Dionysii, ut sæpe prædixerat, hora quinta decima sentiens, se paulatim deficere, assistentem ex more patriarcham pro impetranda benedictione, et sancti Evangelii lectione precatus est, quod amantissimus antistes uberri melacrymans præstitit.

24 Cumque commendationis animæ juxta sui Ordinis ritum preces persolverentur, ad illa verba " Ut vinculis carnis exutus pervenire mereatur ad gloriam regni cælestis, præstante " Domino Nostro Jesu Christo " spiritum suum in manus Patris vinculis carnis absolutum commendavit, septimo Idus Octobris, anno reparatæ salutis milesimo quingentesimo octuagesimo primo, ætatis suæ quinquagesimo quinto, eoque temporis momento visa est ex ejus ore lux instar fulguris recta in cælos evibrata totam celam illuminare, et supra conventum divina claritas fulsit. Quin et in ecclesia pluries militiæ cælestis harmonici concentus a diversis auditi sunt, et pluribus aliis signis Servi sui gloriam omnipotens Deus notam fecit, quibus publica populi veneratio successit, Ludovicum undique Sanctum proclamantis, et certatim Coronis ac Rosariis sacrum corporis pignus attingere tentantis; misericordiam enim a Domino, ac divina quæcunque beneficia se obtenturos, omnes sperabant, si eum apud divinam clementiam Protectorem et Advocatum obtinere digni forent.

25 His accessit Altissimi erga suum Servum assistentia, ita ut ejus suffragantibus meritis, et vivens, et post obitum, populis in necessitatibus per opera mira et prodigia, quibus ipse Deus in Sanctis suis mirabilis dignoscitur, protector et adjutor semper extiterit. Ex processibus enim confectis, et ad Urbem transmissis, ac aliis auctoritate Apostolica, causam Beatificationis et Canonizationis ejus respicientibus, Congregatio sacrorum Rituum censuit, constare non solum de illorum validitate, et de fama

biduo ante sacro oleo unctus, die, qua prædixerat,

anno 1881, emissa ex ore luce, moritur, et miraculis illustratur.

Inter miracula, quæ vivus fecit, signo Crucis ingens incendium extinxit, et strumas sanavit.

A fama sanctitatis, deque virtutibus Theologicis et Cardinalibus gradu heroico, verum etiam concludentes probationes continere insignium miraculorum ejusdem tam viventis, quam defuncti. Cum enim esset Prior Albaydæ, pastoribus accendentibus ignem, ventorum vi irruente, et flamma succrescente, jam ardentibus arboribus in vineis et frutetis, magnum excitandum esse ad destructionem ignem, timebatur, non sine magno conventus detrimento. Accurrit Vir Dei, et, elevatis oculis in cælum, signo Crucis flammam benedixit, quæ illico evanuit, ac si nunquam ibi fuisset. Eadem arbores læsæ, exigua solum linea in signum miraculi apparente, immunes ab adustione visæ sunt remanere. Moncadæ in domo Joseph a Campo neptis hospitis, Speranza Assensia dicta, ab exitiali struma in collo afflicta, cum fœtore horrendo ex ulceribus manante, non solum circumstantibus, sed etiam ipsimet infirmæ intolerabili, facto signo Crucis super parte affecta, et lingua linita * a beato Ludovico veluti a sensibus alienato, et facie ejus luce fulgida remanente, statim ægra convaluit.

* an lincta ?

B 26 Cadaver ipsius quadam veluti chrySTALLINA puritate sic nituit, ut adstantes in ejus virginea carne, velut in limpidissimo speculo, suosmet vultus fuerint conspicati. Toto etiam corpore suavissimus odor erumpens non solum proxime vicinos, sed longius dissitos, mirifico peregrinæ fragrantia oblectamento adhalavit. Sex circiter mensibus loco humido, ac stillicidiis obnoxio sepultum jacuerat sanæ Viri cadaver, quando extractum, ut decentiori tumulo inferretur, integrum incorruptumque, solis vestibus undique putrefactis, repertum est, iterumque mirabili suavolentia circumstantes implevit. Ursulæ Soler filia erat, cui immanes capitis dolores omne capillitium radicitus abstulerant. Medicamentum, quod magis obfuturam ab omnibus timebatur, petiit a lampade, quæ coram B. Viri sepulcro ardebat; hujus oleo perunctum caput puellæ, non solum abactis penitus doloribus integram valetudinem, sed et capillos recuperavit. Quædam puella oculis orbata ad fontem loci Ruzafa, e quo Beatus bibere solebat, lotis oculis, pristinum eorum usum recuperavit.

a multis, per illius patrocinium,

C 27 Gaspar Ramirez cæcus ad tumulum Sancti novenam peragens, ultimaque die oculos sepulcro cum fide applicans, profluvium crocei humoris emisit ab oculis, ac subito cæcitatæ suæ caliginem lætus abstersit. Lactanti Andreae Abreus cum aruissent mammillæ, novena ad sepulcrum Sancti exacta, mox pristinam lactis affluentiam impetravit. Isabella Johanna Salon, cum pluribus annis graviter ulceroso quodam abscessu torqueretur, tactu feretri, quod Sancti cadaver gestaverat, perfectæ sanitatis beneficio potita est. Isabella Gerbin in supradicto Ruzafa benedicto fonte abluta, simul et febrim, et dysenteriam, et herniam incolumis abegit. Anna Monfort, cui paralysis usum membrorum prorsus ademerat, et morbi violentia situm oris fœdissime distorserat, haustu aquæ ex eodem Ruzafa fonte, ac invocato S. Ludovici nomine, tum ipsa valetudini, tum os priori situi, restitutum fuit. Hieronymæ Capell filiolus rupto peritonæo, forasque extrusis intestinis, jugiter ejulans, et sanguinem vomens, ubi tandem a matre ad fontem Ruzafaë pannis in eo madefactis incinctus fuit, in-

tegre sanus domum reportatur. Vincentia Morell vidua ex nervorum dira attractione per undecim menses decumbens, fœdisque ulceribus undique plena, dum panno, quo Sanctus usus fuerat, nervos et ulcera, successive obsignat eodem ordine èt hæc sanari, et illos vivide sensit explicari, sinitaque singulorum obsignatione, vegeta lectum reliquit.

28 Cum in conventu S. Honuphrii Priorem agens efficiendæ Religiosorum communitati panes deesse adverteret, Christi in deserto providentiam imitatus, septem fragmenta, quæ solum domi superferant, arripuit, eaque solo benedictionis impendio sic multiplicavit, ut non tantum in prima mensa fratribus triginta, et amplius, in prandium abunde suffecerint, sed etiam reliquis in secunda mensa congrue saturaverint. Johanni de Pedevera, domestico Valentini Archiepiscopi famulo, delapsus ex alto pondus gravissimum ita utrumque crus diffrigerat, ut per novem menses aliter, quam grallis innixus, moveri non potuerit. In his ægerime usque ad sancti Viri sepulcrum accedens, fusa oratione, confestim in pedes exiliit, grallisque inibi relicti, domum incolumis repedavit. Isabella Vincentia Pujades, acuta febris medullitis exusta, jamque a medicis derelicta, morti appropinquabat. Sed ad contactum Rosarii, quod S. Ludovico, dum vixit, usui fuerat, subito, mirantibus quotquot aderant, febris abscessit.

29 His aliiisque non paucis virtutibus ac signis permotus felicitis recordationis Paulus Quintus, Prædecessor noster, servum Dei Ludovicum Catalogo Beatorum adscripsit. Exinde aliis processibus rite confectis, approbata insuper fuere miracula, quæ subsequuntur. Primum incorrupti sacri corporis post annos fere octuaginta ab ejus sepultura, tametsi nunquam interea fuisset aut exenteratum, aut ullis adversus corruptionem condimentis imbutum. Nihilominus dum anno MDCXVII transferebatur in pretiosius monumentum, et anno MDCXXI dum a iudicibus, auctoritate Apostolica delegatis, visebatur, adhuc integrum, illesum atque tractabile inveniebatur. Secundum in repentina sanatione pueruli Aloysii Vincentii Montesinos, qui ardentissima correptus febris, exhaustus dyssenteria et vomitibus, scaturiens vermis, jamque costulis stomacho adunatis, eo deductus erat, ut domesticis plane videretur extinctus, unde mortalibus involucris obfasciatus parabatur ad sepulturam. At mœstissimus parens, factus ad S. Ludovici tumbam recursus, atque ibidem emisso voto, cum festinus domum revertitur, filii pulsum explorans, vitæ indicium reperit, statimque puer oculos aperiens, ex integro sanus deprehenditur. Tertium in stupenda præsertatione quadriennis puellæ, Gesualdæ Gildæ Ramirez, quam curru mole carbonum onustus, rapidoque sex mulorum tractu celer, obterendam humi dejecerat, ac duabus rotis substratam valide opprimebat: sed, implo-rato S. Ludovici præsidio, surrexit incolumis puella, et in evidentiam miraculi apparuerunt in ejus capite, collo et humeris clavorum signa a rotis leviter impressa. Quartum in Bartholomæo Christophoro Dominguez, quem deformis hernia, pendulis intestinis adeo laxaverat, ut, siubi in genua procumberet, serotum ulceribus jam erosum ac putrescens humum tangeret. Sed ad invocationem S. Ludovici tota hæc miselli calamitas illico evanuit.

qui etiam vi-vens panes multiplicaverat, mirabiliter abacta,

A Paulo V PP. Beatis adscribitur, et post, probata etiam alia miracula

A
a Clemente IX
decernitur ejus
canonizatio,
quam Clemens
X

30 His et aliis deductis approbatisque miraculis, emanavit Decretum a pia memoriae Clemente IX, etiam prædecessore Nostro, posse tuto deveniri ad solemnem prædicti Beati Canonizationem; pro qua obtinenda accesserunt carissimorum in Christo filiorum Nostrorum, Leopoldi Primi Romanorum regis, in Imperatorem electi, et Caroli secundi Hispaniarum regis, necnon et Ordinis Prædicatorum preces, quibus a prædictis Romanis Pontificibus, prædecessoribus Nostris, et a Nobis eandem sæpius postulaverunt. Quapropter ejus vitæ sanctissimæ meritis exigentibus, et ad prædictorum preces inclinati, cum jam nihil deesset eorum, quæ ad hanc sacrosancam functionem necessario ex sanctorum Patrum auctoritate, sacrorum Canonum decretis, S. R. E. antiqua consuetudine, ac novorum decretorum præscripto, agenda et servanda requirebantur, justum et debitum esse censentes, ut, quos Deus honorat in cælis, Nos venerationis officio laudemus et glorificemus in terris, hodie in sacrosancta basilica beati Petri principis Apostolorum, in qua solemniter cum ejusdem S. R. E. Cardinalibus, patriarchis, archiepiscopis et episcopis ac dilectis filiis Romanæ curiæ prælatibus, officialibus et familiaribus Nostris, clero seculari et regulari, ac maxima populi frequentia mane convenimus, post trinas pro Canonizationis decreto Nobis nomine dicti Caroli regis per dilectum filium nostrum Ludovicum, tit. S. Sabine S. R. E. Cardinalem de Portocarrero, pro parte ejusdem regis porrectas petitiones; post sacros hymnos, Litanias aliasque preces, post Spiritus Sancti gratiam rite imploratam.

perfectit, festo
ejus annuo diei
10 Octobris
fixa, cum in-
dulgentiis ad
ejus sepulcrum

31 Ad honorem Sanctissimæ et Individuæ Trinitatis, ad exaltationem S. Fidei Catholicæ, et Christianæ Religionis augmentum, auctoritate D. N. Jesu Christi, beatorum Apostolorum Petri et Pauli, ac Nostra, matura deliberatione præhabita, et divina ope sæpius implorata, ac de venerabilium Fratrum nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium, patriarcharum, archiepiscoporum et episcoporum, in Urbe existentium, consilio, B. Ludovicum Bertrandum Sanctum esse decrevimus, et definivimus, ac Sanctorum Catalogo adscripsimus, prout præsentium tenore decernimus, definimus et adscribimus: statuentes, ab Ecclesia Universali quolibet anno die x Octobris memoriam ejus inter Sanctos Confessores, non Pontifices, pia devotione recolere debere. In Nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen. Eadem auctoritate omnibus utriusque Christi fidelibus vere pœnitentibus et confessis, qui annis singulis in die festo ipsius S. Ludovici ad sepulcrum, in quo ejus corpus requiescit, visitandum accesserint, septem annos ac totidem quadragenas de injunctis eis, aut alias quomodolibet debitis, pœnitentiis misericorditer in Domino relaxavimus in forma Ecclesiæ consueta.

Missamque
cujus ejusdem
commemora-
tione celebravit
plenariam In-
dulgentiam
præsentibus
concessit,

32 His peractis, Deum Patrem æternum, Regemque Gloriæ Christum Dominum, Patris Sempiternum Filium, et Sanctum Paraclitum Spiritum, unum Deum, unumque Dominum, laudibus et confessionibus venerati, sacroque hymno Te Deum solemniter decantato, peculiari in honorem B. Ludovici oratione precati sumus per ejusdem merita, adque ad altare S. Petri Apostoli Missam celebravimus cum ejusdem S. Commemoratione, omnibusque Christi

fidelibus, tunc præsentibus, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam et remissionem concessimus. Equum igitur est, Nos gratias agere, at laudare Deum Patrem Omnipotentem, qui Servum suum benedixit in omni benedictione spirituali, ut esset sanctus et immaculatus coram ipso, et dedit illum universis Christi fidelibus tanquam fulgentem lucem in hac nocte peccatorum et tribulationum nostrarum, ut Ecclesiæ pacem et tranquillitatem, principibus Christianis optatam concordiam, et infidelibus a via salutis errantibus lumen veritatis obtineat.

33 Adeamus igitur cum fiducia Thronum divinæ Pietatis, ore et opere supplicantes, ut S. Ludovicus universo Christiano populo prosit meritis et exemplis, precibus adsit ac patrocinio, et in tempore iracundiæ fiat reconciliatio. Ceterum, quia difficile foret, presentes nostras litteras ad singula loca, ubi opus esset, deferri; volumus, ut earum exemplis tum etiam impressis, manu tamen publici notarii subscriptis, et sigillo alicujus personæ indignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eadem ubique fides adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si essent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri Decreti, definitionis, mandati, statuti, concessionis, largitionis et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo septuagesimo primo, pridie Idus Aprilis, Pontificatus nostri anno primo.

et fideles omnes
ad precandum
illius apud
Deum patroci-
nium hortatur.

† Ego CLEMENS CATHOLICÆ ECCLESIE EPISC. LOCO sigilli.

† Ego F. Episcopus Ostien. Card. Barberinus S. R. E. vicecancell.

† Franciscus M. Episcopus Portuen. Card. Brancatius.

† Uldericus Episcopus Tusc. Card. Carpinus.

†

†

† Virginus Episcopus Albanen. Card. Ursinus. P

†

† Ego Cæsar Presbyter Card. Fachenettus.

†

†

† N. tit. S. Mariæ Transtiberim Card. Ludovisius.

† Alderanus tit. S. Praxedis Card. Cybo.

† Federicus tit. S. Petri in Vinculis Card. Sfortia.

† Benedictus tit. S. Onuphrii Card. Odescalchus.

†

† Aloysius tit. S. Alexii Card. Homodeus.

† P. Cardinalis, S. Marci Otthobonus.

† Laurentius tit. S. Crisogni Card. Imperialis.

† Ego Marcellus tit. S. Stephani in M. Cælio Presb. Card. Sanctacrucius.

† Ego Jo. Baptista tit. S. Marcelli Presb. Card. Spada.

† Ego Franciscus tit. SS. Quatuor Coronatorum Presb. Card. Albitius.

† Ego Octavius tit. S. Cæcilie Presb. Card. de Aquaviva et Aragon.

† Ego Carolus tit. S. Priscæ Presb. Card. Pius.

† Ego Carolus tit. S. Eusebii Presb. Card. Gualterius.

† Ego

- | | | | |
|---|--|---|---|
| A | † Ego Flavius tit. S. Mariæ de Populo Presb. Card. Chisius. | † | D |
| | † | † | |
| | † Ego Jacobus tit. S. Pancratii Presb. Card. Franzonus. | † | |
| | † | † | |
| | † Ego Petrus tit. S. Calixti Presb. Card. Vidonus. | † | |
| | † Ego Franciscus Maria tit. S. Matthæi Presb. Card. Mancinus. | † | |
| | † | † | |
| | † | † | |
| | † Ego Nerius tit. SS. Nerei et Achillei Card. Corsinus. | † | |
| | † Ego Carolus tit. S. Anastasiæ Card. Bonellus. | † | |
| | † | † | |
| | † Ego Carolus tit. S. Susannæ Presb. Card. Carafa. | † | |
| | † Palutius SS. XII Apost. Presb. Card. de Alteriis S. R. E. Camer. | † | |
| B | † Ego Cæsar tit. S. Jo. ante Portam Latinam Presb. Card. Rasponus. | † | E |
| | † | † | |
| | † Jacobus tit. S. Mariæ de Pace Presb. Card. Ninius. | † | |
| | † Ego Julius tit. S. Martini in Montibus Presb. Card. Spinula. | † | |
| | † Ego Carolus tit. S. Mariæ de Aracæli Presb. Card. Rubertus Victorii. | † | |
| | † | † | |
| | † | † | |
| | † Ego Jacobus tit. S. Sixti Presb. Card. Rospi- gliosius. | † | |
| | † Ego Ludovicus tit. S. Sabinæ Presb. Card. Portocarrero. | † | |
| | † | † | |
| | † Ego Johannis tit. S. Bernardi Card. Bona. | † | |
| | † Ego Federicus tit. S. Augustini Presb. Card. Borromeus. | † | |
| | † Ego Camillus tit. S. Mariæ in Domnica Card. Maximus. | † | |
| C | † Ego Gaspar tit. S. Pudentianæ Presb. Card. de Carpineo. | † | F |

VISA DE CURIA S. DE PILASTRIS.
 J. G. Slutius.
 Loco † Plumbi. D. Ciampinus.
 REGISTRATA IN SECRETARIA BREVIUM.

ANNOTATA.

- a *Ad Philipp.* 2, §. 10 et XI.
 b *Vide Comment. præv.* § 2, num. 20.
 c *Actum de eo fuit in Opere nostro die v Aprilis, quo colitur.*
 d *Provia ejus fuit Ursula Ferrera; uti in Annotatis ad cap. 1, pag. 471, lit. m jam dictum fuit.*
 e *Habitum Prædicatorum induit anno 1544.*
 f *Presbyter factus est anno 1547.*
 g *Tyronum magisterium suscepit anno 1549 seu potius 1551.*
 h *Sub annum 1557.*
 i *Anno 1570 conventui S. Honulphiri: Valentino vero præfectus est anno 1575.*
 k *Colitur xxix Aprilis.*
 l *S. Vincentium levitam et martyrem, Valentia passum ac ad diem xxii Januarii Mrl. Romano inscriptum, hic puto intelligi.*
 m *Seu American.*
 n *De hoc et sequentibus America locis, quorum frequens in superioribus facta est mentio, consule Indicem Geographicum.*
 o *Ad Galatas 1, §. 10.*
 p *Colitur xv Octobris.*
 q *Colitur xxv Novembris.*
 r *Regum 4, cap. 2, §. 12.*

